Liber Malogranati



Non Secundus Tomus. Scd Tertius

915

I

7

Incipit registrum tercii libri Malogranati

Quid impediat vitam contemplativam. xliii. De hiis que preparant mentem hominis ad vitam contemplativam. xliiii. De contemplatione. xlv. De deo trino et uno. xlvi. Quot modis species contemplationis variatur. et de alienatione. et de excessu mentis. et raptu pauli apostoli. xlvii. Quando deus loquatur angelis animabus et dyabolo. et econverso. de visionibus prophetarum. et cum gratia contemplationis defuerit quomodo tunc homo debeat se habere. xlviii. De morte. xlix. Item anime cum solvuntur a corporibus ad que loca feruntur. l. De resurrectione mortuorum. et de finali iudicio. et de gloria eternali istorum. li.

Sequitur tercius liber analogianati

Primo in quibus consistat status perfectorum

Postquam igitur informatus sum a te o pater de statu proficientium. Nunc de statu perfectorum instruiri desidero. et primo in quibus consistat status eorundem de hoc per te cupio edoceri. Capitulum primum.

Scire debes fili. quod status perfectorum prout supra tactum est. consistit in tribus. videlicet in cordis mundicia sive puritate. In dei caritate. et in creatione omnium contemplatione Primo igitur status perfectorum dependet in cordis puritate. quia quanto quis magis cor purgatum habet tanto perfectior in sancta vita reperitur. Unde bene et apte premissa sunt illa ut supius patuit. que viam dant ad mundiciam seu puritatem cordis. scilicet prima peccatorum detestatio viciorum. operatio virtutum et bonorum operum ac perpessio temptationum. Hec enim sunt per que ad mundiciam cordis pervenitur. et quamvis malignus spiritus corda electorum diversis temptationibus pulset. non tamen illa prevalet maculare. quia virtus angelica ex divina dispositione eos adiuvat ne in lapsum criminis cadant. Et cum hostis violentius obpugnat illos. nec tamen expugnat. non solum corda eorum non maculat. sed etiam mercedem future retributionis illis accumulat. De hoc petrus damiani sic dicit. Non enim versutiae tam callidi tam exercitati hostis. posset singulitas hu

mana resistē. nisi eos a temptacōibus electorū virtus
angelica ꝓpulsaret. Unde vnicuiqꝫ nr̄m a die baptisma
tis vsqꝫ ad obitum delegatus est angelus. qui et vinlit
decertantē a tēptacōne custodiat. et auxiliū p̄bē in bonis
opibus nō desistat. Felices ergo qui iuste viuūt. quia dū
malignis spirib' infedabilit' obluctāt'. angelice fortitu
dinis auxilio muniūt'. Adeo et cꝫ ipsi spūs iniqui ꝓfect'
nr̄i sūt obsequio deputati. Nam dū temptam'. et nō succū
bim'. dū impetim'. et nō p̄ualem'. dū obpugnat. ete violen
tus hostis et nō expugnat. future nobis retribucōis pon
dus accumlat. Et dū laborē certamīs irrogat. victorie no
bis materiā subministrat. hec petr'. Vn̄ nōndū cꝫ illi sin
macla ingredi dicūt'. qui ad pfectōnē irrephēsibiliter
currūt. carētes pc̄cis mortalib'. q̄muis nōdū sint pfcī
Qd bt̄s Aug' pbat sic d. Si pctōres deus spernet. omēs
vtiqꝫ spernet. qm̄ sin pc̄to nemo est. Ingredi at sine ma
cula. nō absurde ille dicat'. nō qui iā ꝑfecti est. sed qui
ad ip̄am pfectōnē irrephēsibilit' currit. carēs criminib' dap
nabilib'. hec Aug'. Scire autem uero. quid sit mundicia cordis. ca^o. ii
Mundicia cordis est puritas animi. omem ab
horrēs īmūdiciā. Vel mūdicia cordis est. v
triusqꝫ hois integritas diuini amoris intui
tu obseruata. Necesse at est añ oīa vt intellcūs et affect'
purget' in nob. Intellcūs vt sciam' quid agē debēm'. Affect'
vt ea q̄ intelligim' agē valeam'. de hoc dt' bt̄s Bnh'. duo
sūt q̄ in nobis purgāda sūt. Intellcūs ut nouerit. affect'
vt velit. Et nōndū cꝫ cū cor sit p̄ncipiū et radix et fons
a quo fluit ī totū. corp' et vita. sens' et mot' natalit' et ī
cogitacōiḿ. et ī delectacōiḿ et cōsensū. mūdicia vel īmū
dicia. puritas vel īpuritas. s. spūalit'. et ī liguā et ī op'
sensibilit' et corpalit'. ꝓinde origo cogitacōis et scatu
rigo delectacōis ac ꝓpago lingue et opis est a corde. Vn̄
si fons cordis est mūdus et pur'. tūc et fluui' exiēs ab
eo. Et si īpur' et īmūd'. tūc et illa silr. q̄ ꝓcedūt ab ipo
Vn̄ dr̄. Mathi. De corde eni exeūt cogitacōēs. etc. et hec st'
que īmūdāt vel coinq̄nāt totū hoīem. et ꝓpt' hoc vt ad

suā pfcōm et pfectū decore pficiat mūdat l cogitatōe· de
lectatōe· ligua· et ope· Vn̄ ps̄ petat pmo ipm̄ fonte cordis
mūdari· d· ffiat cor meū imaculatū ⁊c· et quia ab ipo
cetā maculant vel mūdat̄· Specialit̄ pt̄ tn̄ ecl distigui
q alia est mūdicia cordis· alia ligue· alia opis· Mūdicia
opis est inocēcia actōis· q̄ est mūdicia magna· Mūdicia lig
ne est refrenacio smonis· que est mūdicia maior. Mūdicia
cordis restrictō cogitatōis et delectatōis· que est maxima
qi vtus diuina· et imediate indeū tendēs ad videndū
et diligendū· De qua pprie intelligit̄ illud· Mt̄· v°· Beati
mūdo corde· qm̄ ipi deū videbūt· Summa em̄ perfectio
videt̄ esse cordis mūdicia et icorrupcio· qm̄ ad veram
btitudinem que cōsistit i visione dī est imediata dispo
sicio· De hac triplici mūdicia· dr̄· ps̄· Innocēs manib
ecce mūdicia opis· Et mūdo corde· glō· i· cogitatōe· ecce
mūdicia cordis· Qui nō accepit invano aīam suam
nec iurauit in dolo proximo suo ecce mūdicia ligue· Mū
dicia igit̄ opis magna est· quia magnū et per
fectum est cohibendo se a malo. ope innocenciam
custodire· ps̄· Custodi innocēciam et vide equitatem
Mundicia ligue maior est· quia maius et pfectius
est liguā refrenare· qm̄ opus cohibere· Illud faciūt
multi· istud vel sciūt· vel possūt facere pauci· Vnde
dicit Jacob Si quis nō offenderit in ligua hic pfectus
est vir. Mūdicia verō cordis maxima est· q̄a maximū
et pfectissimū est cogitacōnes et delectacōes cordis restrīgē
Cum em̄ opus cohibet̄· cum ligua refrenat̄ et regit̄·
sole cogitacōes ad huc in corde statuunt et spargūt̄·
De illa antiq̄ fonte putredīe intm̄· q sicut pm̄ mot
affectōis et cōcupīe· ita nc̄ pmi mot cogitacōnū sūt in
ma ptāte· qui et sc̄s et pfect vir· ecl ad huc in carne
inheret· Ab hac āt cogitacōnū varietate et mutabilitē
et i pnti vita nemo ad pfcm̄ pt̄ liberari· sed sufficiat posse
p grām ipās restrīgē ab illicita volūte et reuolutōe i mte· q̄d est iā
sūma mūdicia et puitas cordis i hac vita possibilis· q̄a ab ipa
mutabilitē cogitacōnū p solā dei visionē penit liberam·

Causa non nulla huius est. quia cum anima sit dei capax
quod quicquid infra deum est. animam replere non potest. Unde vnius
rei cogitatione veniente in animam semper locum habet
adhuc alia adhuc. donec illud videat. quo saciata
nichil aliud capere possit. et per hoc erit tunc inmuta
bilis cogitacione et affeccione. quibus naturaliter mutatur
De hoc per prophetam dicitur. Saciabor cum apparuerit gloria tua
Unde et beatus gregorius super ezechielem de hoc sic dicit. Per hoc quod
aspiciemus in futuro naturam diuine essencie liberati a
nostra mutabilitate figimur in eternitate. Inmutabimur enim
in ipso quem videbimus. et carebimus morte videndo vitam
mutabilitatem nostram tunc sedemus videndo inmutabilitatem
et corrupcionem nullam videbimus videndo incorrupcio
nem. Unde valde salubre est anime vt invigilet et
custodiat ac conseruet cordis mundiciam. quia mens
pura est diuine maiestati familiaris et amica. De
hoc dicit egisippus. Omnis qui esse voluit maies
tati essencieque diuine familiaris. in mentis se exer
ceat puritate. semper nimirum ab eterno amica extitit
diuinitatis excelse ipsa mundicia et puritas mentis
munde. Hec ille. Non autem solum illa mens munda est amica
et familiaris deo. sed etiam ipsum diuinam maiestatem meretur
in se recipere et eo frui ac in ipso quiescere. quia templum
summi dei est. Quod probat beatus ambrosius sic dicens. Mundi
cia mentis sola deum in se meretur recipere eo frui. eo
quiescere et gaudere. Et hugo. Mens pollens mundicia
et virtute ipsa sola est templum maiestatis excellentis
Et sicut christus mundis animabus se libenter applicat
et iungit. Sic a mente sordida se elongat. ac fugit
De hoc dicit beatus gregorius. Cum summa namque felicitatis
dulcedine christus munde anime applicatur. sed a feda mente
in infinitum in dampnacionem corporis et anime elongatur.
Nam quisquis cordis mundiciam adipisci non appetit.
a se mundicie auctorem repellit. et si mentem in cogi
tacione polluero. eius qui mundicie auctor est. esse

hereditas nequaquam possum. hec gregorius. et Cassiodorus.
Quale igitur gaudium. qualis namque consolacio peccatrici
anime esse poterit. Vera autem et perfecta delectacio mundo men
ti divinitus innotescat. Unde qui celestem dulcedinem
gustare desiderat. cordis mundiciam in se conservare stude
at. Quia secundum dictum beati Ieronimi. Nisi mens mundata fuerit
a scelere. nunquam degustare datur suavitas dulcedinis
sempiterne. dicat etiam beatus Bernhardus. Impossibile est quod nisi
mundata fuerit domus anime aliquis infundatur li
quor celestis roris et gracie. Ut ergo mundum cor quisque
habere valeat. necesse est ut non solum ab operibus
pravis. verumeciam a cogitacionibus malis ac viciosis
se abstineat. quia ante dei oculos tociens labimur. la
bimur. quociens a recta via. ad cogitaciones illicitas
deviamus. Quod beatus gregorius tangit. in xxv° libro moralium
sic dicens. Notandum quod ad deum quis tot gressibus mens acce
dit. quot bonis motibus proficiat. Et rursum tot gressi
bus longe fit. quot malis cogitacionibus decrescat. Un
plerumque contingit. ut nec dum procedat in opere motus
mentis. et tamen iam perfecta culpa sit ex corpore reatu
cogitacionis. Quia ergo novimus quod districte omnia non solum
facta sed eciam cogitata pensantur. Quid faciemus de messa
mali operis si sic subtiliter deus iudicat gressus cordis
Ecce occulta mentis incitamenta nullus hominum videt. et
tamen ante oculos dei tot gressus ponimus. quot affectus
movemus. tociens ante illum labimur. quociens a recto
itinere in fine cogitacionis pede claudicamus. Nisi
enim in conspectu eius iste assiduus incautus mencium
lapsus increscet. per prophetam non diceret. Auferte malum
cogitacionum vestrarum ab oculis meis. Hec nimirum dicens
viuy (?) corrupte mentis malicie quasi ferre se non posse testatur
que corrupta illi esse non potest. quia videlicet importune eius
conspectui ingeritur. quidquid a nobis illicitum occulte
cogitatur. Deus enim mala hominum. nec cogitata ignorat

nec peccata obliviscitur nisi ab eius oculis penitendo
deleantur. lux enim eterna que deus est. quanto incommutabilius
fulget. tanto impenetrabilius videt. et neque occulta
nescit qui cuncta penetrat. neque penetrata obliviscitur
qui incommutabilis durat. proinde quociens indignum
aliquid in corde concipimus tociens in luce peccamus
Nunc ergo dum possumus a conspectu eterni iudicis et ma-
le cogitata et peius perpetrata deleamus. revocemus ad
memoriam cordis quidquid prius egimus per nequiciam presump-
tionis. Proponat contra se homo futurum iudicium et queque
in se sentit districte ferienda per sententiam iudicis. hec in se pre-
veniat per penitenciam confessionis. Hec gregorius. Debet ergo universitas
fidelis et maxime religiosus ad puritatem cordis tendere
ut mereatur illorum consorcio asscribi. de quibus dicitur. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Ad hoc faciendum
hortatur leo papa sic dicens. universitas fidelium ad perfectam inno-
cenciam et plenam debet tendere puritatem. ut consorcio
eorum mereatur asscribi. de quibus dicitur. beati mundo corde quoniam ipsi
deum videbunt. Omni instancia omni virtute intendendum
est. ut quidquid secretum conscientie maculat. quidquid aciem mentis
obscurat. diligentissimis emendationibus deleatur. Quamvis
enim scriptum est quis gloriabitur castum se habere cor. aut mundum
se esse a peccato. non tamen desperanda est apprehensio puritatis
que tamen semper appetitur. semper accipitur. nec remanet
iudicio condempnandum. quod fuit confessione purgatum
Hoc est quod omnes ecclesie filii orantes dicunt. Dimitte
nobis debita nostra etc. Quia nemo tam iustus nemo
tam sanctus est qui in tempore istius vite que tota temp-
tacio est. cuiuscumque peccati remissione non egeat. Circumstant
utique pericula innumerabilium delictorum. et per licitos usus
ad immoderatos transit excessus. dum per curam salutis
recipit delectacio voluptatem. et non sufficit concupiscencie
quod potest esse satis nature. Hec leo. Unde sancti viri ut pu-
ritatem ac mundiciam cordis acquirere et retinere possent.

p hac diuicias dignitates et delicias huius mundi vniuersas libenti animo contempserunt. De hoc moyses abbas in collacionibus patrum sic dicit. Quicquid nos ad puritatem cordis potest dirigere tota virtute sectandum est. Quicquid autem ab hac retrahit. ut perniciosum ac noxium devitandum. Pro hac enim uniuersa agimus atque tolleramus. Pro hac parentes. patriam. dignitates. diuicias. delicias huius mundi et voluptates uniuersa contempnimus ut saltem puritatem cordis perpetua retineamus. Hec moyses abbas

Quod mundicia cordis peruenit ad bonam conscienciam cap iij

Ut ex predictis audio magnum bonum est mundicia cordis. sed quid bonum conferat. vel quem fructum afferat homini de hoc cupio informari. Debes scire quod mundicia cordis sive puritas cordis generat bonam conscienciam qua nichil est in hac vita iocundius. teste beato Augustino qui dicit. Non est maior iocunditas quam consciencie puritas. Quia gaudium et exultacio devotorum virorum ex bona consciencia procedit. Unde dicit Seneca. Viri iusti gaudium est ex bona consciencia. Pura autem consciencia ut dicit Hugo. est que non habet de preterito iustam accusacionem ac de presenti iniustam delectacionem. et de futuro falsam voluntatem. Hec Hugo. Unde quietam et bonam consciencia faciunt duo. videlicet de preteritis malis condigna satisfactio. et de futuris cauta declinacio. De hoc dicit Richardus de sancto victore. Quietam conscienciam facit preteritorum malorum condigna satisfactio. et instancium malorum prouida cautaque declinacio. Quietus est quem consciencia sua nec de preterita nec de presenti culpa remordet. Hec Richardus. Idem sentit beatus Bernhardus sic dicens. Duo faciunt bonam conscienciam. de malis penitere et a malis abstinere. Debet autem unusquisque cum diligenti examine conscienciam suam discutere. qualis sit ne contingat eum in periculum eternum tam anime quam corporis incidere. Unde dicit beatus Augustinus. Omnis quippe consciencia que vera sine discussione amiserit. et iudicium in periculum vergit

tam mentis quam corporis metitur. Hec Aug. Et nondum
quod quamdiu impetus carnis et carnalis voluptas viget
in homine consciencia tota perturbatur. quia cum sciamus
omnipotentem deum respicere et intelligere occulta cor-
dis nostri. quando aliquo reatu culpe gravamur. consciencia nostra
nos accusat. et ideo ad deum levare cordis nostri faciem
timemus. Postquam vero per penitencie lamenta culpa fuit ablu-
ta. et delectaciones illicite ceperint in nobis languescere
et de die in diem magis magisque desistere. tunc incipit
consciencia nostra ad pacem et tranquillitatem se reparare pau-
latim componere. et fiduciam de gaudio superne retribucio-
nis habere. De hoc Richar. de sancto Vic. sic dicit. Quamdiu viget
in homine vehemens impetus carnis. et torrens voluptatis
carnalis solet esse causa timoris. et indignacionis
solet sane conscienciam totam turbare. et amaritudinis
fluctus exagitare. Postquam vero cepit infirmari
delectacionum fluxus languescere. atque evanescere. inci-
pit et consciencia paritur ad pacem et tranquillitatem se reparare
paulatim componere. futuri iudicii metum magis ma-
gisque deponere et illas preteritas amaritudinis estuaciones
amittere. Hec Rich. Beatus etiam Greg. in xvi° li. moral.
de hoc sic ait. Sicut per corporis faciem homini. ita per
interiorem ymaginem deo noti atque conspicabiles sumus
Cum vero reatu culpe deprimimur. ad deum levare cordis
nostri faciem veremur. Dum enim nulla bonorum operum
confidencia fulcitur. in tuenda mens trepidat summa. quia
ipsa se consciencia accusat. Dum vero iam per penitencie lamenta
culpa diluitur. et sic perpetrata plangitur. ut plangenda
minime perpetrentur. Magna menti fiducia nascitur. ad
conspicienda superne retribucionis gaudia cordis nostri
facies levatur. Hec Greg. Et quamvis discussio et remor-
sus consciencie in principio mentem multum perturbet
eciam tamen retribucionem propter hoc in futuro acquiret
Unde dicit Crisostomus. Remorsus quippe consciencie multis
animi mentem discussionibus ferit et pavit. primum ait

tandem superne beatitudinis acquirat. hec Criso. Sciendum
est quod quanto quis maiorem graciam a deo percipit. tan
to maiorem remorsum consciencie habet quociens peccat
De hoc dicit Rich. de sancto vic. Quanto maiorem graciam a
domino accepimus. tanto acriore remordentur consciencie
stimulo urgemur quociens peccamus. Quamdiu enim in
nobis ipsa consciencia aliquid imperfeccionis invenire poterit
eius nos respectus confundit et cruciat. Huius itaque
consciencie stimulus numquam finitur. donec omnis imperfeccio de
medio tollatur. et ad integritatis plenitudinem homo
reformetur. hec Rich. Considerandum est quod omnis qui
de actibus suis deo placere festinat. testem se in celo
et sue consciencie habere desiderat. Quid enim nobis nocere
potest. si humana ignorancia aut malicia nos di
iudicat. cum consciencia excusat. Unde si bonum de
nobis dicitur quod non habemus tristari debemus. Si vero
malum de nobis dicitur. quod in nobis non invenitur. non
solum non contristari ex hoc. sed pocius gaudere de
bemus. De hoc beatus Aug. sic dicit. Quid obest illi. si
de illa tabula eum humana vult delere ignorancia
si eundem de libro viventium numquam propria deleat consciencia
illam et si bonum quod de nobis dicitur in mente non in
venitur. magnam debet in nobis tristiciam generare. Et
econtra si malum quod de nobis dicitur in nobis non in
venitur. in magnam debemus leticiam prosilire. hec Aug.
dicit. est de hoc beatus Greg. in li. moral. Omnis enim qui ex
eo quod agit. humanas laudes appetit. testem intra
querit. Qui autem de actibus suis omnipotenti deo pla
cere festinat. testem se habere in celo considerat Et sepe
contingit ut ipsa quoque in nobis bona opera ab ignoran
tibus hominibus reprehendantur. sed qui testem in celis habet
reprehensionem hominum metuere non debet. hec Greg. Et no
tandum quod sunt nonnulli qui membra corporis sui vesti
bus nitidis et preciosis operire solent. conscienciam vero
suam bonis moribus ac virtutibus ornare non curant

Sed quid prodest exterius fulgere vestibus. et intus
in consciencia sordere flagiciis. De hoc leo papa sic dicit. Vesti-
menta enim nitida membra operire possunt. conscienciam or-
nare non possunt. Interiorem ergo hominis prius or-
nemus effectu ut exterioris quoque sit amictus ornatus
spirituales maculas abluamus. ut carnalia in nobis
fulgeant vestimenta. Nichil enim prodest fulgere vestibus
et sordere flagiciis. Ubi enim consciencia tenebrosa est
totum corpus obscurum est. Hec leo papa. Unde pulcre
dicit beatus Augustinus. Quanto amplius corporis humani id est ex-
terioris hominis appetuntur ornamenta. tanto sunt ma-
iora interioris hominis detrimenta. Quanto autem minus appe-
tuntur. tanto magis moribus pulchris homo interior
adornatur. Hec Augustinus. Qui ergo desiderat in domino gaudere
et numquam tristis esse. studeat iuste et virtuose vivere
et conscienciam bonam habere. quia consciencia mala semper
est in pena. Unde dicit Isidorus. Si numquam vis esse
tristis. bene vive. consciencia enim rei semper est in pena.
quia nulla pena gravior consciencia mala. Reus
enim animus numquam securus est. hec Isidorus. Cum
igitur ex predictis intelligamus. maxime consistere
in bona consciencia salutem hominis. necesse valde est
ut omnem operam ad hoc demus. quatenus illibatam illam
in nobis conservemus. quia nichil dulcius in rebus
creatis. nichil dicius in terra hoc thesauro esse potest
de cuius commendacione beatus Bernhardus sic dicit. Magne di-
vicie bona consciencia et venera. Quid dulcius in rebus
creatis. aut quid dicius in terra. aut quid securius
aut quiecius hoc thesauro. Consciencia enim bona ti-
tulus est religionis. ager benediccionis ortus deliciarum
archa dei. gaudium angelorum. thesaurus regum. ha-
bitaculum spiritus sancti. liber signatus et clausus. et
in die iudicii aperiendus. Nichil securius. nichil iocun-
dius bona consciencia. Premat corpus. trahat mundus
terreat dyabolus. et secura erit consciencia. Decima

quando corpus morietur. secura quando anima coram deo presentabitur. secura quando utraque ante terrificum tribunal iusti iudicis constituetur. Future ergo beatitudinis non est ualens remedium. nec certius testimonium bona consciencia. Corpus subigatur in pena. uerberibus lanietur. gladio trucidetur. suppliciis affligatur. et secura erit bona consciencia. In speculo anime. status interioris hominis cognoscitur. Anima vero non nouit se. que sine speculo est. Speculum enim nitidum clarum et purum tocius religionis est consciencia. Nec inmerito speculo ipsam conscienciam comparauerim. quoniam in ea tamquam in speculo racionis oculus. tam quod indecens. quam quod decens est claro aspectu apprehendere potest. Sed non uenitur ad cordis conscienciam. nisi per cordis custodiam. Cor enim suo arbitrio dimissum. aut ad vitam seruatur aut ad mortem. Unde quidquid cor cogitat. quod ad utilitatem suam vel proximorum. quoquo non pertineat respuendum est. vt possit acquiri bona consciencia. Humana ergo consciencia dei est uinea. quam excolere debet prudencia confessio. et corporis satisfaccio. exhibicio ergo bonorum operum et custodia corporis. Unicuique enim vestrum liber est propria consciencia. Ad hunc librum discuciendum et emendandum alii omnes reperti sunt. Anima enim cum egredietur de corpore. nullum alium preter conscientie librum secum portare potest. atque in illo cognoscet. quo debeat ire. et quid debeat recipere. Ex hiis enim que scripta erunt in libris nostris iudicabimini. et ideo scribi debent secundum exemplar libri vite. Ut si quid aliter habuerint corrigantur. ne in illa ultima collacione si quippiam inuenti fuerint aliter habentes abiciantur. hec Bernhardus In tractatu de templo spirituali.

Quod per bonam conscienciam peruenitur ad pacem et ad quietem cordis. capitulum iii

Vellem ergo scire. quid potest homo assequi salutis habendo bonam conscienciam. ¶ Scire debes quod per bonam conscienciam peruenitur ad pacem cordis. et ad sabbatum siue gaudium spirituale. Certa quod nondum quod frequenter

pax et gaudium se comitantur. quia ex pace cordis co-
cipitur gaudium in spiritu sancto. de consciencie tranquillitate
sicut e contrario non est pax impijs. Unde nec gaudium
quos enim consciencia remordet. gaudium uel pacem spiritualem
non habent. Unde bonis per paulum dicitur. Deus spei
repleat vos omni gaudio et pace. De impijs vero
per prophetam dicitur. Non est pax impijs dicit dominus Quo
enim potest esse pax illi. qui gwerram et litem in
domo sue consciencie habet. cui omnia tam bona quam
mala nocent. qui iacet in spinis viciorum. quem vermis
consciencie mordet. qui onus dyaboli portat. qui iacet
in immundicia. Oportet ergo ut faciat iusticiam. hoc
est habeat vitam virtuosam. per quam perveniet ad bonam
conscienciam. qui cupit pacem et tranquillitatem cordis
possidere. De hoc dicit beatus Augustinus. Fac iusticiam et ha-
bebis pacem. Si enim non amaueris iusticiam pacem
non habebis. Bona enim res pax est. Vis ergo venire ad
pacem fac iusticiam. Hec Augustinus. Qui autem volunt paci-
fici in semetipsis esse. necesse est ut motus inordina-
tos et carnales concupiscencias sibi ipsis subiciant ac in se
domet. Mentem vero suam et racionem subiciant deo
per obedienciam mandatorum eius. Hoc commemorat beatus Augustinus
sic dicens. Pacifici in se ipsis sunt. qui omnes animi sui
motus componentes. et subicientes racioni. carnales
que concupiscencias habentes edomitas. fiunt regnum dei in
quo ita ordinata sunt omnia. ut quod est in homine
precipuum et excellens imperet. ceteris que reluctan-
tibus. que sunt nobis bestijsque communia. atque id
ipsum quod excellit in homine id est mens et racio subiciatur
potiori quod est deo Nec enim imperare inferioribus potest
nisi superioribus subiciatur. et hec est pax que datur in terra
hominibus bone voluntatis. Non tamen aliquis perveniet
potest in hac vita ut lex repugnans legi mentis non
sit omnino in membris. sed hoc pacifici agunt domando
concupiscencias carnis ut ad pacem plenissimam quandoque veniat.

Et nondum quod quanto est perfectior vita in homine tanto
maior pax cordis. et quies interior copiosior. ab
eodem acquiritur ac possidetur. Signa autem perfecte
quietis interioris hominis. Iohannes abbas montis synay
declarat sic dicens. Quies est incessabilis dei laus. et
assidua ihesu memoria cum flatu iungatur et tunc
cognosces quietis valitudinem. Signa autem quietis
interioris sunt hec. Intellectus non elatus. mens non
arrogans. sanctificata intencio. raptus ad deum. et
oracio incessabilis. custodia impredabilis. fornicacio
nis mortificacio. habendi ad aliquid possibilitatis af
feccionis ignorancia. mors mundi. auiditas gule.
appetitus omnium. gulosorum primacio. discrecionis fons. la
crimarum libamen. multiloquii perdicio. et omnis conten
cionis et litis initus. Multus vero timor in quiete
tibi necessarius est. quia nichil ita persequi accidia
potest. hec Iohannes abbas. Diligenda igitur est pax et quies
cordis. et habita cum diligencia est conseruanda. Cum
vero fuerit per aliquam negligenciam perdita. iterum per puri
tatem cordis ac bonam conscienciam est renouanda. ne
quis propter inquietem cordis a spiritu sancto efficiatur
alienus. De commendacione autem huius pacis beatus augustinus
sic dicit. Pax est serenitas mentis. tranquillitas animi
simplicitas cordis. amoris vinculum. consorcium cari
tatis. hec est que bella compescit. comprimit iras.
superbos calcat. humiles amat. discordes sedat. inimi
cos concordat. cunctis est placita. non querit alienum
nichil deputat suum. docet amare. que odisse non
nouit. nescit extolli. nescit inflari. hanc ergo qui
accipit teneat. qui perdidit repetat. qui qui in ea
dem non fuit inuentus. abdicatur a patre. exheredi
tatur a filio. a spiritu sancto alienus efficitur. non poterit
ad hereditatem peruenire. qui noluerit testamentum
pacis obseruare. nec potest concordiam habere cum christo
qui discors esse voluerit cum christiano. hec augustinus

Post pacem vo et quietem cordis sequitur sabbatum
spirituale et gaudium in spiritu sancto. quia cum mens per
bonam conscientiam a servitute peccati quieverit. in gaudio
spiritus sancti iocundatur. De hoc dicit Hugo de sancto Victore. Sabbatum
hominis quod ei exterius visibiliter servandum precipitur. sacramentum
est interioris sabbati ubi mens sancta per bonam conscientiam
a servitute peccati quiescens. in gaudio sancti spiritus io-
cundatur. Hoc sabbatum qui se in presenti vita servaverit.
ut nullis consenciat malis. perveniet in futura vita
ad illud eternum dei sabbatum ubi nulla senciat mala. Hec
Hugo. Et sciendum quod illi spiritale sabbatum non observant
qui se terrenis actibus nimis implicant. nec vacant
lectioni et orationi tempore suo. et ideo tales spirituale sabbatum
et requiem in suis cordibus habere non valent. quia per
huiusmodi occupationes terrenas. et superfluas curas impe-
diuntur. De talibus beatus Augustinus sic dicit. Sciendum quod spiritale
sabbatum non observant. nisi illi. qui ita se temperate operibus
terrenis accomodant. ut tamen lectioni et orationi et si non
semper certe vel frequenter insistant. Secundum apostolum Atten-
dite lectioni et doctrine et iterum. Sine intermissione ora-
te. Qui enim tales sunt. cottidie spiritale sabbatum colunt
Qui non inquieti sunt. et iugiter in terrenis actibus
implicantur. De quibus scriptum est. Impedimenta fe-
cerunt eos miseros, sabbatum id est requiem habere non possunt
hec Augustinus. Considerandum etiam quod nullus malus sabbatum
seu requiem habere potest. quia propter remorsum conscientie
quem sustinet, semper in perturbacionibus vivit. Qui autem
conscientiam bonam habet. in tranquillitate et in gaudio
est. et ideo sabbatum id est quietem cordis frequenter possidet. De
hoc beatus Augustinus sic ait. Sabbatum indicat nobis deus qualem
intus est. in corde est sabbatum nostrum. Multi enim va-
cant verbis et tumultuatur conscientia. Omnis homo malus
sabbatum habere non potest. nusquam enim illi conquiescat con-
sciencia. necesse est ut in perturbacionibus vivat. Cum autem
est bona conscientia tranquillus est. Ipsa tranquillitas sabbatum

est cordis. Attendit enim per promissorem deum. et si la
borat in pena. extenditur spe futuri. et serenat omne
nubilum tristicie. Sicut dicit apostolus. Spe gaudentes
Ipsum autem gaudium in tranquillitate spei in re sabbatum
mentis est. Hec aug. Quid est quod valeat ad conservandam quietem cordis. Cap. v.

Cupio etiam de hoc informari. quid est quod valet
ad conservandam quietem interiorem et pacem
cordis. Scire debes quod ad conservandam pacem
cordis et quietis interioris. multum valet vita solita
ria. et frequens mansio in cella. quia per vitam solita
riam. tolluntur occasiones diversarum passionum. per quas
impeditur pax et quies cordis. Cella namque est spiri
tuale habitaculum. que de superbis humiles. de gulosis
sis sobrios. de iracundis mites. de odiosis reddit in
fraterna caritate ferventes. Ipsa namque cella novit ho
mines ad perfectionis culmen perducere. atque ad consummate
sanctitatis fastigium sublimare. De hac vita solitaria
et quam salubre sit habitare in cellis. petrus damiani
sic dicit. Consuetudo enim facit monacho cellulam dul
cem. vagatio mundi facit horribilem. vagantibus
cellula carcer est. permanentibus suave cubiculum. Assue
tum ieiuniis corpus sobrietas roborat. affluentium
epularum fluxus enervat. vigilia moderata aciem
humane mentis exacuit. geminatio repetita soporis
obtundit secularium negociorum. relatio animam passio
nibus desiderii facit obnoxiam. sacri eloquii assidua
meditacio. mundo reddit extinctam. Paupertas mo
nachi. securitas est mentis. securitas vero est mater
puritatis. E contra rerum habundancia aculeos parit
sollicitudinis. sollicitudo radix est anxietatis. O cella
negociatorum celestium apotheca. in qua videlicet illa
mercium summa reconditur. quibus terre viventium possessio
comparatur. Felix commercium. ubi terrenis celestia tran
sitoriis mutantur eterna. Felices nundine ubi ve
nalis eterna vita promittitur. ad quam emendam etiam si

minimi quid solum sufficiat quod habet. Ubi brevis
afflictio carnis emit celeste convivium et exigue lacrime
risum pariunt sempiternum. Possessio terrena distrahitur
et ad eterne hereditatis primordium pervenitur. O cella spiritualis
pretiosum habitaculum. que de superbis humiles. de gulosis so-
brios. de crudelibus pios. de iracundis mites. de odiosis red-
dis in fraterna caritate ferventes. Tu ociose lingue frenum.
Tu luxuriosis renibus nitide castitatis exhibes cingu-
lum. Tu facis ut leves quique ad gravitatem redeant
ut iocosi scurrilitatibus pereant. ut verbiloqui se substricta
silencii censura constringant. Tu ieiuniorum ac vigiliarum
nutrix. tu pacis custos. tu facis ut vagos quosque Christi
cathena cohercet. ut indisciplinati moribus a sua se
pravitate compescant. Tu nosti homines ad perfectionis
culmen evehere. atque ad consummate sanctitatis fastigium
sublimare. Tu homines a semetipsis extraneos reddis
et vasa vitiorum florem virtutibus facis. Qui igitur singula-
rem vitam usque ad finem vite pro divino amore tenuerit
de habitaculo carnis egressus ad edificacionem perveniet do-
mum non manufactam eternam in celis. Hec Pe. Da. Qui
igitur sequestrati a turbis popularibus fuerint. et in
locis solitariis habitare didicerint. mentesque suas a dilecta-
cione desideriorum temporalium excusserint. hii tales etiam in hac vi-
ta magna mentis quiete ac libertate perfruuntur. De hoc beatus
Gregorius in xxx° libro moralium. exponens illud dictum. Qui dimisit
onagrum liberum. sic ait. Onager enim qui in solitu-
dine commoratur. non incongrue eorum vitam signat. qui re-
moti a turbis popularibus conversantur. Qui apte etiam liber
dicitur. quia magna est servitus secularium negociorum. quibus
mentes vehementer atteruntur. quamvis in eis sponte sudetur.
Cuius servitutis condicione carere est in mundo iam nichil
concupiscere. Quasi enim quodam iugo servitutis premunt
prospera. dum appetuntur. premunt adversa dum formi-
dantur. Ac si quis semel a dilectacione desideriorum temporalium
colla mentis excusserit. quadam iam etiam in hac vita

libertate perfruitur. Dum nullo desiderio felicitatis affi
citur. nullo aduersitatis terrore coartatur. Hoc grave
seruitutis iugum dominus uidit. secularium ceruicibus
impressum cum diceret. Venite ad me omnes qui la
boratis et onerati estis. et ego reficiam uos. Et
illud. Tollite iugum meum super vos. etc. Asperum
quippe iugum et dure seruitutis pondus est subesse
temporalibus. ambire terrena. retinere labentia. velle sta
re in nonstantibus. appetere quidem transeuntia. sed
cum transeuntibus nolle transire. Liber ergo dimittitur
quia caritatis terrenis desideriis. ab appetitione rerum
temporalium securitate mentis exoneratur. hec gregorius. Circa
quod considerandum. quod si forte aliquis non potest esse
solitarius in corpore. eo quod in congregacione et comitate fra
trum cogitur conuersari. vel quod plus est. forsan
occupatur in negociis et curis rerum temporalium. ex manda
to superiorum. quibus obedienciam tenetur ex precepto regule
exhibere. Talis igitur cum non suppetit solitudo corporis
debet intendere solitudini cordis. Et quamuis positus
sit inter homines. aut occupaciones temporales. tamen debet
curas rerum secularium. et inutilium cogitacionum inquan
tum valet a se excludere. Vt possit eo liberius deo vaca
re. quia nec solitudo corporis valis est. si defuerit quies
et solitudo cordis. Quod beatus gregorius in xxx° li°. moralium tan
git. exponens illud verbum. Cui dedi in solitudine do
mum sit. d. hoc loco solitudinem debemus intelligere corporis
an solitudinem cordis. Qui enim corpore remotus viuit
sed tumultibus conuersacionis humane terrenorum desideriorum
cogitacioni se inserit. non est in solitudine. Si vero premitur
aliquis corporaliter popularibus turbis. et tamen nullos cura
rum secularium tumultus in corde patiatur. non est in vrbe
Itaque bene conuersantibus primum solitudo mentis tribuitur.
Vt exsurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum
premant. vel bulientes ad infima curas cordis. per
superni graciam restringant amoris. omnesque motus in

portamne se offerencium. leuium cogitacionum. qui quasdam
circumuolantes muscas ab oculis mentis abigant. ma
im grauitatis. et quodam sibi cum domino intra se secre
tum querat. Ubi cum illo exteriore cessante strepitu per
intima desideria silenter loquatur. Hec Gregorius. Unde quilibet
religiosus. qui desiderat familiaris esse deo. et per graciam
sancti spiritus in anima sua consolari debet. fugere tumul
tum hominum quantum licet. et solitudinem maxime mentis
diligere. quia deus magis requirit ab homine spiritus quam
corporis solitudinem. Ad hec faciendum beatus Bernhardus unam
quamque deuotam animam hortatur sic dicens. O sancta anima so
la esto. ut soli creatori omnium serues te ipsam. quem ex
omnibus tibi elegisti. Fuge publicum. fuge et ipsos do
mesticos. secede ab amicis et intimis. nichil tibi et
turbis. Ipsum obliuiscere populum tuum et domum patris tui
et concupiscet rex decorem tuum. An nescis uerecundum
te habere sponsum. qui nequaquam sua tibi indulgere presen
ciam presentibus ceteris. Secede ergo sed mente non corpore
sed intencione. sed deuocione. sed spiritu. deus enim spiritus
requirit non corporis solitudinem. Solus es si non co
mmunia cogites. si non affectes presencia. si despicias quod
multi suscipiunt. si fastidias quod omnes desiderant. si
iurgia deuites si dampna non sencias. si non recor
deris iniuriarum. Alioquin nec si solus corpore es so
lus es. Hec Bernhardus. De septem donis spiritus sancti in genere cap. vi

Desidero ergo aliqua scire de septem donis spiritus
sancti. et de fructu ac utilitate. quam assequun
tur possidentes. et habentes illa dona. utrum
et valeant predicta dona ad puritatem cordis promouen
dam seu eam conseruandam. et de hijs cupio per te o pater
informari. pater respondet.

De septem donis spiritus sancti. de quibus queris
fili. et desideras instrui. Primo scire debes
quod licet omnes gracie et habitus dati diuini
tus possint dici generaliter dona dei. Specialiter tamen

et appriate. septem sunt dona ~~sunt dona~~ spiritus sancti
que per ordinem ysaias enumerat. a summo incipiens
usque ad ultimum descendendo. Nos vero qui a terra ad
celestia tendimus. eosdem gradus ascendendo numeramus
incipiendo ab infimo. scilicet a dono timoris ascendendo
usque ad donum sapientie. Rationem huius ascensionis reddit
beatus gregorius sic dicens. Nemo infima deserens repente fit
summus. quia ad obtinendum perfectionis meritum. dum cotti-
die mens in altum ducitur. ad hoc procul dubio velut
ascensionis cuiusdam gradibus provehitur. Unde ascen-
siones in corde meo disponere debemus in hac valle la-
crimarum. ut ad donum sapientie pertingamus. Est igitur nobis
in hac scala ascendendum. ab infimo dono timoris
usque ad summum donum. scilicet sapientie per gradus dispo-
nentes ascensiones in corde. ut eamus de virtute in
virtutem. donec videatur deus deorum in syon. Primus
igitur gradus ascendendi est. scilicet timoris amorosi in
omnibus agibilibus continuatio. Secundus est pietatis vis-
cerose ad deum et proximum sancta liquefactio. Tercius
est sciencie omnium beneficiorum dei grata percogitatio. Quar-
tus est fortis omnium operationum bonorum executio. Quin-
tus est consulta a deo omnium eligendorum et tuta electio.
Sextus est intellectus omnium veritatum necessariarum
limpida contemplatio. Septimus est sapiencialis ce-
lestium deliciarum pregustatio. Dicuntur autem hec septem
dona multiplici ratione. Primo quia per hec expelluntur
septem vicia. Timor enim domini expellit superbiam. pie-
tas invidiam. sciencia iram. que est quasi quedam in-
sania. fortitudo accidiam. consilium avariciam. intel-
lectus gulam. sapiencia luxuriam. Et nondum. quia
septem sunt spiritus boni. et septem mali. Nam per do-
num timoris domini. spiritus sanctus ab homine superbiam expellit
et deum humiliter introducat. Per donum pietatis invidiam
turpitudinis conculcat. et proximum ad se dulciter invi-
tat. Per donum sciencie iram totaliter sedat. et totum hominem

inicia se prudenter pacificat et quietat. per donum fortitu
dinis. accidiam violenter opprimit. et vigore mentis vehe-
menter ad operandum impellit. per donum consilij. avariciam
potenter extinguit. et thesauros celestes sapienter cogitat
Per donum intellectus. gulam violenter reprimit. et celes
tibus delicijs mentem spiritualiter reficiat. Per donum sapiencie
luxuriam viriliter despiciat. et totum hominem castitati
et libertati totaliter restituit. Expulsis igitur omnibus
vicijs. spiritus sanctus per dona sua. ex domo mentis inte
iocunditatem et statum sibi habitacionem preparat. Nam donum sa
piencie mentis inte domum virtutibus edificat. Donum in
telligencie mentis domum contemplacione illuminat. Donum
consilij. domum mentis prudencia gubernat. Donum for
titudinis. mentis domum stabilit et defensat. Donum sciencie
mentis domum virtutibus diuinis multiplicat ditat.
Donum pietatis mentis domum diuino cultu ornat. Do
num timoris mentis domum mundam conseruat. et omne pec
catum totaliter ab ea expellit et exstirpat. Unde bene
spiritus sanctus comparatur igni. quia sicut ignis diversos habet
effectus. et primo purgat. ita spiritus sanctus per donum timo
ris purgat mentes hominum a sordibus viciorum. Timor
enim domini expellit peccatum. Item liquefacit per donum pie
tatis. sicut ignis metalla ceram et pinguia. Item congre
gat per donum sciencie. Sicut enim ignis diuersa metalla in
unam massam. sic et spiritus sanctus qui docet bene conversari
inter malos. coniungit eciam malis bonos. Item conso
lidat per donum fortitudinis. Unde apostoli recepto igne
spiritus sancti. ita fuerunt robusti. quod qui prius cedebant
ex modico timore iam ibant gaudentes a conspec
tu concilij. Item elevat per donum consilij usque ad celum.
secundum illud. Vade et vende omnia et habebis thesau
rum in celis. Item illuminat per donum intellectus. Secundum
illud. Docebit vos omnem veritatem. Item accendit
per donum sapiencie. quo gustantur celestia. et quanto plus
gustantur tanto ferventius desiderantur. Secundum illud. Qui

edunt me adhuc esurient. Dicuntur etiam dona sancti
spiritus septem esse propter expediendas vires naturales. Na-
tura irascibilis indiget expediri tam in prosperis quam in adversis
In prosperis quidem per timorem. In adversis autem per fortitudinem. Concupisci-
bilis indiget expediri quantum ad affectum respectu proximi quod fit per pie-
tatem. et quantum ad effectum respectu dei. quod fit per gus-
tum sapientie. Racio quoque indiget expediri in veritatis
speculacione. quod fit per donum intellectus. et in veritatis
eleccione. quod fit per donum consilii. atque in electi exsequ-
cione quod fit per donum sciencie. Per hoc enim donum recte con-
versamur in medio nacionis prave et perverse. Et
nondum quod spiritus sanctus dicitur procedere a patre et filio ut do-
num ad creaturam per quem electi omnes vocantur. iustifi-
cantur et glorificantur. De hoc dicit beatus Bernhardus Spiritus sanctus qui
a patre filioque procedit. tamquam firmissimum. et indis-
solubile vinculum trinitatis. et tamquam in quo omnia
dona donantur. Est donum de quo testatur scriptura quia
procedit. spirat. inhabitat. replet. atque glorificat
Procedere dicitur a patre et filio. ut donum ad creaturam.
Unde procedendo predestinat. inspirando vocat quos
predestinavit. Inhabitando iustificat quos vocavit
Replendo accumulat meritis quos iustificavit. Glo-
rificando ditat premiis. quos accumulavit meritis. Hec Bernhardus
Est etiam spiritus sanctus multiplex in virtute omni. Est
enim artifex omnem habens virtutem. omnia prospiciens
Unde radios suorum donorum omnibus liberaliter exhibet
diversimode tamen secundum capacitatem singulorum. Unde
beatus Bernhardus in sermone de penthecoste sic dicit. vere multi-
plex est spiritus in virtute. quia tam multipliciter filiis
hominum inspiratur. ut non sit qui se abscondat a calore
eius. id est radiis beneficiorum eius. si quidem concedit hominibus
ad usum. ad miraculum. ad salutem. ad auxilium. ad
solacium. ad fervorem. Ad usum quidem vite presentis
concedit bonis et malis. dignis pariter et indignis
communia bona habundantissime tribuens. ita ut videatur

hic discretionis limen non tenet. Ingratus est ergo uel cecus
qui in hijs beneficiis spiritus sancti non agnoscit. Ad imi-
tacionem datur in signis et prodigijs in varijs virtutibus quas
per quorlibet manus operatur. Item infundit ad salutem
cum in toto corde nostro reuertimur ad dominum deum nostrum.
Porro ad auxilium datur cum in omni colluctacione adiu-
uat infirmitatem nostram. Datur eciam ad consolacionem. Vt au-
tem testimonium perhibet spiritui nostro quod filij dei sumus. Hec inspi-
racio ad consolacionem est nostram. Datur eciam ad feruorem
cum in cordibus peccatorum vehemencius spirans validum
ignem caritatis accendit. Vt non solum in spe glorie filiorum
dei. sed eciam in tribulacionibus glorientur. tormenta gloriam
reputantes. obprobrium gaudium. despectum exultacionem
Plana sunt qui hoc spiritu repleantur. hec Bernhardus. Hijs
itaque de septem donis spiritus sancti in generali premissis
nunc de singulis donis in speciali videamus etc.

Sciendum igitur est. De dono timoris. capitulum vij.
quod primus et infimus gradus ascendendi ad
gustum sapiencie. est timor domini. De quo Ans-
helmus sic dicit. Horum donorum primum est. Timor domini
veluti aliorum quoddam fundamentum. Hunc namque spiritus
sanctus in campo mentis supponit. aliaque dona in
suo ordine veluti in edificio superimponit. Prius enim
metuere facit hominem ne per peccatis suis adeo separetur.
et post in penis inferni cum dyabolo torqueatur. De qua
tortura hugo sic ait. Terreat te timor iudicij terribilis
metus iehenne. laquei mortis. dolores inferni. ignis
vrens. vermis mordens. sulphur fetens. flamma thar-
tarea. et tandem omnia mala. Vt tandem clames mecum
nunquam non peccabo. hec hugo. Ad hunc timorem salubrem
inuitat nos spiritus sanctus per os prophete dicens. Venite filij audite
me. timorem domini docebo vos etc. Et notandum est quod triplex est
timor seruilis. inicialis et filialis. Timor seruilis
facit duo. primum est quod preparat viam caritati. Secundum est
quod trahit a peccato metu pene. Vnde per sapientem dicitur.

Timor dni expellit pctm. Dicit ecc. De hoc btus Bnh9
Repletus timore dni. no habet locum ubi admittat
pcta tenebras. Unde qui pugnat contra vicia et
volt desideria carnis vincere necesse est ut timorem
dni habeat. De hoc dicit Rich9 de sco vic. Qmo in illo
plio umqm victor exstitit ubi spus aduersus carnem
et caro adusus spm concupiscat. qui sine timore pug
nauit. hec Rich9. Scds timor dr inicialis. quia est
incipiencium. et inicium sapie. et dr esse donu spus sci.
sed tn sub inpfecto esse. quia p illum timore cohibz
se homo a pcto principalit ppter deum. scdario ppter
pena eterna. De timore isto btus Bnh9 sup Cantic
sic dicit. Non inmerito. hic timor dr sapiencie ini
ciu, quia se pestr incipienciu prius opponit. hic
eni timor. quida ingressus est ad sapiam. plane
dei domus et porta celi est. et tamqm ingressus gle
In veritate eni didici nil eque efficax esse ad gram
pmendam retinedam et recupandam. qm si omi
tpe coram deo inuenaris non alta sape. sed demy
time. Non est eni locus quo admittas supbia reple
tus timore dni. hec Bnh9. Et nondum qr pfecta ca
ritas. dr foras mitte timore inicialem. inqntu habz
natuz timoris seruilis. scdm hoc scilz. qr habet oclm
ad pena. Timor eni inicialis habet duos oculos
unu ad gliam qui est ei essencialis. alterp ad pena
qui est ei accidentalis. sed timori seruili essencialis
Pretea timor inicialis abstinet a pcto veniali ppt
pena purgatorij. in quo casu potest conuenire cum
pfecto. qui ecc. timet pena purgatorij. in qntu est
dilatatoria glie siue separatiua ad tpus. Tercius
timor dr filialis. et est unu de septem donis spus
sancti sub esse pfecto dono. Per ipm eni anima red
ditur bene mobilis ab inspiracoib9 spus sancti. ad
queqz opa vtuosa. quia p talem timorem se spiritui
sancto omo subiciat. et in nullo repugnat. put possi^le^

est in via. Et sciendum quod timor filialis proprie timet offendere deum. qui etsi propter peccatum non separet a deo. tamen a peccato abstinet. ne ipsum offendat. et in hoc differt filialis timor ab initiali. quia timor initialis propter conscientiam peccati. timet separari a deo. Timor vero filialis tantum timet offendere. Alia est etiam differentia. quia timor initialis est imperfectior. sed filialis est perfectior. Et notandum quod caritas cum intrat cor hominis incipit timor exire. cum vero illa tota intrauit. et cor possederit. tunc nullus timor erit. quia perfecta caritas foras mittit timorem. De hoc beatus Augustinus in libro de verbis apostoli sic dicit. Cum igitur caritas intrat in cor hominis incipit timor exire. et quanto plus illa intrauerit. tanto minor timor erit. Cum illa tota intrauit. nullus timor erit. quia perfecta caritas foras mittit timorem. Intrat ergo caritas pellit timorem. Non autem intrat et ipsa incomitata habet secum suum timorem quem introducat ipsa. sed illum castum permanentem in seculum seculi. Servilis timor est. quo times cum diabolo ardere. Timor castus est. quo times deo displicere. Hec Augustinus. Unde secundum dictum apostoli mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem in timore dei. et sic patet de timore dei.

De dono pietatis. capitulum viij.

Habita informatione de dono timoris Nunc de dono secundo quod sequitur cupio edoceri. ¶ Scire debes quod donum timoris immediate sequitur donum pietatis. et est secundum donum in ascendendo. Quod ostendit Anshelmus sic dicens. Homo denique dono timoris spiritus sancti semper imponit pietatem. cum metus sit timenti sine ipsi aspirat compassionem. pie quoque recolere facit. quam misera erit si a deo separata in inferno cum diabolo torta fuerit Ideo rationabiliter de dono timoris ascendit ad donum pietatis. De hoc dono dicit apostolus paulus Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. pietas autem ad omnia utilis est. promissionem habens vite que nunc est et future. Ostendit

aplusm hys vbis duplex exercicium quod conuenit homi
corpale scilicet et spuale. Quod spuale corpali preferendum
est. quia est vtilius. Corpale enim modicam vtili-
tatem habet. vt ipse dicit. Quantum enim spualia corpa-
libus. et eterna tpalibus. inuisibilia visibilibus prevalet
tantum spualis exercitio corpali. ¶ Et nondum quod exerci-
cium pietatis consistit in triplici actu. scilicet in reuerencia ve-
neracionis diuine. In custodia sanctitatis intrinsece
et in affluencia miseracionis fraterne. Primo exer-
ceri debet pietas in reuerencia veneracionis diuine. Unde
de Josya in 2 paralipomenon dicitur. In diebus peccatorum corroborauit
pietatem. id est cultum diuinum. qui ante ipsum xpm non
vigebat nisi in israel. Quod autem pietas sit cultus dei. dicit
de hoc beatus Augustinus in libro de ciuitate dei. pietas proprie
cultus dei est. qui dicitur latrie cultus. et hic cultus debetur
soli deo. tamquam excellenciori et perfectiori. Sed nondum
quid sit iste cultus. ad quod videtur Augustinus in libro de verbis
domini. Colimus deum et deus colit nos. Colimus deum
adorando. et ut colonum nostrum inuocando. Colit nos
deus arando ut agricola. quia agricultura eius in
nobis est. eo quod non cessat verbo suo extirpare ma-
la semina de cordibus nostris. et aperire cor nostrum tamquam
aratro sermonis. plantare semina preceptorum et expectare
pietatis fructum. hec Augustinus. ¶ Secundo exerceri debet pietas
in custodia sanctitatis intrinsece. Summa autem pietas
siue religionis xpiane consistit in puritate et tranquil-
litate interiore. Pie enim non potest homo agere. nisi amet
sanctitatem. Unde per Jacobum dicitur. Religio munda et imma-
culata apud deum et patrem hec est. Visitare pupil-
los et viduas in tribulacione eorum. et immaculatum se cus-
todire ab hoc seculo. De hac pietate beatus Bernhardus super
illud dictum apostoli. Exerce temetipsum ad pietatem sic ait
Pietas enim hec iugis est dei memoria. continua intencio-
nis actio ad intelligenciam eius indefessa affectio in amo-
re eius. Ut nulla hora quamque servum dei inueniat. non dicam

dies sed hora. nisi vel in exercitii labore et proficiendi studio
vel in experientie dulcedine et fruendi gaudio. hec ibi.
Tranquillitas etiam esse non potest. nisi in sanctitate conscientie
ut sit bona et pia. ut scilicet homo preferat vitam virtutis vi-
te mundane. et vitam gratie vite corporali. Qui vero secus
facit. non habet affectum pium in se. Hec igitur est pietas vera
ut homo animam suam custodiat in sanctitate. quod si non
facit. perdit vitam perdit gratiam et virtutem. Secundum illud. ps.
dominus interrogat iustum et impium. qui autem diligit iniquitatem
odit animam suam. propter hoc dicit Eccli. xxx°. Miserere anime
tue placens deo. et congrega cor tuum in sanctitate. hoc dicitur
non solum de exteriori conversatione. sed etiam interiori. quia
simulata pietas. non est pietas. sed duplex impietas
unde dicit apostolus. Novissimis temporibus instabunt tempora pericu-
losa. et erunt homines seipsos amantes. cupidi. elati. vo-
luptatum amatores magis quam dei. habentes quidem speciem
pietatis. virtutem autem eius abnegantes. Et Tertio exercei
debet pietas in affluentia misericordie fraterne. sicut fecerunt
Noe abraham Moyses. Samuel. et david. Noe enim
propter pietatem hominum. centum annis fecit archam. Abra-
ham propter pietatem. pro impiissimis sodomitis rogavit
et extorsit a deo. quod si essent decem viri iusti in civitate
non destrueretur civitas propter eos. Moyses autem pro populo con-
temptore dei et sui oravit dicens. Aut dimitte eis hanc
noxam. aut dele me de libro vite. Samuel vero quem
populus reprobavit ne preesset. cum irato domino contra populum
populus diceret ei. ora pro nobis. dixit. absit hoc a me ut non
orem pro vobis. David autem in summo periculo generis et
sui pepercit. Sauli cum nec contra deum. nec contra legem
fuisset si eum occidisset. Isti ergo sunt viri misericordie. quorum
pietates non defecerunt. Ad hanc pietatem invitavit
nos petrus in secunda sua Canonica sic dicens. Ministrate in
fide vestra virtutem. in virtute autem scientiam. in scientia autem abstinen-
tiam. in abstinentia autem patientiam. in patientia autem pietatem
in pietate autem fraternitatis caritatem. Qui enim pius vult esse

ad proximum oportet ut habeat hec ut paciens et ca-
ritatiue ad hostem sic habeat ut david. aliter pietas
non est in homine. cum non habeat extrema sua. scilicet paci-
enciam et caritatem. De hac pietate beatus Bernhardus in quadam
epistola sic dicit. O clementissima pietas que non desinit
sua largire beneficia. non solum hiis ubi nullum
meritum invenit. sed eciam hiis ubi totum videt contrarium
habet Bernhardus. Unde secundum apostolum. Sobrie et pie et iuste
vivamus in hoc seculo. Sobrie quantum ad nos. Iuste quan-
tum ad proximos. Pie quantum ad deum in ipsum fideliter
credendo. et eum super omnia diligendo. expectantes beatam
spem. et adventum glorie magni dei. et salvatoris nostri
Ihesu Christi. Sic igitur patet de dono pietatis. De dono sci-

encie Capitulum nonum.

Postquam instructus sum.
de dono pietatis. nunc de tercio dono quod sequitur
cupio informari. Debes scire quod tercium donum
spiritus sancti est donum sciencie. et sequitur immediate donum
pietatis. Unde dicit Anshelmus. Post donum pietatis spiritus
sanctus donum sciencie superimponit pietati. cum mens
sic timet sibi et compatitur ut quo valeat modo sal-
vari sciat. ergo spiritus sanctus huius rei cognicionem largitur.
Et notandum secundum beatum Bernhardum qui dicit super Cantica. quod est
sciencia quedam secularis que inebriat non caritate sed
curiositate. implet sed non nutrit. inflat sed non edi-
ficat. ingurgitat sed non confortat. et talis sciencia
non est donum spiritus sancti. Est et alia de qua beatus Augustinus
in libro de civitate dei sic dicit. Est sciencia que non est rerum
vanarum nec rerum curiosarum. sed de hiis de quibus fides sa-
luberrima. que ad veram beatitudinem ducit. gignitur
nutritur. defensatur et roboratur. et hec dicitur donum spiritus sancti
et hoc donum gratuitum est. lumine supernale. cuius actus
est bene iudicare secundum regulas legis eterne. Unde donum
sciencie primo respiciat speculacionem. scilicet in quantum homo sciat
quid fide tenere debeat. Secundo se extendit ad operacionem corporis
que ad credibilia consequenter dirigitur. Unde illi donum

sac hnt. qui ex infusione gracie certum iudicium habet
circa credenda et agenda. quod nec in ullo deviant a recti
tudine iusticie. Et hec est scientia sanctorum de qua dicitur sapientie x°.
Iustum deduxit dominus per vias rectas. et dedit illi scientiam sanctorum
Ex hys patet quod donum scientie est habitus infusus quo ha
betur certum iudicium circa credenda et agenda. Et nondum
quod salubritas scientie dependet in noticia sacre scripture
ubi tot delicias anime invenimus. quot ad perfectum nostre
intelligencie diversitates accipimus. De hoc beatus Gregorius
in moralibus sic dicit. In amore sacre scripture tot nimirum
delicias invenimus. quot ad perfectum nostrum intelligencie diver
sitates accipimus. Ut modo nos nuda pascat hystoria. modo
sub textu littere velata nos reficiat medulliter allegoria
modo ad alciora suspendit contemplacio anagoge. in
presentis vite tenebris iam de luce eternitatis intimatis.
In hys verbis beatus Gregorius innuit triplicem mensam esse
sacre scripture. in quibus anime studiose mediante dono
de triplici mensa sacre scripture Gregorius
scientie diversimode et dulciter reficiuntur. Prima est mensa
historie. Secunda est mensa allegorie. Tercia est mensa
anagoge. In mensa hystorie cibantur simplices fercu
lis grossioribus. In mensa allegorie cibantur doctores
ferculis subtilioribus. In mensa anagoge perfectiores
cibantur ferculis dulcioribus. In mensa historie cibantur
simplices ferculis grossioribus fidem roborantibus. Dum
simplices legunt in sacra scriptura. quod aqua in vinum
mutatur. lazarus resuscitatur, leprosus mundatur. cecus illumina
tur. etc. huiusmodi Et tunc turba simplicium pascitur. quorum fides
exemplis roboratur. In mensa secunda allegorie refi
ciuntur subtiliores. ut doctores et similes. subtilioribus
et dulcioribus ferculis. Dum eis panis verus de celo
promittitur. habens in se omne delectamentum suavitatis.
ex cuius manducacione resurrectio nobis promittitur. vita
eterna speratur. Janua regni celestis aperitur. mensa eterne
refectionis preparatur. corpus christi hic vere manducatur
in quo nobis deitas approximatur. Unde dicit hugo. Carnem

assumpta ihc nobis medullu̅ proposuit. vt p absum
carnis ad gustum interiorem diuinitatis. Et hys aut̅
confortat anima et surgit in spem viuam. de qua
spe dicit greg. Spes in eternitate aiam erigit. et idcirco
nulla exterius aduersa que tolleret sentit. quod non
est modica refectio mentis. In mensa tercia scilicet
anagoge spirituales et perfectiores pascunt̄ ferculis
dulcissimis et sapidissimis. cuius racio potest esse talis.
Anagoya enim ut dicit hugo sup primu̅ angelice
ierarchie est ascensio siue eleuacio mentis in contem-
placionem supernorum. Ideo ascendendo transcendit narraciones
mense hystorice. sed contemplando transit vltra vela
mina mense allegorice. Plena aut̅ eleuacio et pura
contemplacio in mente miram et dulcem generant
delectacionem et refectione̅. De hoc dicit btus greg. super
ezech. Contemplacio amabilis valde dulcedo est. que
super seipsam aiam rapit. celestia aperit. terrena aut̅
debere esse contemptui ostendit. et quedam aia spectat
vnde refecta perficiat. et post ad visionis eius gloriam
pertingat. hec greg. Et considerandu̅ quod sunt nonnulli
qui amant scienciam et sapienciam. non vt habeant eam in
vita uel in moribus. sed ut per eam vanam gloriam acqui-
rant. De hoc dicit btus aug. Amant aliqui verba sapie̅
ut habeant eam in doctrina et non in vita. non ut per mores
eam augeant. sed ut inanem gloriam acquirant. et sic
verbis illius inflati. ab ea fiunt magis alieni. hec
aug. De sciencia ergo bona et mala sic dicit btus bern. Sunt
enim quidam qui volunt scire ut sciant. et turpis curio-
sitas est. Quidam ut sciantur. et turpis vanitas est
Quidam vt scienciam vendant. et turpis questus est. Qui-
dam vt edificent. et caritas est. Quidam ut edificentur
et prudencia est. hec bern. Et nondu̅ quod plures ha-
bentes scienciam salutem minorem saluantur. et nonnulli habentes
scienciam maiorem pereunt et dampnantur. Vnde felices sunt
quibus sciencia quecumque. siue sit exterior. siue spiritualis

est scala ascensionis ad vitam eternam et non ruina
deiectionis. De hoc dicit Rich. de sancto vic. Vere salutis
scientiam alii habent maiorem. alii habent minorem. et
contingit sepe salvari eos qui habent minorem. et pe
rire eos qui habent maiorem. Magnitudo namque scientie
quibusdam est fomes superbie. et eo ipso causa ruine
Unde felices sunt quibus exterior scientia fit scala
ascensionis. non ruina deiectionis. Felices quibus
scientia illa que inflat est non ad inflationem sed ad inflammationem eius
edificat. Hec Rich. Sic igitur patet de dono scientie

Postquam edoctus sum. **De dono fortitudinis ca. x**
de dono scientie. nunc de quarto dono quod
sequitur cupio informari. Scire debes quod
quartum donum spiritus sancti. est donum fortitu
dinis. et sequitur immediate donum scientie. Quod anshelmus ostendit
sic. d. Spiritus sanctus donum fortitudinis superimponit
dono scientie. cuius ratio est. quia dum mens pavida times
sibique dono pietatis compaciens. et iam quid agere
debeat dono scientie sciens. oportet ut dono spiritus sancti
sit fortis ad operandum. que didicit. et quibus se sal
vari posse confidit. Quia sicut hugo dicit. profectum
non facit cognicio veritatis in mente. nisi subsequitur
habitus virtutis in operatione. Ideo fortitudinis donum
sequitur donum scientie. Et notandum quod anima disponitur ad
suscipiendum donum fortitudinis per tria. Primo per
inexpugnabile fidei scutum. quo scuto muniuntur
omnes bellatores xpi. ut possint vincere mundum et
dyabolum. et omnia vicia. et prosequens pervenire ad
regnum dei. Hii sunt secundum dictum apostoli. Ad hebre. xi.
Qui per fidem vicerunt regna. operati sunt iusticiam adep
ti sunt repromissiones. convaluerunt de infirmitate. for
tes facti sunt in bello. Item dicit ad ephe. vi. In
omnibus scutum fidei sumentes. ut possitis omnia tela
nequissimi ignea extinguere. et hoc fit maxime per
veritatem fidei. cuius fortitudo superat omnem fortitudinem

c. mat.

Unde et aplus petrus hortatur nos ad resistendu dyabolo
p fidei virtute sic d. Sobrii estote et vigilate quia
adversarius vr dyabolus tamqm leo rugiens circuit q
rens quem devoret. cui resistite fortes in fide. Qua em
mediate fortitudo illabitur anime. Unde dr scdo. pa=
lipp. xvi. caplo. Oculi dni contemplantur universam
terram. et pbet fortitudinem hys qui pfecto corde cre
dunt in eum. Scdo disponitur anima ad suscipiendu
donu fortitudinis p ineffabile spei solaciu. de hoc
dr. ysaie. xl. Qui sperant in dno mutabunt fortitudi
nem. assumet penas ut aquile. current et no labora
bunt. ambulabunt et no deficient. hec aut spes debet
hre silenciu. dicente ysaia. In silencio et in spe erit
fortitudo vra. Magnam namqz fortitudinem dat
deus sperantibus in se. Unde dr ysa. xl. Qui dat lasso
virtutem. et in hys qui no sunt fortitudinem et robur
multiplicat. i. hys qui nichil se reputat sed deum
et ideo homo nullo mo speret in se sed in deum tm
Tercio disponitur anima ad suscipiendu donu fortitu
dinis p inextinguibile caritatis incediu. Unde dicit
btus augus. Fortitudo est amor. quia fortis est ut
mors dilectio. omnia ppter deum facile pferens. Cia
iusti viri fortiter radicati in amore dei adversa queqz
pacienter et libenter sustinent dicentes cu aplo paulo.
Quis nos separabit a caritate xpi. Tribulacio. an
angustia an fames. an nuditas. an gladius.
Certus sum quia neqz mors neqz vita poterit
nos separare a caritate dei. que est in xpo ihu dno
nro. Sciendu est q donu fortitudinis datur fideli
bus ppter tria. Primo datur ad pficiendu opaco
nes virtuales Nam donu fortitudinis contra omnia vi
cia decertat. et ornamenta virtutu in hominibus con
servat. De hac btus ambrosius sic dicit. Non mediocris
virtus animi est fortitudo. que sola defendit orna
menta virtutu omniu. et iusticiam custodit. et que in

expugnabili psidio aduersus omnia vicia delectat
inuicta ad labores. fortis ad picula. rigidior aduer
sus voluptates. auariciam fugat. que virtute effeminat
et mentem obtenebrat. hec Ambr. Scdo dat donum
fortitudinis ad psternedas aereas ptates. s. ad for
titer pugnadu. Unde dr. j. Joh. i° Scribo vobis iuuenes
qm fortes estis. et verbu dei in vobis manet. et vicis
tis malignu. signu est fortitudinis. qn homo psterit
nit aduersariu suu. Debet g. qlibz resistere viri
lit maligno spiritui ne preualeat. Ad hoc hortat
Jacobus. iiij. caplo. sic d. Resistite dyalo et fugiet a vo
bis. Tercio dat donu fortitudinis ad tolleandas mudi
tribulacoes. Ipa namqz fortitudo generat paciam
p qua homines vincut aduersa non repugnando
sed suffendo. De hoc Cassian sic dicit. Pacia vincat
aduersa non colluctado sed suffendo. non murmurando
sed grias agendo. Ipa est que feces tocius voluptatis
abstergit. Ipa est que limpidas animas deo reddit
hec Cassianus. Unde iusti viri p donu fortitudinis
nec psperis extolluntur. nec aduersis frangut. quia
spem in dno hntes. in suis tribulacoibus ab ipo
no derelinquntur. Et sicut in electis tribulaco opat
paciam et spem future glorie. Sic in reprobis tri
bulaco parit despacom. Ista commedorat btus Bnhs
sic d. Iustus nec laude extollitur. nec vituperacoe fra
git. Non diuicias timet. no cofunditur paupertate. et
leta cotempnit et tristia. Sicut em sts et elcis tri
bulaco opat paciam. pacia pbacom. pbacio spem.
spes aut no cofundit. Sic e contrario dampnadis et
replis tribulaco opat pusillanimitate. pusillani
mitas turbacom. turbaco despacom. Despacio aut
interimit. hec Bnhs. Et sic patet de dono fortitudis. 2l

Habita informacoe de dono consilij. Cap. xi
de dono fortitudinis. nunc de quito dono qd
sequitur ampio edocere. Et debes scire qd quatu

donu spus sancti est donu c̄silij. et sequit̄ immedia
te donu fortitudinis. Unde dicit Anshelmus. Post donu
fortitudinis spus sancti donu c̄silij superedificat. qa
cum iam mens est fortis ad opandum q̄ pie timendo
scit esse facienda. sui experimento didicit ex spu sco.
qui de hijs omnibus consulere debeat. Ex quo con
cludit q̄ donu fortitudinis sequit̄ immediate do
nu c̄silij. Est aut̄ donu c̄silij. habitus a deo infusus
quo scdm c̄siliu sal3 spus sancti mouemur ad opa
c̄ones bonas. Est etiā c̄siliu put dicit damascenus
appetitus inquisitus racione directus. de hijs que sunt
facienda et non facienda. Sciendu aut̄ q̄ est triplex
consiliu. Est enim c̄siliu quo erudimur ad dischendum
quo subleuamur ad eligendum. quo expedimur ad p̄se
quendu. Primo est consiliu. quo erudimur ad discerne
dum q̄d licet et decet ad dictamē racionis recte. Unde
dicit puerb. viij. Ego sapia habito in c̄silio. in quo eru
ditur homo ad discernendu. quidq̄ est utile decens et
licitu. Primo enim oportet vide an liceat. scdo an deceat
tercio an expedit. Multa enim licent. sed nō oīa expe
diunt. scdm aplm. Scdo est c̄siliu quo subleuamur
ad eligendum. quod licet decet et expedit ad anime
salutem. De hoc dicit. eccī. xl. Aurum et argētu con
stituet pedem. et sup utrumq3 c̄siliu beneplacitu. Aurum
est sciā sacre scripture. Argentu vero philozophia
Pedes ergo stabiliunt̄. sup documēta istius et illius
sed sup omnia c̄siliu beneplacitu q̄ est virtus que
in moribus est certior omni arte. et ideo est sup aurum
et argentu. Tercio est consiliu quo expedimur
ad p̄sequendu q̄d licet decet et expedit ad opacionem
virtuosam. De hoc dicit Judith. x. Deus patrum nostrorum
tibi graciam det. et omē c̄siliu cordis tui sua virtu
te corroboret. Et ps dicit. Tribuat tibi scdm cor
tuum. et omē c̄siliu tuu c̄firmet. Ubi ppheta
imprecatur fidelibus dona sancti spus. Ut c̄silia

sana et ad aīe salutem spectancia valeat adim
plere. Et nondū q̄ oportet ut homo sciat eligere
bonū cōsiliariū. De electione vero boni cōsiliarij dicit͛
Eccī. vi°. Multi pacifici sint tibi. et cōsiliari͛ sit
tibi unus de mille. qui est xp̄s. Unde dr͛. ysa. ix°.
Vocabit͛ nomē eius admirabilis cōsiliarius. Iste
sum͛ consiliarius habet cōsiliarios principalit͛
aplos. Inter quos paulus dicit. Beacior aūt erit
si sic p͛manserit. scdm̄ meū consiliū. s. custodiendo
castitatē. quia hoc est scdm̄ deum. Unde seqt͛. Puto
aūt q̄ et ego spm̄ dei habeam. et sic patet q̄ nichil
cōsuluit. nisi quod vidit in xp̄o. Unde idem aplus
ad Chori. dr͛. Scitis gratiam dn̄i nri ihū xp̄i. qui pp̄
vos egenus factus est cum esset dives. ut eius in
opia vos divites essetis. et in hoc consiliū do. Ut
videlz eius paupertatē imitamini. scilz. in castitate.
in humilitate et paupertate. que sunt ewangelica
consilia. que etiā cōfirmata sunt p aplos et scōs.
Debem͛ ergo obedire p̄ceptis ac cōsilijs nri redemp
toris ut vitam anime nr̄e invenire valeam͛. Unde
dr͛. prū. iii°. Custodi legem meam atqz cōsiliū meū
et erit vita anime tue. Hortat͛ etiā nos dn̄s per
sapientem. ut eius cōsiliū suscipiam͛. ac etiā p͛ficiem͛
sic d. Eccī. vi°. Fili audi et accipe consiliū meum
et ne abicias illud. Ac si dicat. Fili inquit. audi
cōsiliū meū quantum ad intellectum. accipe quantum ad
affectum. et ne abicias quantū ad effectum. Ut dicas
cum p̄s. Mane astabo tibi ad cōsilia tua sollicite
inquirenda. et videbo veraciter intelligendo. et ex hijs
quid tibi placeat vel displiceat fidelit͛ exequendo
In hijs aūt mentib͛. que p̄ceptis et cōsilijs divinis
sic prompte obediunt. sancta trinitas solet libent͛
inhabitare. et dulcit͛ illas visitare. Unde ipē dn̄s
dicit. Joh. xiv°. Qui diligit me sermonē meū s͛vabit.
et pater meus diliget eum. et ad eum veniem͛. et

mansionē apud eum faciem⁹. Veniet ad nos pr
visitando memoriā. et excitando ad opandum. Ve
niet ad nos v̄bum pris verificādo intelligēciam
ad clare cōtemplandū. Veniet ad nos sp̄us scūs
voluntatē inflāmando. ad dulcit̄ amandū. Man
sionē aūt faciūt apud nos. cui⁹ racōnē assignat
Greg. in omelia d. In quorādā corda venit dn̄s. et
mansionē nō facit. quia sic deum recipiūt. ut tū
temptacōis tp̄e ab eo recedāt. In quorādā vō corda
venit. et mansionē facit. quia sic eos diuin⁹ amor
penetrat. ut eo tp̄e temptacōis ab amore eius
non recedāt. Ille enī vē deū amat. cui⁹ mētem de
lectacio praua ex consensu nō supat. Qui aūt
in caritate manet in deo manet. et deus in eo.
De hac mācione dr̄ Pu. viii°. Delicie mee esse cum
filiys hoīm. Delectat̄ enim dn̄s habitare in cordi
bus sua consilia ac p̄cepta obseruātib⁹. Sed cō
siderādū q̄ sunt nonnulli. qui p̄priū cōsiliū sequū
tur. qui sibi sapiētes esse videntur. sequētes suum
errorem. nec volentes cōsilys acquiesc̄e alior̄. Hy
tales sunt vanitate tumētes. sibi placētes. et in
oculis suis magni. Quos btūs Bnh⁹ in quodā ser
mone rep̄hendit sic d. Lepra p̄prij consily. eo p̄niciō
sior est. quo magis occulta. et q̄nto plus hundat
tanto sibi quisq̧ sapiētior esse videtur. Hec illorū
est. qui zelum dei habētes sed nō scd̄m sciam. seq̄n
tes errorem suū et obstinati in eo. ita ut nullis
velint cōsilys acquiesc̄e. Hy sunt veritatis deuiō
inimici pacis. caritatis ēxptes. vanitate tumētes
sibi placētes. et magni in oculis suis. ignorātes
dei iusticiā. et suam volentes statuē volūtatem
Et que maior est sup̄bia. q̄m ut unus homo toci
cōgregacōis iudiciū suū p̄ferat. tamq̄ ipse solus
habeat sp̄m dei. qui se facuūt religiosiores alys. q̄
non sunt ut ceteri hoīm. Et ecce accoli et idolatre

facti sunt. hec bernhardus. Unde necesse est ut postponentes proprium
consilium et propriam voluntatem sint obedientes consiliis
ac preceptis dei. ne incurrant periculum anime et eternum
interitum. De hoc dominus in prouerbiis i capitulo. quasi comminando
sic dicit. Vocaui et renuistis extendi manum meam
et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum
et increpaciones meas neglexistis. Ego quoque in interitu
vestro ridebo et subsanabo cum vobis quod timebatis ad-
uenerit. cum venerit super vos tribulatio et angustia
Tunc inuocabunt me et non exaudiam. mane consur-
gent et non inuenient me. eo quod timorem domini non sus-
ceperint. nec acquieuerint consilio meo. Qui autem me au-
dierit. absque terrore quiescet. et habundancia perfruetur.
malorum timore sublato. et sic patet de dono consilii.

Postquam de dono. **De dono intellectus. capitulum xii.**
consilii edoctus sum. Nunc de sexto dono quod
sequitur cupio informari. Scire debes quod sex-
tum donum spiritus sancti est donum intellectus et sequitur
immediate donum consilii. Vnde dicit beatus Augustinus post quar-
tum gradum scilicet consilii per quod anima lauatur ab
appetitu sordium inferiorum ascendit in sextum gradum scilicet
donum intellectus Vbi iam ipsum oculum purgat hec
Augustinus. Quare autem donum intellectus precedencia quinque do-
na sequatur. Anshelmus de hoc racionem assignat dicens. Quinque
dona precedencia pertinent ad vitam actiuam. Hec autem duo
scilicet intellectus et sapiencia pertinent ad vitam contemplatiuam
que duo spiritus sanctus predictis quinque superimponit. ut edi-
ficium donorum suorum perfecte compleat. Vnde spiritus sanctus
postquam mentem facit pauentem per donum timoris sibi-
que compacientem per donum pietatis. et ea que sunt fa-
cienda docet per donum sciencie. et illa fortiter exequitur.
per donum fortitudinis. et de ipsis sui exemplo facit
aliis consulentem. per donum consilii. post spiritus sanctus at-
tendit mentem ad intelligendum. cur hec et illa fieri
debeat. et vltimo quod a solo deo remuneracionem sperat

Augustinus

istorum. Hec Augustinus. Et nondum tamen homo sit ordinatus
ad beatitudinem sicut ad finem supernaturale ideo oportet
ponere intellectum sine lumine aliquid. ut est habitus super
naturalis principiorum supernaturalium. qui sunt articuli fidei
et ex consequenti quarundam operationum que ordinatur
ad fidem que per dilectionem operatur. ut dicit apostolus. et
hoc lumine supernaturale et superadditum intellectum. et datum
homini vocatur donum intellectus. et notat quandam excellen-
ciam cognitionis penetrans usque ad intimas rerum in-
telligendarum essencias et veritates. quod non sit ita com-
plete ex virtute naturalis intellectus, sicut ex virtute luminis
supernaturalis superadditi intellectui. De hoc in libro
de spiritu et anima sic dicitur. Intellectus est ea vis anime. qua
de divinis quantum homini possibile est cognoscatur. ad cele-
stia archana penetranda que penetrari non possunt. nisi
per spiritum eius. qui et profunda scrutatur dei. Unde apostolus dicit.
Nobis autem revelavit deus per spiritum suum. qui omnia scru-
tatur eciam profunda dei. Cum igitur veritates necessarie
ad salutem sint nobis abscondite et velate. tam in
rerum naturis. quam eciam in divinis sacramentis et fi-
guris. intantum ut intellectus humanus sine adiutorio
supernaturalis luminis non possit ad eas apprehendendas plene
pertingere. planum est quod necesse fuit ut spiritus sanctus
intellectui humano superadderet aliquid lumine supernaturale. quo
velamina dictarum veritatum penetraret. et veritates
absconditas apprehenderet. et sic eas nobis manifestaret.
Quod utique spiritus sanctus facit. dum nobis donum intel-
lectus inspirat. Hoc enim donum intellectus primo facit
nos penetrare velamina sive tenebras mentis nostre do-
nec ad noticiam propriam perveniamus et sanctam trinitatem
ad cuius ymaginem creati sumus cognoscamus. Primo
igitur donum intellectus facit nos ad interiora nostra in-
gredi. dum menti inspirat. ut primo seipsam cogno-
scere discat. et in hoc diligenter se exerceat. donec se
vere videre quid sit incipiat. De hoc dicit Richardus

de sancto victore. Ex hoc exercicio cordis oculus munda
tur. ingenium acuitur. intelligencia dilatatur. Nescit enim
quantum sub pedibus eius omnis mundana gloria iaceat
qui condicionis sue dignitatem non pensat. Nescit omnino
quid de spiritu angelico. quid de spiritu divino sentire
debeat. qui spiritum suum prius non cogitat Et sequitur
Si nondum ydoneus es intrare ad te ipsum. quo ad illa
rimanda ydoneus eris que sunt super te ipsum. hec Richardus
In hoc exercicio homo per donum intellectus incipit aliqualiter
videre quod factus est ad ymaginem sancte trinitatis. quia
ad ymaginem et similitudinem suam. deus creavit hominem
De hoc in libro de spiritu et anima sic dicitur. Sicut deus pater. deus
filius. deus spiritus sanctus est unus deus non tres dii sed
tres persone Ita anima intellectus. anima voluntas. anima
memoria. non sunt tres anime. sed una in uno corpore. et
tres vires. Et sicut ex patre generatur filius. ex patre
et filio procedit spiritus sanctus. Ita ex intellectu generatur
voluntas. sicut ex intellectu et voluntate procedit memo
ria. Ex eo autem quod anima est ymago dei. est capax
dei ut dicit Augustinus. Quapropter quisque diligenciam attendat.
prime sue condicionis excellenciam ut venerandam sancte
trinitatis in se ipso ymaginem agnoscat honoremque di
vine similitudinis ad quam creatus est nobilitate morum
et exercitacione virtutum. ac dignitate meritorum habere con
tendat. ut cum apparebit. similes ei appareamus. qui
nos condidit et reformavit. Sciendum est quod intellectus
est regula et circumspectus accionum nostrarum Unde per psalmistam dicitur
Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradie
ris firmabo super te oculos meos. scilicet sinistrum gracie
et dextrum glorie. Quod fit cum deus acceptat opera hominis
in presenti approbando et in futuro remunerando. Sed opor
tet ad hoc quod simus apti ad istum intellectum ut regulemur
non secundum sensibilia fantasmata. sed secundum iudicia in
telligibilia. Sicut per eundem psalmistam dicitur. Nolite fieri sicut
equus et mulus quibus non est intellectus. Alioquin

accidet vobis sicut primo homini. qui cum in honore esset
non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus
et similis factus illis. id est quia non est sequutus intel
lectum ut sequeretur mandatum dei. factus est miser et
captivus. Unde donum. quod est intellectus practicus
prudencialis. qui secundum dictamen legis divine docet
tria scilicet quid sit evitandum. quid exequendum. quid
expectandum. Primo donum intellectus docet quid sit evi-
tandum. quia omne malum. Unde dicitur proverbiorum ii°. Si inclina
veris cor tuum prudencie. et si quesieris eam quasi pecu-
niam. et sicut thesauros effoderis illam. tunc intelli-
ges timorem domini. et scienciam dei invenies. i. qui vult
habere hunc intellectum. debet se inclinare per humilitatem
querere per desiderium. effodere per exercicium. et sic instanc
tus moribus intelliget. quod in timore domini vitet omne ma
lum. Unde psalmus. Inicium sapiencie timor domini. intellectus bonus
omnibus facientibus eum. Secundo donum intellectus do-
cet quid exsequendum. quia omne opus bonum. scilicet in
actu cordis oris et operis. De actu cordis dicitur Josue i°.
Non declines a lege ad dexteram vel ad sinistram ut
intelligas cuncta que agis. tunc diriges viam tuam
et intelliges eam. Item oris ecclesiastici v°. Intelligas et
cum sapiencia proferes responsum verum. Si est tibi intel-
lectus responde proximo. sin autem. manus tua sit super
os tuum. ne capiaris in verbo indisciplinato et con-
fundaris. Item operis. De hoc dicit beatus Ambrosius
Nichil homo debet agere. nisi si quereretur. posset reddere
racionem. Tercio donum intellectus docet quid sit ex-
pectandum. scilicet. bonum eternum. De hoc per Sapientem dicitur
Gemma gratissima. expectacio prestolantis. quocum
que se vertit prudenter intelligit. Non enim potest homo tenere
bonam viam. nisi sciat terminum quo debet ire. Debet
enim considerare finem in suo opere gratissimum. gratum
est enim solum bonum temporale quam bonum spirituale. Ut

scia vel virtutes · gratissimum autem bonum eternum · Unde
dicit Baruch iij°. Disce ubi sit sapientia · ubi sit virtus
ubi sit intellectus · ut scias simul ubi sit longitudi-
tas vite · et victus · ubi sit lumen oculorum et pax · hec
enim sunt in bono eterno · psalmista iij°. longitudo dierum in dex-
tera eius · et in sinistra illius divicie et gloria · Et psalmista
dicit · Apud te est fons vite · et in lumine tuo videbimus
lumen · ibi enim debet esse oculus intellectualis · qui in
rectificat · que non habebant illi · de quibus Deuteronomii dicit
Gens absque consilio est et sine prudencia · utinam sape-
rent et intelligerent ac novissima providerent · per memo-
riam scilicet preteritorum · discrecionem quoque presencium · ac prudenciam
futurorum · Sic igitur patet de dono intellectus De dono sapiencie

Habita namque informacione de dono · cap · xiij ·
intellectus · nunc de septimo et ultimo dono
quod sequitur cupio edicere · Scire debes quod septimum
et ultimum donum spiritus sancti · est donum sapiencie quod imme-
diate sequitur donum intellectus · Ad hoc donum videlicet sa-
piencie · a timore incipiendo · quasi per quosdam gradus per-
venitur · Unde dicit beatus Augustinus · A timore usque ad sapi-
enciam · que septima est in donis · et ultima per gradus
tenditur et pervenitur · et reddit racionem dicens · Hec sapiencia ultima et
summa est · quia hac habita animus potatur tranquillus
quoque perfruitur et delectatur · ita quod est ultima · in qua est con-
summacio · Similem racionem assignat Anshelmus dicens ·
Spiritus sanctus menti inspirat · ad postremum sapienciam ·
quam aliis donis superaccumulat · ut quod recte intelligit
esse sequendum · scilicet in dono intellectus · sit tibi sapidum
atque dulcissimum in dono sapiencie · Solo quoque rectitudinis
amore sequatur quod intelligit esse sequendum · Non enim
perfectum facit cognicio veritatis · nisi eciam sequatur
experimentalis · quia experiencia est magistra intelli-
gencie ut ait Hugo · Et addit Anshelmus dicens · In isto
edificio sic composito spiritus sanctus residet · totamque

familiam domus interioris. i. omnes anime sensus regit
et ad suum obsequium disponit. scilicet ascendendo ad deum
et descendendo ad proximum. hec anshelmus. Primo igitur
videndum est quid sit sapientia. et que dicatur donum sapientie
de quo nondum est. quod obmissa sapientia carnis. que ini-
mica est deo. et sapientia huius mundi. que stulticia est apud
deum. que nec dicuntur sapientie nisi abusiue. quia non sunt
sapide scientie. sed stulte et insipide. Nulla itaque istarum est
donum sapientie. Est et alia sapientia vera et increata de qua dicitur
Sap. vij°. quod ipsa est candor lucis eterne. et speculum sine ma-
cula dei maiestatis. et ymago bonitatis illius. qui est
xpistus dominus filius dei. quem paulus appellat dei virtutem.
et dei sapientiam. De qua eciam beatus Augustinus dicit. Sapientia increa-
ta que est filius dei. non cessat occulta inspiracione et
reuelacione ad intellectualem creaturam se transferre. vt
ad se conuertatur. Sed nec ista sapientia est donum spiritus sancti
sed pocius largissima omnium donorum datrix est. Est et alia
sapientia creata. que et duplex est. quia quedam est per
studium humanum acquisita. et est virtus intellectualis de
qua loquitur philosophus in ethica sua. que potest dici aliqualiter
sapientia. cum in ea quidam sapor inueniatur. Habet enim
philosophia admirabiles delectaciones vt dicitur x°. ethicorum
licet sapor ille non sit oleo gracie conditus. Potest eciam
hec sapientia per racionis inquisicionem aliqualiter rerum indi-
cium circa aliqua diuina habere licet incomplete. sicut os-
tendit hugo in prologo super librum angelice ierarchie. Vbi
sic dicit. philosophis datum fuit propter nos. quibus consummacio
seruabatur. et inchoacio parabatur. Vt inuenirent verita-
tem illam quam oportuit suscipere filios vite ad obsequium
sumine veritatis. Cuius labor ipsis appositus est. nobis autem
fructus seruabatur. Nouissime autem theologiam quidam
per racione diuinorum et scrutacione inuisibilium quasi consumatum
sapientiam addiderunt. et ibi corruere ceperunt in mendacia
figmentorum et ideo defecerunt et euanuerunt. hec hugo. Vnde
nec ista sapientia est donum spiritus sancti quamuis ab eo detur

Est etiam quedam alia sapientia que desursum est quia a patre luminum creata est. Unde Iac. i°. Omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. et hec est vera sapientia et donum spiritus sancti quia ipsa est vere splendoris et boni saporis. Splendor namque eius dirigit intellectum ad veri cognitionem et sapor erigit affectum ad boni saporosam dilectionem. Igitur que sursum sunt sapite non que super terram ait apostolus. Obiectum ergo doni sapiencie principale est deus prout est excitativum voluntatis ad eius saporosam dilectionem. Actus autem sapientie est contemplari deum non quomodocumque modo. sed ex dilectione cum quadam experimentali dilectione. vel suavitate in affectu. Ex hiis igitur apparet quod donum sapientie est habitus supernaturalis anime a spiritu sancto infusus ad deum cognoscendum et saporose diligendum. Et nondum secundum quod dicit beatus Bernardus in libro de amore dei. Sicut corpus suos habet quinque sensus quibus anime coniungitur vita mediante. Sic anima habet suos quinque sensus spirituales quibus deo coniungitur mediante caritate. Per sensus enim corporis veterascimus et huic seculo conformamur. Per sensum vero mentis renovamur in agnicione dei in novitate vite secundum voluntatem dei et beneplacitum. Unde dicit apostolus Nolite conformari huic seculo sed renovamini in novitate sensus vestri ut probetis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Sicut autem omnes sensus corporales ut visus et ceteri sine sensu gustus infirmantur et hebetantur in omnibus operacionibus suis Sic omnes sensus spirituales infirmantur et languescunt in operacionibus suis sine gustu spirituali qui gustabilia spiritualia sapida facit. Quod beatus Bernardus ostendit super Cant. ubi sic dicit. Hunc saporem perdidimus ab ipso pene exordio generis nostri ex quo cordis palatum sensu animis prevalente infecit virus serpentis antiqui. cepit anime non sapere bonum ac sapor noxius subintrare scilicet concupiscentie et sensus hominis prompti facti sunt ad malum. et ideo multa bona fiunt que non sapiunt facientibus.

qua sapor mali nõ est totalit' extinctus Sed nunc
assidue sapia vincat maliciã in mentib' ad quas in
travenit. saporẽ mali quã illa invenit sapoẽ melioi
extinguendo. Intrans em̃ sapia sensum carnis insulsat
et infatuat. intellectum purificat. cordis palatum
sanat et repat. Sanato palato iam sapit bonum
sapit et ipã sapia. qua in bonis nullum est melius.
hec Bnh'. Sensu aũt gustus in anima repato per
sapiam omẽs sensus spũales cõualescũt et vege
tant'. hic enim gustus sapore sapie sensũ vis' interiore
clarificat ad deũ sapide cõtemplãdũ. hic gust' sensũ audit' interio
re excitat ad vbũ dei dulcit' audiẽdũ. hic gust' seu olfact'
interiore excitat ad dilcõem suauit' odorãd'. De hoc btus Bnh' in
lib° de amore dei sic dic'. Gustum aũt qui fit in sapia
quedam sequit' saporis dulcedo. quã in interiori suo
anima sentiẽs modo quodam singulari que sunt sapit
gustabilia cuncta discernit. et diiudicat. seqꝫ omesqꝫ
sensus vegetat et confortat. i. interiores. hec Bnh'
Ad hanc sapiam querendam et assequẽdã. hortat' nos
aplus ad Colocen. iij°. c°. Si cõsurrexistis cum xpo
que sursum sũt querite. vbi xpus est in dextera dei
sedens. que sursum sũt sapite. nõ que sup terram
In quibus v'bis monet nos aplus adipisci donum
vere sapie. et hoc dupliciť. Primo veram sapiam
suadendo. cum dicat. que sursum sunt sapite. Scdo
vana dissuadendo cum addit. Non que sup terram
Sicut em̃ duplex est aspectus anime. s. ad tpalia
et etna. Sic duplex est affectus et duplex sapia. s.
etna que desursum est. et tpalis que deorsum est.
De hac dic' Jacobi. iij°. Q si zelum amarũ habetis et
cõtentiones sint int' vos nolite gliari et mẽdaces
esse adu'sus veritatẽ. Non est em̃ ista sapia desur
sum descendẽs sed terrena aialis et dyabolica. Que
aũt desursum est sapia. Primum quidẽ pudica est
etc. ¶ Primo ergo videam' que sit vana sapientia

Vt p hoc melius donu vere sapie agnoscam. Vana
em est sapia terena aialis et dyabolica. Terrena sa
pia cosistit in habundancia terenarum opulenciarum. de hoc
dr primo ad Chorinth. i. ca. perdam sapiam sapietu
et prudenciam prudenciu reprobabo. Vbi sapiens vbi scri
ba. Vbi conquisitor hui seculi Nonne stultam fecit
deus sapiam hui mudi. Perdam inquit. quia non
est vera. Sapientes em sunt vt faciat mala. diuicia
as auare cogregando. bonu aut facere nesciunt. Ani
malis aut sapia cosistit in experiencia sensibilium delec
tacionu. de hoc dicit paulus. Ad Rom. viij. capitulo
Non scdm carne ambulamus. sed scdm spm. Qui em
scdm carne sunt. que carnis sunt sapiunt. Nam pru
dencia carnis mors est. Prudencia aut spus vita et
pax. qm sapia carnis inimica est deo. Qui aut in car
ne sunt. deo place no possunt. Dyabolica vo sapia
cosistit in ambicione mudialium excellenciarum. Vnde
dicit pa ad Corinth. iij. ca. Si quis int vos videtur
sapiens esse i hoc seculo. stultus fiat ut sit sapiens. Sa
piencia em hui mudi. stulticia est aput deum Scrip
tum est em Comprehendam sapietes in astucia eorum
Conuersantibus aut in hys tribus. cogitur apls. ad
Phil. iij. d. Multi ambulant quos sepe dicebam vobis
Nunc aut et flens dico inimicos crucis xpi. hoc prt
dyabolicam quorum deus venter est. hoc prt aialem. et
gloria in cofusione eorum. qui terena sapiunt. hoc prt
terenam. Has pdidit xps. qui earum cotraria eligens. s.
paupertate acerbitate et vilitatem. quia pauperrime
et acerbissime et abiectissime p nobis voluit cruci
figi. Ysa. l iij. Et reputauimus eum quasi leprosum et percus
sum a deo et humiliatum. Hanc ergo sapiam terena aialem
et dyabolicam. monres salz in cruce debent despicere
tamquam vanam. et appetere veram sapiam. que desur
sum est. sive celestem. de qua p Salomone dr. Transi
ui ad cotemplanda sapiam. errores quoque et stulticiam

et vidi q tm pcedet sapia stulticia. qntu differt lux
a tenebris. Hec em sapia tamqm datu optimu. et do-
nu pfectu. descendit a patre lumi Vt lux ad ntam
potencia cognitiua illustrandam. et hoc p vbum
inspiratu. Ad ntam potecia affectiua letificanda
et hoc p vbum incarnatu. ad ntam potencia opa-
tiua corroborandam. et hoc p vbum incaratu. Pmo
em est sapia. vt lux illuiatiua respectu nre cogni-
tiue vnde dr. Sap. vij. Neminem diligit deus nisi cu
qui cu sapia inhabitat. Est enim speciosior sole. et sup
omne disposicom stellarum. luci compata inuenit por
Ipa em sapia instar solis. dat aie lumen respectu
cognoscendorum. Instar lune respectu agendorum. Instar
stellarum respectu cotemplandorum. Vnde merito dr. Anima
iusti sedes est sapie. Scdo sapia est. sicut lux letifica-
tiua respectu nre affectiue. De hoc dr. Eci. xl. Vinu
et mulieres letificant cor. et sup vtraqz dilectio sapie
Qua amas sapiens dicit. Sap viij. hanc amaui et
exquisiui eam a iuuentute mea. et qsiui sponsam
eam michi assumere. et amator factus sum forme illi
Item dr. vij sapie. Sup salute et specie dilexi illa
et proposui p luce hre illam. qm inextinguibile
est lumen illius. Venerunt aut michi omnia bona
pit cum illa. Tercio sapia est ut lux corroboratiua
respectu nre opatiue. Vnde dr. Eci. vij. Sapia sapi-
entem cofortauit. Volt dice q nulla virtus creata
tm corroborat. qntu sapia. Ideo dr. Sap. x. Cer-
tamen forte dedit illi vt vinceret et sciret. qm omi
potencior est sapia. Et sic apparet ista tria p que
fit anima domus dei. pulchra amena et robusta
De qua domo scilz aie dr. pu. ix. Sapia edificauit
sibi domu. excidit columpnas septem. Que vo sunt
iste septem columpne. sacra scriptura innuit. Jac
iij. Vbi dr. Que aut desursum est sapia. Primu

quidem pudica est, deinde pacifica modesta suadibilis
bonis consenciens plena mia et fructib9 bonis ~~no~~ iudi-
cans sine simulacione. Attende ad has columpnas si posses
eas hre Ut edifices domum sapie in corde tuo. Omnia enim
alia dona spus sancti sunt ordinata ad hanc domum sa-
piencie edificandam. Iste igit septem columpne sunt. Pu-
dicicia in carne. Innocencia in mente. Moderancia in ser-
mone. suadibilitas in affectu, libealitas in effectu. Ma-
turitas in iudicio. Simplicitas in intencoe. Primo quide
pudica est p pudiciciā in carne. que est pma columpna
Unde p sapiente dr. In maliuolā aiam non introibit
sapia. nec hitabit in corpe subdito pctis. hec est ergo
pncipalis columpna domus sapie. videlz vita pudica
econtrario vo impudica est ruina. de hoc dr. Eccī. xixo.
Uinum et mulies apostotare faciut sapiētes. et arguunt
sensatos. Deinde sequit pacifica. Ecce sc̄da columpna. q
est inocēcia ī mēte p trāquillitatem. Pax em̄ et trāquil-
litas ordinis exhiberi solet p obediam ad supiorem
p equalitatem ad parem. p iustam psidenciam ad
inferiorem. Unde dr Eccī. iiio. Filij sapie ecclia iustorum
et nacio illorum obediā. et dileccio in deum patrem
Audite filij et sic facite vt salui sitis. deinde sequit
Modesta. hec est tcia columpna que est modeatiua in
sermone Unde dr. Eccī. xxo. homo sapiens tacebit
vsqz ad tpus. lascinus aut et imprudens no serua-
bunt tps. Oportet em̄ qp homo multū caueat
sermonem suo. qui est gladius ledens loquentē et pxi9
p verbum scandali. Unde dr. Aplus paulus. Omnis
sermo malus ex ore vro no pcedat. Sed si quis bon9
est ad edificacionem fidei. Ut det graciam audientib9. Post
hoc sequit qrta columpna cum dr. Suadibilis. bonis
consenciens. que est suadibilitas in affectu siue benig-
nitas. econtrario est malignitas. Unde dr. Sapie. jo.
Benignus est enim spus sapie. et no libabit maledicum

a labys suis. Quanto autem quis est sapientior. tanto est
swadibilior ad bonum alios provocando Sed stultus
conculcat verbum reprehensionis. Ideo dicitur pro. ix. Noli
arguere derisorem ne oderit te. Melius est enim a sapi
ente corripi. quam a stultis adulatoribus decipi. Deinde
sequitur plena mia et fructibus bonis ubi describit
quinta columpna. que est liberalitas in effectu. De
hoc dicitur ulti. Os suum aperuit sapie. et lex clementie
in lingua eius. et premisit ibidem. Manum suam aperuit
inopi. Ecce mia quam docet sapia. docet etiam opera virtuosa
et fructuosa operari. quia qui donum sapie habet. a bo
no opere vacare non potest. Post hoc sequitur Non di
iudicans ubi tangitur sexta columpna. que est matu
ritas cum iudicio. ne se iudicet temerarie. Unde per psalmistam
dicitur Os iusti meditabitur sapiam. et lingua eius loquetur
iudicium. lex dei eius in corde ipsius. et non supplanta
buntur gressus eius. qui videlicet iusto zelo monetur ad
omnia. omne bonum approbando. et omne malum reprobando
Deinde sequitur septima columpna ubi ultimo dicitur
Sine simulacione. in qua est consumacio totius edificii
istius domus. Unde Salomon li. iii. Reg. cap. x. Fecit thronum
de ebore grandem. et vestivit eum auro fulvo ni
mis qui habebat sex gradus. per quos sex columpne pre
cedentes designantur. et summitas throni rotunda erat
in parte posteriori. quod erat in figura huius columpne omnia
consummatis. scilicet simplicitatis intencionis. Hys igitur co
lumpnis septem perfectis et consummatis in anima incipit
pit homo querere sursum sunt sape. non que super terram
ubi videlicet xpus est in dextera dei sedens. in quo sunt
omnes thesauri sapie et scientie absconditi. quem cognos
cere et amare est vita eterna ipso attestante qui dicit. hec est vi
ta eterna ut cognoscant te solum verum deum. et quem misisti ihesum
xpm. Si ergo desideramus xpm agnoscere. ac in statu vie
ipm ipm per contemplacionem cernere necesse est ut vitata
culpa deformitate nature exerceamus nos ad graciam

reformantem et hoc per oracionem / ad iusticiam purificantem ·
et hoc per consideracionem / ad scienciam illuminantem et hoc per medita
cionem · / ad sapienciam perficientem et hoc per contemplacionem
Sicut igitur ad sapienciam nemo pervenit · nisi per graciam · iusti
ciam et scienciam · Sic ad contemplacionem non pervenit · nisi per
meditacionem perspicuam · consideracionem sanctam · et oracionem devotam
Sicut enim gracia fundamentum est rectitudinis voluntatis
et illustracionis perspicue racionis · Sic primo orandum est
nobis · deinde sancte agendum · Tercio veritatis spectacu
lis intendendum · et intendendo gradatim ascendendum ·
quousque veniat ad montem excelsum ubi videatur deus
deorum in syon · Unde ad donum sapiencie inveniendum et opti
nendum multum valet diligens inquisicio et oracio ·
Nam sapiencia et est querenda et est postulanda · Querendo
invenitur · sed postulando a deo possidetur · Invenitur per
cognicionem · sed possidetur per dilectionem · Per cognicionem
videtur · per dilectionem amplexatur et gustatur · Videre
pertinet ad intellectum · sed amplexari et gustare pertinet
ad voluntatem et affectum · de hoc dicit Richardus de sancto victore ·
Sicut deus per memoriam auditur · et per intellectum videtur · Ita
per affectum amplexatur et degustatur vel attingitur · et
sic tenetur · et hoc utique perfectius est · quam videre solum ·
Primo igitur queramus sapienciam investigando per cog
nicionem · donec tandem inveniamus eam a deo recipere per am
plexum et degustacionem · Hunc processum thesauri sapiencie
docet querere Salomon · proverbiorum · ii · capitulo · d · Si quesieris sapienciam quasi
pecuniam · et sicut thesauros effoderis eam · tunc intel
liges timorem domini · Que verba beatus Ieronimus exponens dicit
Qui thesauros effodere terram eicit · foveam in altum fodit
sedulus insistit · donec inveniat quid querit · Sic qui
thesauros sapiencie invenire desiderat · omne pondus ter
renum a se reiciat · in se foveam humilitatis faciat · nec
quiescat donec inveniat · hec Ieronimus · Quo vero cog
noscatur inventa sapiencia · hoc docet beatus Bernhardus cum
sic dicit · Invenisti plane sapienciam · si prioris vite peccata

defleas. si hui seculi desideria pp̄endas. si eterna bti-
tudine toto desiderio concupiscas inuenisti sapiam
si hore singula tibi sapiunt. put sunt. Ut hec quide
amara et omo fugieda. Illa quoqz velut caduca
et trāsitoria cōtempneda. Ista vero ut pfecta bona to-
tis desiderijs appetenda. quā intimi quodā sapore
diiudices et discernas. hec Ugho. Omnes igit͛ hui
salubris sapie amatores. que vocat et dicit. Trāsite
ad me omēs qui concupiscatis me. et a generacoibus
meis adimplemini. Et nondū quō sapiencia dei. ut
possit esse firma et stabilis in cordibus fideliū. per
diuersas vtutes roborat͛. et confirmat͛. De hoc hugo
in li° m° de archa noe sic di͛. Sapia dei in cordibus
sanctorū tamq̄ in padiso inuisibili ꝑ timorē seminat͛
p graciam rigatur. p dolorem morit͛. per fidem radicat͛.
p spem viret. p deuocōne germiat. p compūccone
oritur. p desideriū cresat. p caritatē roborat͛. p circū
speccoin frondet. p disciplina floret. p vtutē fructi
ficat. p paciam maturescat. p mortē carpit. p con
teplacōne cibat. Sapia igit͛ ꝑ timorē seminat͛. quia
timor dni iniciū est sapie. Item sapia p graciam rigat͛
Sicut enī timor similis est semi. Ita grā similis est
humori. qui rigat semen in iectū in terram et germi
nare facit. Postq̄ enī homo a delectacoe carnali p
timorem abstractus fuerit. necesse est ut statim ali
quid spualis gaudij pgustare incipiat. ne si omo
a delectacoe aliena remanserit. qi semē aridum absqz
humore ad germē sapie conualescē nō possit. Sapia
ergo ꝑ timorem seiatur. et p graciam rigat͛. quia timor
primū carnalis delectacois affectū ab animo pscidit
ac deinde grā eunte qi iam a sordibus emēdatū spua
li delectacōne pfudit. Item sapia p dolorē moritur
Sicut enī semina germiare nō pūt. nisi prius in terra co
putrescat. et quodāmō moriat͛. Ita nos germē boni
ferre nō possumus. nisi prius ꝑ salubrē dolorē mundo

moriamur. Et bene post perceptionem gratiae dolor nascitur:
quia tunc vere in quibus malis sumus agnoscimus. Qui
per infusionem gratiae illuminati dulcedinem spiritualium bonorum
degustamus. Cumque autem spiritualium bonorum dulcedinem
non noverint carnalis concupiscentiae passiones etiam tunc
amantem eum affligunt. Item sapientia per fidem radicatur.
Fideles enim radices figunt non in hoc mundo quia per
fidem et dilectionem sunt radicati et fundati in deo. Item
sapientia per spem viret. Spes enim est quae memoria invisibi-
lium gaudiorum, quae in corde hominis recondita calefacit
illud intrinsecus et non sinit illud arescere frigore infi-
delitatis in yeme presentis vite. et quamdiu habet spes vivit
in nostra mente, numquam arescit arbor sapientiae. Sed quemadmo-
dum lignum illesum servat vigorem suum, dum equalem
habet contemperantiam humoris et caloris. Sic animus ser-
vat virorem suum, quem et calor spiritus sancti nutrit
qui desuper radiat. et studium bone operationis quod subtus
est rigat. Item sapientia per devotionem germinat. quae devotio
dividitur in tria. in zelum. compassionem. et benivo-
lentiam. Zelus est dum per amorem iusticie defensorem
ultro se offert animus. calumpniam veritatis pati non sus-
tinens. Compassio est qua miseriis aliorum condolemus.
Benivolentia est qua prompta voluntate beneficia rogati
impendimus. Et sicut grana germinare tunc dicimus quando
nata quadam occultum germen prodit quod intus latuit. Sic
et bona voluntas celare se non valens, quadam ut ita dicam
violentia ad exhibitionem boni operis foras exit. Item
sapientia per compunctionem oritur. Sapientia enim tunc oritur quando veri-
tas manifestatur. Veritas autem manifestatur quando ignorantia
pellitur. Ignorantia autem pellitur quando mens illuminatur. Mente
autem illuminata thesaurus sapientiae invenitur. Item sapientia per
desiderium crescit. Sicut enim compunctio incendio comparatur
ita desiderium simile est fumo, qui de incendio nascitur
qui in directum ascendit. et quanto magis sursum tollitur
tanto magis attenuatur. Tandemque elevatur in sublime

ab oculis intuencium prorsus subducat. Ita homo
per sanctum desiderium celestibus appropinquans. et omne
terrene concupiscencie nebulam evaporans totus
spiritualis efficitur. et se humanis subducit aspectibus. quia
ad terrena concupiscenda amplius exire recusat. Item
sapiencia per caritatem roboratur. Caritas enim similis est vino
Vinum namque eos quos inebriavit reddit hilares au-
daces fortes. obliviosos. et quodammodo insensibiles
Sic caritas mundando consciam mentem exhilarat
deinde audacem reddit. quia fiduciam parit. Deinde vi-
res auget. Anima sicut dicit scriptura. Qui confidit in
domino fortis est ut leo. Oblivionem quoque reddit quia
dum totam animi intencionem ad desiderium eternorum trahit
omnium que transeunt memoriam ab animo funditus evellit
Insensibilem reddit. quia dum mentem dulcedine me-
dullitus replet. quicquid exterius amarum fertur con-
tempnit quasi non senciat. Item sapiencia per circumspeccionem
frondescit. et ramos expandit. Quidam enim sunt
in quibus sapiencia in altum crescit. Quidam vero in quibus
in latum se expandit. In contemplativis in altum
surgit. quia per acumen mentis primat usque ad celestia
contemplanda. In activis vero in latum se expandit
quia hii intencionem mentis sue multiplicant foris spargunt
ad dispensanda terrena. Debet autem homo esse providus
et circumspectus. ut ante periculum animum firmet. Ut non so-
lum quid eveniat. sed quid evenire possit attendat
Accidenti fortune non nimis credat. in adversis fiduciam
non amittat. et quicquid finem habiturum est. sive
bonum sive malum eque despiciat. omnemque eventum consi-
lio suo preveniat, amicos ante necessitatem comparare
studeat. omnes diligat. non omnibus eque credat
maioribus obedienciam debitam. equalibus dileccionem
subiectis paternam sollicitudinem impendat. et sic per
diversa virtutum studia arbor sapiencie ramos diffundit.

et frondibus circa(m)dis vndiq(ue) vestita sursum ad al
ta cacumi(n)e leuat. Item sap(ient)ia p(er) disciplinam floret
Sicut e(n)i(m) in flore fructus sp(er)atur. ita in bono op(er)e fu
ture retribucio(n)is m(er)ces expectat(ur). Item sap(ient)ia p(er) v(ir)tute
fructificat. fruct(us) boni op(er)is est v(ir)tus occulta recte
intencionis. P(ro)p(ter)ea qui sine hac v(ir)tute bonu(m) opus in
oculis ho(m)i(nu)m foris exhibet. velut arbor est. que sine
fructu floret. Item sap(ient)ia p(er) paciencia(m) maturescat. Q(u)i
e(n)i(m) v(ir)tute(m) inchoa(n)t q(ua)si quendam in se fructu(m) bonitat(is) for(m)a(n)t
Sed qui v(ir)tute(m) q(uam) incipit. ante fine(m) deserit. velut in
matur(us) et no(n) ap(tu)s esui ante tempus fructus cadit
Et ideo paciencia necessaria est. vt in bono op(er)e q(uo)d inchoam(us)
constant(er) vsq(ue) in fine(m) p(er)seuerem(us). Item sap(ient)ia p(er) morte(m)
carpit(ur). Q(uonia)m e(n)i(m) fructus matur(us) est. tunc discerpit(ur). vt
ad p(at)risfamilias mensam veniat. et nos cum ad p(er)fec
tionem p(er)ducti fuerim(us) ab hac vita p(er) mortem p(er)adimi(mur)
vt ad co(n)uiuiu(m) reg(is) et(er)ni t(ra)nsferam(ur). Item sap(ient)ia p(er) co(n)te(m)
placione(m) cibat(ur). Iste est cibus de quo p(salmi)s(ta) ait. Adimplebis
me leticia cum vultu tuo. delectaciones in dextera tua
vsq(ue) in finem. Considerandu(m) est. q(uod) duplex potest esse
sap(ient)ia. Alia nam(que) est secularium ac p(er)u(er)soru(m) ho(min)u(m) qui
t(er)rena sapiunt. Ali(a) v(er)o est iustor(um) qui celestia diligu(n)t
De hac duplici sap(ient)ia b(ea)tus Greg(orius). in x(mo). li(bro). moral(ium). expones
illa v(er)ba. Deridet(ur) e(ni)m iusti simplicitas. sic di(ci)t. Hui(us) mundi
sap(ient)ia est cor machinacionibus tege(re). sensum v(er)bis ve
lare. que falsa sint vera ostendere. que vera sunt falla
cia demonstrare. hec nimir(um) prudencia vsu iuuenu(m) dis
cit(ur). hec a pueris precio discit(ur). hanc qui sciunt. ceteros
sup(er)biendo despiciunt. hec sibi obsequentib(us) p(re)cipit ho
noru(m) culmina querere. adepta t(em)p(or)ali gl(or)ia vanitati gau
dere. irrogata ab aliis mala multiplicia reddere. cu(m) vires
suppetunt nullis resistentib(us) cedere. cum v(ir)tut(is) possibi
litas deest. quicq(ui)d explere p(er) malicia(m) no(n) valet. hoc
in pacifica bonitate simulare. At contra iustor(um) sap(ient)ia

est nichil p ostensionē fingē. sensum vbis aprire. vera
vt sūt diligē. falsa deuitare. bā gratis exhibere
mala libenci⁹ tollerare. qm̄ facere. nullam iniuriam
querere. p veritate cōtumeliā lucrū putare. Sed hec
iustorū simplicitas deridetᵃ. qui ab hui⁹ mūdi sapien
tibus puritatis vtus fatuitas cditᵃ. Omne em̄ quod
innocentᵉʳ agitᵃ. ab eis pculdubio stultū putatᵃ. et
quicqd in ope vtus approbat. carnali sapie fatuum
sonat. Quid namqȝ stulcius videtᵃ mūdo. qm̄ mētē
verbis ostendē. nullis iniurijs cōtumelias reddere.
p maledicentib⁹ orare. paupertatē qrere. possessa relin
que. rapienti nō resistere. pcucienti maxillam altāȝ
prebere. Vnde bn̄ hui⁹ mūdi dilectorib⁹ ille egregius
dei sapiēs dicit. Abhominacōnes egiptiorū ymolabim⁹
dn̄o deo nr̄o. Oues quippe egipcij edere dedignantᵃ
Sed quod abhominantᵃ egipcij. hc israhelite deo offe
runt. quia simplicitatē cōsciē quā iniusti quiqȝ ve
lut infirmā abiectāqȝ despiciūt. hanc iusti in vtu
tis sacrificiū vtunt. et puritatē ac mansuetudinē
deo ymolant. quā abhominantes repbi fatuitatem
putant. hec gg. Sic igitᵘʳ habetᵘʳ de dono sapie. Sȝ
cōsiderandū cōsequentᵉʳ. qd spūs sanctus cū inhabitat
cor hoīs p grām suā mentē mirabiliᵗᵉʳ reficit. ac p
septem dona sua eā suauitᵉʳ pascit. et in ea quoddam
conuiuiū spūale ac delectabile facit. sed et ipa dona
seu vtutes se inuicem pascūt. et sibi suffragantᵘʳ.
ne detrimentū aliqd uel ruinā paciantᵘʳ. de hoc btūs
gg. in li°. p°. mor. exponens illa vba. Et ibant filij
eius et faciebāt conuiuia p domos. sic ait. Filij per
domos conuiuia faciunt. dum vtutes singule iuxta
modū ppriū mentem pascūt. Vbi et bn̄ ibidem subditᵘʳ
Vnusquisqȝ in die suo. Dies em̄ vniuscuiusqȝ filij. est
illuminacio vniuscuiusqȝ vtutis. Vt em̄ hec ipa dona breuiᵗᵉʳ
septiformis replicem. Aliū diem habet sapia. aliū
intellectus. aliū cōsiliū. aliū fortitudo. aliū sciencia

aliud pietas. aliud timor. Sapientia ergo in die suo convivium
facit. quia mentem de eternorum spe et certitudine reficit.
Intellectus in die suo convivium facit quia in eo quod audi-
ta penetrat reficiendo cor tenebras eius illustrat.
Consilium in die suo convivium exhibet. quia dum esse
precipitem prohibet. ratione animum replet. Fortitudo in die
suo convivium facit. quia dum adversa non metuit. tre-
pidanti menti cibos confidentie apponit. Scientia in die suo
convivium facit. quia in ventre mentis ignorantie ieiu-
nium superat. Pietas in die suo convivium exhibet. quia cor-
dis viscera misericordie operibus replet. Timor in die suo
convivium parat. quia premit mentem ne de presentibus su-
perbiat. et de futuris illam spei cibo confortat. Sed illud
in hoc filiorum convivio perscrutandum video. quod semetipsos
invicem pascunt. valde enim singula quelibet destituitur
si non una alie virtus virtuti suffragetur. Minor quippe
est sapientia si intellectu careat. et valde inutilis intellectus
si ex sapientia non subsistat. quia cum altiora sine
sapientie pondere penetrat. sua illum levitas gravius rui-
turum levat. Vile est consilium cui robur fortitudinis de-
est. quia quod tractando invenit. carens viribus usque ad per-
fectionem operis non perducit. Et valde fortitudo destruitur
nisi per consilium fulciatur. quia quo plus se posse conspi-
cit. eo virtus sine rationis moderamine deterius in precepe
ruit. nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet. quia
dum bona cognita exsequi negligit. sese ad iudicium
arctius astringit. Et valde inutilis est pietas si
scientie discretione careat. quia nulla hanc scientia illuminat. quo
misereatur ignorat. Timor quoque ipse nisi has etiam
virtutes habuerit ad nullum opus procul dubio bone ac-
tionis surgit. quia dum ad cuncta trepidat. ipsa sua
formidine ab omnibus torpens vacat. Quia ergo alterna-
to ministerio virtus a virtute reficitur. recte dicitur quod apud se vi-
cissim convivantur. cumque unam alia sustentando sublevat
quasi per dies suos numerosa soboles pascendo convivium parat

het gg. Ex hijs ergo verbis bti gg. colligere possumus quod
unum donum sine virtutes sine alia subsistere non potest.
quia nisi fulciatur una per altera. nonnunquam et ipsa vel
in vicium declinat ac corruit. Ad probat idem btus gg
in li° sup ezech. sic d. In mente etenim nra primus gra
dus ascensionis est timor dni. Scds pietas. tercius scia
qrtus fortitudo. qntus consilium. sextus intellectus. sep
timus sapia. Est etenim timor dni in mente. sed qualis
iste timor est si cum eo pietas non est. Qui enim miseria
proximi ignorat. qui compati eius tribulacioni nescit et
dissimulat. huius timor ante dei oculos nullus est. qui
non sublevat ad pietatem. Sed sepe pietas per misericordia
tam nimiam errare solet, si forte pepercerit que parcenda
non sunt. Peccata enim que ferire gehenne ignibus pos
sunt discipline sunt verbere corrigenda. sed inordina
ta pietas. cum temporaliter parcit. ad eternum supplicium per
trahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas. ad gradum
est alium sublevanda .i. ad sciam. Ut sciat vel quid ex
misericordia puniat vel quid ex misericordia dimittat. Sed quid si sciat
quid agere debeat quisque. virtute vero agendi non habeat
Sciencia ergo nra crescat ad fortitudinem. ut cum videt quod
agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit. ne
timore trepidet. et pavore collapsa non valeat bona
defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improvida
fuerit. et minus contra vicia circumspecta. ipsa sui presumpcione
in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium ut providendo
premuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium
non potest. si intellectus deest. quia qui non intelligit
malum quod agentem gravat. quid potest bonum
solidare quod adiuvat. Itaque a consilio ascendamus
ad intellectum. Sed quid si intellectus magno quidem
acumine vigilet. et moderari se nesciat per maturita
tem. ab intellectu ergo ascendamus ascendamus ad
sapiam. Ut hoc quod acute intellectus invenit. sapia
mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus

ad pietate. p pietate ad sciam ducim. p sciam ad
fortitudine roboram. p fortitudine ad consiliu tendi
per consiliu ad intellcm proficim. p intellcm ad ma
turitate sapie venim. per hos septem gradus ad
portam ascendim. p qua nobis aditus vite spualis
apitur. Quia p timorem dei humiles. p pietate studi
misericordes. p sciam discreti. p mentis fortitudinem
liberi. p consiliu cauti. p intellcm puidi. p sapiam
maturi efficim. hec gg. Cum igit tante efficatie sint
dona spus sancti maifeste apparet. q hec dona non
solum mundat cor. et purgat mete hominis. sed eciam
conseruat corpus et aiam. in omni puritate. Sic igi
habem declaratu et expositu de septe donis sps sa

De octo beatitudinibus capitulum xiiii.

Postqm igit edoctus sum
de septem donis spus sancti. Nunc de btitu
dinibus quas dns enumerat in ewangelio
Et vtrum eciam ipe btitudines valeant ad
purgacionem cordis. de hoc cupio a te o pr edoceri.
Scire debes fili. q septem sunt btitudines scdm
distinctionem gradum. quamuis octo sint scdm essencia
quas saluator enumerat in sermone in monte. s.
Paupertas spus. mititas. luctus. esuries. iusticie.
misericordia. mundicia cordis. et pax. Harum btitudi
num numerus accipit scdm integritatem pfectionis
Requirunt aut ad integritatem pfectionis tria. salz.
regressus a malo. processus in bono. et pfectus sta
tus in optimo. Sane aut malum pcedit. ex timo
re supbie. aut ex rancore malicie. aut ex languore
concupiscencie. Contra hec tria sunt tres btitudines.
salz. Paupertas spus contra malu timoris. mititas
contra malu rancoris. Luctus contra malum libidis
Item pcessus in bono. attendit scdm diuina imita
cionem. que est scdm duas vias dni. salz miam et
veritate. de quib in ps vniuse vie dni mia et veritas.

Igitur scdm has duas vias sumunt due btitudines scilz esuries iusticie et affectus ire. Preterea status in optimo attendit in duobus. s. in limpida cognitione et in tranquilla affectione. Scdm hoc sumunt due ultime btitudines. s. mundicia cordis ad deu videndu. et pax mentis ad pfecte fruendu. Et notandu q ad bonu ordinate se tunc habet anima. si bona tpalia no diligat. si vera bona esuriat et sitiat. si eisdem bonis ita adhereat ut nulla pena ab eis separi valeat. Ad pmu ptinet illud. Beati paupes spu. Ad scdm Bti qui esuriut et sitiut iusticiam. Ad tciu Beati qui psecucione paciut ppter iusticia. Ad malu vero ordinate se habet aia. si nullum malu pximo inferat. si sibi ab altero illatu uel gratis assuptum equanimiter ferat. si aliis illatum malum posse auferat. si studiose caveat. ut non inquinetur malo culpe. nec pcutiatur malo pene. Ad pmu ptinet illud. Bti mites. ad scdm. Bti qui lugent Ad tciu Bti misericordes. Ad qrtu Bti mudo corde Ad qntu Bti pacifici. Sciendu est q p btitudines excludunt septem vicia capitalia. Paupertas spus excludit supbia. Mansuetudo iram. Luctus invidia qm qui luget p pctis alior no invidet illis. Esuries iusticie accidiam. Misericordia avaricia. Mundicia cordis gulam. quia cordis mundicia no servit ventri ad modu bruti aialis. Pax excludit luxuria quando gustato spu desipit omis caro. Hijs igitur pmissis de btitudinibus aliqualiter in genere. nuc in specie de unaquaqz btitudine videamus.

Prima btitudo est paupertas spus. et potest sumi p abstinencia ab amore mundi. i. ab amore carnaliu voluptatu. ac diviciaru et ppie excellencie. Hec tria coplectitur amor mundi. Unde dr sup lucam Paupes sut qui no querunt illecebrosa. Sup Mathm quoqz dr. Paupes spu

sūt hūiles deū timētes. Alia etc glō. dr. Qui paupes sūt
qui nichil hn̄t et omnia possident. Specialit tn̄ paupes
spū sunt conteptores mūdi et hūiles. Unde paupertas
deuotio duas habet ptes. rerum abdicacōne. et spūs
contricōnem. Contemptoribus vo rerum tpaliū pmittit
et est regnū celorum. quasi mcre empcionis. Unde dicit
Bnhus. Paupibus pit et mībus. regnum celorum pmittit
Est etc hūilium regnum celorum. iuxta illud. Omitte par
uulos ad me venire. talium enī est regnū celorum. Unde
quilibz deuotus et maxime religiosus. debet vtutem
paupertatis et hūilitatis seu vilitatis dilige. et sibi assu-
mere et nō abicere. si desiderat regnū celorum possidere
De hoc btūs Augl. in psona dm̄ sic dicit. Venale habeo.
quid dne. Regnū celorum. Quo emit. paupertate regnum
dolore gaudiū. labore requies. vilitate glia. morte
vita. Hec Augl. Sed nōndū qz nō omnis paupertas seu
hūilitas accepta est deo. sed solūmō illa que volunta-
rie ppter amorē dei assumit. placita est illi. Unde p
btūm Bnhm̄ dr. Non paupertas vtus reputat. sed amor
paupertatis. Denique. Bti paupes non rebus sed spiritu
dicit etc de hoc Criso. Qui enī sunt mlti hūiles nolen-
tes. rerum necessitate coacti non est laus. Unde illos do-
minus beatificat. qui se ipos ex electione hūiliat. Ideo at
hic incipit indicat. euellens supbia. quia hec sunt ra-
dix et fons malicie vniuse. Contra qua ponit hūili-
tatem velut quoddā stabile fundamentū. qua subiecta
cum stabilitate alia supedificant. Hac aut destructa
peūt quecūqz congganeris bona. Hec Criso. Conside-
randū est etc. qz aliqui sunt spū diuites. aliqui vo
de spū nichil habētes. Aliqui aut spiritu pauperes
De quibus Richus de sco victore sic dr. Alii sunt spū diui-
tes. alii quodam de spū nichil habētes. Alii spiritu
paupes. Spū diuites sūt supbientes. de spū nichil
habentes. nimis pusillanimes. spū paupes. hūiles.
supbientes. faciūt nō facienda. pelacōne pusillanimes.

facienda p̄termittut. p pusillanimitatē humiles non
facienda p̄termittut. et facieda faciut p humilitatem
Paupertas itaq3 sp̄us. nichil habens defectionis. nichil
supfluitatis. p viam regiam. ducit ad btitudinem
supnam. hec Rich9. Sic igr̄ habem9 de pma btitudine.
Secunda btitudo est mitas.
Que sequitr̄ immediate paupertatē. quia non
prodest esse paupem et care diuiciis. nisi quis
mitis et masuetus fuit. De hoc dicit btus Amb9. Cu simpli-
citate contentus fuero inops. sup est ut mores meos tempe-
rem. Quid enī pdest michi care secularib9. nisi fuero
mitis. hec Amb9. Mitis ille autē est. quē mentis aspitas
seu amaritudo non afficiat. sed simplicitas fidei. ad
omnem iniuriam paciendam instituit. Unde
dicit btus Aug9. Mites sūt qui cedūt impbitatib9. et
non resistūt in malo. sed vincūt in bono malū. Cum
igitr̄ anim9 ex aliqua occasione ad iracundiā cōmotus
fuerit. necesse est ut refrenet in se impaciē motū. ne
vtutē masuetudinis ac mitatis pdat. Ad hoc hor-
tatur btus Amb9 sic dicens. Mitiga affectū ut non irascaris
aut certe iratus ne peccaueris. Preclarū est est enī mo-
tum tpare consilio. nec minoris vtutis dicitr̄ cohibē ira-
cundiam. qm̄ omnino non irasci. cum plerūq3 istud le-
nius hoc forcius estimetr̄. hec Amb9. Sed nondū ergo
sunt nonnulli qui mites ac masueti esse videntr̄. qm̄
diu nichil aduersitatis paciūtr̄. cum vero aliq̄ occasio
adusitatis illis occurrit. qm̄ longe sūt a vera man-
suetudine. eorum in pacia patefacit. De qlibus dicit btus
Bnh9. Sunt aliqui mites. sed q̄diu nichil agitur
aut dicitr̄. nisi p eorum arbitrio. Patebit autē qm̄ lon-
ge sunt a vera masuetudine. si vel leuis oritr̄ occa-
sio. hec Bnh9. Diligēda vero est hec masuetudinis vtus.
qm̄ in hoīe multa bona opatur. De cui9 comendacōne
Johes Abbas montis synay. sic ait. Mitas est pacie
firmamētū. caritatis porta. cōfidencia in oracione.

spiritus sancti locus. christi imitatio. angelorum appreciatio
demonum vinculum. et contra amaritudinem scutum
In cordibus enim mitium requiescit dominus. anima vero con
turbationibus conturbata sedes demonum. hec Johannes abbas. Sed
considerandum. quod sunt nonnulli ita mites. ut nullam
curam habere velint de vita aliena. Neminem quippe
curant de bono ammonere. neminem de malo corripere. et
talis mansuetudo non est commendabilis. sed potius re
prehensibilis. hoc tangit Richardus de sancto victore ita dicens. Mites
sunt leves et patientes. qui neminem ledunt. et impro
bis cedunt. Sunt autem quidam. qui ita leves esse vo
lunt. ut nichil curent de vita aliena. Neminem de bo
no ammoneant. neminem de malo corripiant. Sed talis
lenitas non est multum laudanda quia patitur defectum quia
ubi debet exercere virtutis effectum. Tales igitur debent
esse mites. ut neminem ledant. mala illata pacienter
sustineant. et non solum suam. sed nec alienam negli
gant vitam. ut si opus fuerit. et bonis ad meliora ex
hibeant exhortationem. et malis de malo correptionem
est enim non modus in rebus. quia sicut homo non
debet esse nimie asperitatis. sic nec debet esse nimie leni
tatis. ut inter dexteram et sinistram per discretam mansuetu
dinem. ad beatitudinis perveniat terram. hec Richardus. Qui igitur et
pervenire desiderant ad hereditatem celestem. et ad terram
viventium. debent mites esse et mansueti corde. ut ipsam
valeant possidere. de hoc beatus Augustinus sic dicit. Rixentur igitur
immites. et dimicent pro rebus temporalibus et terrenis. sed
beati mites. quoniam ipsi hereditabunt terram. de qua evelli non
possunt. Illam inquam. de qua in psalmo dicitur. Porcio mea
in terra viventium. Significat enim quandam stabilitatem heredi
tatis perpetue. ubi anima per bonum affectum tamquam loco
suo requiescat. sicut corpus in terra. et inde cibo suo
alitur. sicut corpus ex terra. Ipsa est requies et vita
sanctorum. hec Augustinus. Sic igitur patet de se
cunda beatitudine. Sequitur tertia beatitudo.

Tercia btitudo est luctus que sequit immedia
te mitatatem siue mãsuetudinẽ. quia mãsue
tus ac mitis debet reuocare ante mētis oclos
pctã que fecit. et p illis luctũ hre. Ad hoc hortat. btus
Aug sic. d. Cum hoc feceris vt sis paup et mitis. me
mento q pctor es. et lugeto pctã tua. Unde sequit. Bti
qui lugent. et bn̄ tcia btitudo est pctã deflentiũ. quia
trinitas est que pctã condonat. luctus aut put sumit
p btitudine. est gra vehementer dolendi de malo qd acci
dit. vel de bono qd deficit. Unde luctus est luge p pctis
et odire ipm. ita ut insurgam ad destructoem ipi. luge aũt
de malo vt fugiam ipm. inquantu auertit ab amato
Dicitur luge est solius caritatis. luge vo de aliquo
malo spuali est cuiuslibet vtuti. Quelibz em virtus
luget. de suo contrario. Et notandum q qtuor sut spēs
luctus. Primus est luctus p pctis ppriis. de quo p ps.
dicit. Exitus aquarum deduxerut oculi mei. quia no
custodierut legem tuam. Scdus luctus est p alienis
pctis Unde dr Iere ix. Quis dabit capiti meo aquam.
et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac noc
te interfectione filie ppli mei. Tercius est p incolatu mi
serie pntis. de quo dauid. Heu michi quia incolatus
meus plongatus est. Quartus est p dilatone patrie.
Unde in ps. Sup flumina babilonis illic sedim et fleuim
dum recordaremur sion. Sed considerandu q sut non
nulli. qui dãpna reru tpaliu. et mortem carorum suorum
lugẽt. Dampna vo rerum spualiu. ac detrimēta vtutu
luge non curant. Sed qui cosolari a dno desiderant
necesse est ut p pctis suis luctum habeat. et p defectu
vtutu planctum sibi assumat. De talib dicit Richardus
de sco vic. Heu qm multi lugẽt caros suos. qui neq
qm lugent semetipos. Qm multi lugẽt dampna
corpalia. qui luge contepnut dãpna spualia. Quando
aliquis infirmat aut morit. luget amica. Quando
aut peccat dãpnabilit nemo luget. O sanitas insana

o visio ceca . o vita mortua . de istis que nō lugen
da sunt et pro lugenda gtamt lugent . et q̄ sunt
lugenda spualia s. dampna non lugent . Igitur
fr̄es lugeam⁹ dimissione bonor̄ oper̄ et v̄tutum
lugeat corruptus amissione v̄ginalis integritat̄
lugeat maliciosus amissione pietat̄ . lugeat sup̄b⁹
amissione h̄militatis . lugeat iracundus amissione
mētis tr̄quillitat̄ . lugeat auarus amissione largi
tatis . lugeat ebriosus amissione sobrietat̄ . lugeat
accidiosus spualis exultacōis p̄uacōm . lugeat in
uidus amissione caritat̄ . B̄ti nāq̄ qui lugent
modo p̄ p̄niām . qm̄ c̄solabūt p̄ indulgētiā . deinde
et p̄ iusticiā . Postremo aūt p̄ gl̄iam . Possimus
et dic̄e tria esse genera spualit̄ et fructuose coram
oculis creatoris lugenciū . Alij namq̄ lugent pro
indulgencia culpe . alij lugent ex sanctitate gracie
diminutus sibi collate . Alij ampliori feruore accensi
lugent ex desiderio future gl̄ie . Et in hijs omnibus
b̄ti qui lugent . quia si seminant in lacrimis in exulta
cione metent . Absterget enī deus omnē lacrimam ab
oculis sc̄or̄ suor̄ . et non erit amplius neq̄ luctus
neq̄ clamor . sed nec vllus dolor . qm̄ p̄ora t̄nsierūt
hec Ezech̄l . Et nondū q̄ sunt nonnulli qui in luctu
et lamēto p̄ne nō p̄seuerāt . sed post gemitū quem
p̄ p̄ctīs suis habuerūt . ad diuisas leuitates et ad ver
ba scurrilia et ad alia incōuenientia se t̄radūt . et ideo
consolacione diuina priuant̄ . de hoc b̄tus Bnh̄⁹ sic
di̇t . luctus cor̄ qui p̄seuerānciā nō habet . nō meret̄
consolacōm . Alios inquit lugētes video sed si de corde
p̄cedet . non tam facile solueret̄ in risum . Nunc tam
humana ociosa et scurrilia v̄ba p̄fluat . qm̄ prius
lacrime hm̄⁹ de hijs esse non arbitror . quib⁹ c̄solacio
diuina p̄mittit̄ . qn̄ quidem post illas tam facile con
solacio admittit̄ aliena . hec Bnh̄ . Sed et hoc c̄side
randū . q̄ multū valet ad habēdū luctū et gemitum

pro excessibus et peccatis prius perpetratis. Ut homo horam
mortis et metum ardentem vehementer ante mentis oculos
habeat et ut etiam pro tali luctu consolationem a domino repro
missam accipiat. Ad hoc faciendum hortatur beatus bernhardus
sic dicens. In omnibus operibus tuis memorare novissima
tua mortis horrorem iudicii tremendum districtionem ardentis
vehementer metum ab oculis tuis elongari nullatenus
patiaris. Cogita peregrinationis tue miseriam et recogi
ta annos tuos in amaritudine anime tue. et cogita
humane vite pericula. cogita fragilitatem propriam. et in huius
cogitatione si perseveraveris. Dico tibi pax presentes quod
foris videtur esse molestum. dum toto corde etiam mo
lestiam interiore occupaveris. sed nec patietur deus sine conso
latione te esse qui est pater misericordiarum. et deus
totius consolationis. et complebit omnino quod veritas pollicetur
dicens. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Sic igitur
habemus de tertia beatitudine. etc.
4 Quarta beatitudo est esuries et sitis iustitie. et
sequitur immediate luctum. quia homo post la
menta prime incipit iustitiam esurire et sitire.
Unde dicit beatus Ambrosius Postquam deflevi videlicet peccata
esurire et sitire incipio iustitiam. Unde sequitur. Beati qui
esuriunt et sitiunt iustitiam. Esuries vero iustitie est vehe
mens desiderium iustitie sine summi boni. Et notandum quod
iustitia hic recipi potest generaliter pro probitate vel bonitate
seu rectitudine vite. Quanto autem quis habet maiorem
esuriem iustitie. tanto habet maiorem letitiam operandi
iustitiam. Amatoribus namque veri boni non est satis
quod iusti sunt. sed semper sitiunt opus iustitie et reddere
unicuique quod suum est. videlicet sibi proximis et deo. Nam
propter esuriem et sitim iustitie multi sancti mortui
sunt mundo. multi etiam mortui sunt morte corporali
quia pro illa morti se exposuerunt. Esurienda est igitur
iustitia ut thesaurus aliis thesauris prevalens. Unde dicitur
Ecclesiastici xxiiii. Pone thesaurum tuum in preceptis altissimi.

et p̄derit tibi magis q̄m̄ aurū. Alios n̄a̧q̧z thesauros relinquit homo cum moritur. sed hunc thesaurum videlz iusticie etiam post mortem secum defert. Vnde in apoc̄ d̄r. opa enim illorum sequuntur illos. Sed considerandum est q̄ omnes homines esuriunt et siciunt. Alij esuriunt et siciunt malum. alij bonum. alij aurum ul argentum. Alij posses siones innumeras. Alij honores et sic̄li voluptates. que oīa saciari nō possunt. Sola aūt est iusticia que pducit ad gl̄iam eternā vbi sacietas eterna possidebitur. De hoc b̄tus de s̄co Vic. sup illo v̄bo. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiā. sic d̄r. Omnes homines esuriunt et siciunt. sed alij esuriunt et siciunt maluz. Alij esuriunt et siciunt bonum. Alij enim enim esuriunt et siciunt aurū et argentū. vestes p̄cio sas. predia vineas. et possessiones innumeras. Ista tn̄ omnia bona sunt in se. sed in hoc quodam̄ mala esse dicuntur. quia a malis male esuriuntur et siciuntur. Sic et dn̄s iniquum dixit mamona .i. diuicias. non q̄ res diuiciarum essent inique sed p iniquitatē acquisite. Alij esuriunt et siciunt ptates honores. alij voluptates. Alij salutacōes in foro. et vocari ab hominibus rabj. sed tales nō possūt saciari. Totus enim mūdus homini nō sufficit. qui est dn̄s mundi. Non enim implet oculus visu. nec auris impletur auditu. nec in ceteris sensibus potest homo saciari ex corporis delectacōibus. Quod rex dauid bene considerauit. qui q̄uis h̄ret ad comedendū et bibendū non solum ad necessitatē. sed etiam si vellet ad supfluita tem et tamē dixit Saciabor cum apparuerit gloria tua Esuriam igitur et siciam⁹. nō trāsitoria nō t̄rena. sed iusticiā. quia p esuriem et sitim iusticie puenuem⁹ ad sacietatē eterne gl̄ie. hec b̄tus. Sic igitur patet de q̄rta beatitudine. Sequitur. quīta

Quinta b̄titudo est misericordia et sequitur immediate iusticiā. Vnde d̄r quedam gl̄o. Quia iusticia et mīa ita coniūcte sūt. ut altera ab altera debeat t̄pari. Iusticia enim sn̄ mīa crudelitas est.

Misericordia vero sine iusticia dissolucio. Unde post
iusticiam de misericordia consequenter dicit. Beati misericordes quoniam
ipsi misericordiam consequentur. Et notandum quod misericordia est virtus per
quam animus super calamitate afflictorum movetur. Secundum
Damascenum vero. Misericordia est tristicia in alienis malis
Unde illi misericordes sunt et dicuntur. qui de malo alterius
quasi de suo dolent. De hoc dicit Remigius. Misericors dicitur
quasi miserum habens cor. quia alterius miseriam quasi suam reputat
et de malo alterius quasi de suo dolet. Hec Remigius. Debet
ergo unusquisque fidelis. cui suppetunt res temporales opus
misericordie exercere in pauperes elemosinas largiendo. Ut
per hoc deum creatorem omnium ad miserendum sibi debitorem
faciat. quia quod pauperibus tribuitur in gazophilacium
christi mittitur. et in manum dei ponitur. De hoc beatus Augustinus
sic ait. Dicit tibi christus. Da michi de eo quod dedi tibi de meo
quero et michi non donas. Da et reddo. Habuisti me lar-
gitorem facito debitorem. Hec Augustinus. Item dicit Manus pau-
perum sunt gazophilacium christi. Unde quod in manum pauperis
ponitur in gazophilacium christi mittitur. ymo quod plus est
in manum dei ponitur. et iam auferri non potest ei. qui dicit
Cum non sit qui de manu mea possit eruere. Hec Augustinus.
Si vero aliquis religiosus est. vel pauper. qui non habet
unde tribuat necessitatem pacienti. debet tamen facere quod
ipse est. videlicet compassionem erga proximos miseriam pa-
cientibus misericordiam exhibendo. quia nonnumquam maioris
est meriti ex corde proximo compati. quam externam substanciam
eidem tribuere. Unde dicit beatus Gregorius. Exteriora largiens rem
extra semetipsum prebuit. Qui autem fletum et compassio-
nem proximo tribuit. ei etiam aliquid de semetipso dedit
Hec Gregorius. Qui igitur misericordiam a domino consequi desiderat. ipse
opus pietatis et misericordie proximo impendere stu-
deat. De quo dicit Richardus. Beati misericordes. quoniam ipsi mi-
sericordiam consequentur. Si ergo vis misericordiam accipere. misericordiam
exhibe. Dimittite inquit et dimittemini. Secundum enim
mensuram qua mensi fueritis remecietur vobis.

Beati quoque misericordes qui aliis in miseriis suis as-
sistunt et eos secundum possibilitatem suam defendunt et prote-
gunt. Hec Rich. Sic patet de quinta beatitudine.

Sexta beatitudo est mundicia cordis et sequitur
immediate misericordiam quia qui opera misericordie exercet
nisi hoc mundo et simplici corde fecerit mercede
eterna se privat. Unde dicit beatus Ambrosius. Qui misericordiam de-
fert misericordiam amittit nisi mundo corde misereatur. Nam si iac-
tancia querit nullus est fructus. Unde sequitur Beati
mundo corde. Mundicia vero cordis est utriusque hominis
integritas divini amoris intuitu observata qua
clarificatur cor et mundatur ad videndum deum et ardentis-
sime diligendum. De hoc Rabanus super illud verbum Beati
mundo corde sic dicit. Mundi cordis sunt quos non ar-
guit ulla consciencia peccati. Unde mundus deus mundo corde
conspicitur templum dei non potest esse pollutum. Deum enim
mundo corde videt hic per graciam in enigmate in futuro
autem facie ad faciem. Hec Rabanus. Necesse ergo est quod
deum videre desiderant ut oculos cordis ab omni squa-
lore peccati tergant. Unde dicit Leo papa. Splendorem veri
luminis sordes acies videre non potest. et quod erit iocun-
ditas mentibus mundis hoc erit pena maculosis. De-
clinentur ergo terrenarum caligines vanitatum et ab omni
squalore iniquitatis interiores oculi tergantur ut sere-
nus intuitus tanta dei visione pascatur. Hec Leo papa. Quanto
magis autem unusquisque a malis operibus se abstraxerit
et iusticiam dilexerit ac bona opera fecerit tanto amplius
secundum possibilitatem humanam mentis oculis deum vi-
debit. De hoc Crisostomus sic dicit. Qui enim omnem iusticiam
facit et cogitat mente sua deum videt quia iusticia
figura dei est. Deus enim iusticia est. Secundum quod aliquis
eripuerit se a malis et fecerit bona secundum hoc videt
deum aut parum aut amplius aut modicum aut sp
secundum possibilitatem humanam. In seculo autem illo mundi
corde deum videbunt facie ad faciem non in speculo

et in enigmate sicut hic. hec Cassio. Mundem ergo
nos no solu ab opibus prauis. verum etiā a cogitacōi
bus inmundis. vt deum videamus in celis. Quia
scdm q dicit Rich. de sco vic. Mundo corde sūt illi
qui nec puluere inutilis cogitacōis. nec luto fedant
praue delectacōis. Mundo corde sunt. quos nō tegit
nebula tetre ignorancie. nec corrumpit ardor fede
concupiscēcie. Mundem igit corda nra ab omi igno
rancia p inquisicione veritatis. et ab omi praua concu
piscēcia p amore vtutis vt mereamur deum videre in gla
regni celestis. hec Rich. Sic igit hēm. de sexta btitudie

Septima btitudo est. pax.
Et sequit immediate mundiciā cordis. qa pur
gato corde. ab omibus passiōibus viciorum. et
carnaliu delectacōnu. ac inmundarū affeccionu. max
homo pacem interiore et tranquillitate mentis posside
Unde dicit btus Ambr. Cum interiora tua vacua feceris
ab omi labe pcti. ne dissensiones contencōnes qz ex
affectu tuo pcedant a te pacem incipis vt sic pacem
alijs feras. Unde sequit Bti pacifici. Et notandu q
pax est status vtutis in quo est delectacio in deo sine
contradiccione carnis mundi et dyaboli. De hac pace
dicit leo ppa. Vera pax est a dei voluntate non diuidi
et in hijs que solius dei sunt delectari. Pacifici aut
scdm btm Jeronimum vere dicunt illi. qui primu in corde suo
deinde et int fres dissidentes faciunt pacem. Quid ei
pdest alios p te pacificari. cum in tua aīa sint bella
viciorum. hec Jero. Et sciendu q pacifici magis attri
buit esse filios dei qm ceteris. quia licet unaqueque maxime
assimilet ~~deo~~ hoiem deo inquantu ad opa exteriora ma
gis assimulat deo pax. De hoc dicit hilarius. pacificorum at
btitudo adopcionis est merces. Et ideo dicit. qm filij dei
vocabunt. pares enim omi deus vnus est. neqz enim alt
transire in nuncupacōnj familie eius licebit. nisi fraterne al. viua
in te caritatis pace viuamus. hec hilarius. Et sicut dei

fily vocantur. qui pacem diligūt. Sic vocantur filij dyaboli
qui discordiam querūt. Testatur hoc btus gg. qui dicit
Si dei vocantur fily. qui pacē faciūt. procul dubio satha
ne sunt fily qui cōfundūt. Qui igitur vult xp̄m susci
pe in sui cordis hospiciū pacem diligat. et inuidiā
que pacis est inimica a se repellat et excludat. quia
sicut in cordibus pacificis xp̄s quiescē cupit. Sic in
uidos et inquietos omnibus modis execratur. De talibus
aūt hominibus videlz pacificis et inuidia sectantibus
Effrem abbas sic dicit. Qui enī amplectitur pacem in
mentis sue hospicio. mãsionē pparat xp̄o. quia xp̄s
pax est. et in pace requiescē cupit. Vicium aūt inuidiē
omnibus modis execratur. Vir pacificus in tranquillitate
est semp. Inuidus aūt similis est naui cum iactatur
fluctibus. homo pacificus securā possidet mentem
inuidus aūt in ptbatone est semp. Qui sectatur pacē
tutus est vndiqz ac inmunitus. Nam inuidus vt lupus
rapax insanit. homo pacificus est q̄i vitis. dās fruc
tum copiose. inuidi aūt opus in egencia ac miseria
detinetur. et q̄ntū pacificus gaudens in dn̄o letatur. tantū
inuidus tabescens ad nichilū redigitur. Ex habundancia
leticie pacificus homo dmostratur. et ex vultu marcido fu
rore pleno inuidus monstratur. Pacificus homo cōsor
ciū angelorū merebitur. Inuidus aūt particeps demonū
efficiatur. Et sicut pax secreta mentis illuiat. ita inuidia
occulta cordis obcecat. pax enī effugat et pturbat
omnem discordiā. Inuidia aūt iracūdiā cumulat. Secta
re g fili desiderabile nomē pacis. vt fructus pacis ac
quirē possis et execrare inuidiam. ne malorū fructibus
repleatis. Hec effrem abbas. Quisqs igitur desiderat esse
de numero filiorū dei. necesse est vt p maiorū ac malarū
cogitacōnū expulsione. cordis pacem et tranquillita
tem in se cōseruet ac custodiat. et proximis suis eciā
sibi aduersantibus se pacificum et benignū exhibeat.
vt hereditatē filijs repmissam possidere valeat. De

hinc dicit pacificos. Richardus de sancto victore sic dicit. Pacifici sunt qui
in semetipsis pacem facere et custodire noverunt. qui vicia
adversancia subigunt virtutes erigunt, et quidquid in se
pravum se cogitacionis locucionis operisve deprehenderint. pru-
denter et potenter expellunt. nec aliquid perturbacionis in reg-
no sue dominacionis esse permittunt. et quid eis adversitatis
contigerit. pacem tamen suam servant. et cuncta cum cordis
sui tranquillitate indicant. Pacifici sunt qui cum eis
a malis mala inferuntur. mala minime retribuunt. sed
cum hiis qui oderunt pacem sunt pacifici. Pacifici
sunt. qui non in se tantum pacem custodiunt. verum
et alios discordantes ad unitatem pacis reducunt. Isti
filii dei vocabuntur. quia deus summa pax est. et omnia
cum tranquillitate iudicat. Filii dei fratres christi. Isti filii
per graciam. christus filius per naturam. heredes dei coheredes autem
christi. hec Richardus. Sic igitur patet de septima beatitudine.

Octava beatitudo est.

Oppressio persecucionis propter iusticiam. et sequitur imme-
diate pacem. quia habita pace et tranquillitate
cordis post victoriam viciorum et carnalium delectacionum
habilior est homo et expedicior ad sustinendas perse-
cuciones a proximis illatas. Nam cor bene purgatum
a cupiditate temporalium rerum. et ambicione mundialium
dignitatum non valde perturbatur. si a perversis hominibus
tam in dampno rerum quam in verbis contumeliosis aliquam
iniuriam paciatur. quia qui gloriam mundi non querit. nec
contumeliam pertimescat. et ideo persecucionem paciens
sustinet propter iusticiam. Et nondum quod temporibus fideles
propter fidem christi ab infidelibus nunc nullam persecu-
cionem paciantur. tamen cum aliquis propter veritatem
et iusticiam eciam a suis aliquid patitur. mercede martirii
non privabitur. de hoc dicit Crisostomus super Matheum. Non enim dixit.
Beati qui a gentilibus persecucionem patiuntur. Nec pu-
tes illum solum beatum. qui persecucionem patitur. Sed et
si quis ex potentibus qui christiani videntur. propter peccata sua

forsitan correptus fuit a te psequitur. Btus es tunc
Johanne bapta. Qui enim verax est. quod prophete mites sunt. qui
asinus otiosi sunt. sine dubio qui propter iram dei aliquid
patitur et si asinus patitur mercedem mery habet. et ideo no
posuit scriptura psonas psequentium. sed solam causam psecutoris
vt no aspicias quis te psequatur. sed propter quid. hec Criso
Considerandum est. quod multi patiuntur psecutionem. Mali enim
psequutione patiuntur propter culpam. Boni vero psecutionem
patiuntur propter iusticiam. Omnes enim qui pie viuere volunt in
xpo psequutionem patiuntur. Vnde sustinentibus psecutiones vel
quelibet adusa patientia necessaria est. ne premiu pdatur
glorie eterne. De hoc dicitur de sancto vito sic dicitur. Multi pa
tiuntur psequutionem. sed aly patiuntur propter culpam. aly pa
tiuntur propter iusticiam. propter culpam patiuntur mali. propter
iusticiam patiuntur boni. latro suspenditur propter culpam. ius
tus no potest suspendi. nisi propter iusticiam et innocentiam.
Sed dicit aliquis Nemo potest modo per psecutionem
attingere ad btitudinem. quia nunc in pace consistunt omnia
et sancta ecclia fere de nulla parte patitur aduersa Et ego
dico quia vbique psecutiones sunt. quia cottidie in penetra
libus sancte ecclie psequitur Cayn abel. ysmahel ysaac.
Esaw Jacob. i. impius iustum. et si quis psecutionem
non patitur ab extraneis. patitur tamen a falsis fratribus
Omnes enim qui pie volunt viuere in xpo psecutionem
patiuntur. Quia igitur no cessant psecutiones. patientia
nobis necessaria est. vt reportemus repromissiones de
quibus hyc qui pdunt patientiam. quia pdunt patientie
coronam. Non ergo murmuremus. si in paucis vexemur
quia in multis bene disponemur Igitur per paupertatem spiritus
pertingitur ad regnum celorum. per mansuetudinem siue lenitatem
tatem. ad terram viuentium. per luctum ad veram consola
tionem. per iusticie sitim et esuriem ad suprene iocunditatis
saciotatem. per miam tpalit factam. ad miam eternam
per cordis mundiciam ad dei visionem. per pacem ad dei fi
liacionem. per pentem psecutionem ad eternam celestis regni

tranquillitatem. Beati ergo qui persecucionem paciuntur
propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Hec Richardus.
Unde octo sunt beatitudines quantum ad essenciam ut supra
dictum est. sed tamen septem ad distinctionem graduum. quoniam
supra pacem non est virtus alia. Dicit enim beatus Augustinus
Pax est finis et consumatio omnium virtutum. Octava etiam
beatitudo dicitur redire ad caput duobus modis. Primo
quia idem premium sibi promittitur quod prime beatitudini. scilicet
regnum celorum. Secundo quia omnes probat. ab ultima usque ad
primam utrum vere sint. Unde dicit beatus Gregorius. Qualis unus
quisque apud se lateat, illata contumelia probat. Et notandum
quod habitus virtutum cardinalium principaliter disponunt
ad exercitium vite active. Habitus vero donorum disponunt
maxime ad actus vite contemplative. Habitus autem
beatitudinum disponunt ad perfectionem utriusque. Ex hiis
igitur colligere possumus quod beatitudines habent efficaciam
ad mundandum et purgandum cor hominis ut eo perfectius
ad premia beatis repromissa valeant pervenire. Sed et hoc
considerandum quod beatitudines congruunt operacionibus septifor
mis gracie spiritus sancti. Quod affirmat beatus Augustinus sic dicens. Hiis
enim septem gradibus congruit septiformis operacio spiritus
sancti quam ysaias describit. Sed ille a summo. hic ab
ymo. quia ibi docetur filius dei ad yma descensurus
hic homo de ymis ad summa ascensurus. In hiis primus
est timor qui congruit humilibus. de quibus dicitur. Beati
pauperes spiritu id est non alta sapientes sed timentes. Secunda
est pietas que convenit mitibus. Qui enim pie querit
deum honorat non reprehendit non resistit. quod est mi
tem fieri. Tercia est sciencia que convenit lugentibus. qui
didicerunt quibus malis nunc victi sunt. que quasi bona
peciverunt. Quarta fortitudo que convenit esurientibus et
sicientibus quia desiderantes gaudium de veris bonis la
borant a terrenis cupientes averti. Quinta consilium quod
convenit misericordibus. quia unicum remedium est de
tantis malis erui dimittere aliis et dare. Sexta

intellectus. qui docuerunt mundis corde qui purgato oculo possunt videre. quod oculus non vidit. Septima est sapientia que docuit pacificos. in quibus nullus motus est rebellis sed obtemperant semper. hec Aug. Sic igitur patet de beatitudinibus expositum et explanatum. De

Habita septem sacramentis et penitentie de sacramento corporis x. capitulum xv.

Habita namque informatione de beatitudinibus. nunc de septem sacramentis. et maxime de sacramento sacre eukaristie. cupio ac desidero a te o pater edoceri. Scire debes fili. quod sacramenta noue legis sunt septem. secundum diuersitatem hominum in ecclesia existencium. Primum est intrancium scilicet baptismus. Secundum pugnancium ut confirmatio. Tercium vires resumencium ut eukaristia. Quartum resurgencium. ut penitencia. Quintum exeuncium ut extrema vnctio. Sextum ministrancium ut ordo. Septimum ut nouos milites introducencium ut matrimonium. Hec sacramenta legis gratie xpistus instituit tamquam noue legislator. in qua vocauit ad premia. dedit precepta instituit sacramenta. Xpistus est enim verbum patris. et cum ipse sit summe virtutis. summe veritatis. et summe bonitatis. Ratione bonitatis promisit premia beatificancia. Ratione veritatis dedit precepta dirigencia. Ratione virtutis instituit sacramenta adiuuancia. ut sit per sacramenta reperiret virtus ad implenda precepta. et per precepta perueniatur ad premia. Instituit autem xpistus sacramenta in verbis. et elementis ut ait Aug. Accedit inquit verbum ad elementum et fit sacramentum. Sacramentum vero ut idem Aug. ait. est inuisibilis gratie visibilis forma. Et nondum quod effectus sacramentorum noue legis est multiplex. Primo a peccato mundant. Secundo in bono confirmant. Tercio corpori mistico incorporant. Quarto iustificant. Quinto ad futuram vitam preparant. Sexto erudiendo illuminant. Septimo a malo preseruant. Ista patent in septem sacramentis per ordinem. Nam primum operatur baptismus. Secundum vero confirmacio. Tercium eukaristia. Quartum penitencia. Quintum

extrema unctio. Sextum ordo. Septimum matrimonium

¶ Considerandum etiam quod hec sacramenta disponunt ad
septem virtutes habendas. et ordinantur contra triplicem
culpam. et contra quadruplicem penam. De hoc Tho
mas de aquino sic dicit. Notandum quod potest accipi numerus sacrame
torum per quandam adaptionem ad virtutes et ad defectus cul
parum et penalitatum dicentes. quod fidei respondet baptismus
et ordinatur contra culpam originalem. Spei extre
ma unctio. et ordinatur contra culpam venialem. Ca
ritati eukaristia. et ordinatur contra malicie penali
tatem. Prudencie ordo. et ordinatur contra ignoranciam
Justicie penitencia. et ordinatur contra peccatum mortale Te
perancie matrimonium et ordinatur contra concupiscenciam. Fortitu
dini confirmacio et ordinatur contra infirmitatem. Hec Thomas
Sed et hoc notandum. quod introitus ad regnum celorum fuit
clausus propter prevaricacionem primi hominis. sed per christi passione
celum iterum fuit reseratum. Nunc vero propter peccatum origi
nale vel actuale multis manet clausum. Ideo sacra
menta sunt necessaria. et claves ecclesie per que tolluntur peccata
que impediunt introitum regni celestis. Quod confirmat
Thomas de aquino sic dicens. Sciendum quod hostium celi quantum
de se semper est apertum. sed aliquando clausum dicitur propter impe
dimentum intrandi in celum. quod in ipso est. Impedimentum
autem tocius humane nature ex peccato primi hominis consecu
tum per passionem christi amotum. Et ideo Johannes post pas
sionem vidit in celo hostium apertum. sed adhuc cottidie
aliquando manet clausum propter peccatum originale quod
contrahit. vel actuale quod committit. Et propter hoc indige
mus sacramentis et clavibus ecclesie. Hec Thomas ¶ Unde
sciendum quod septem ecclesie sacramenta. septem remedia
sunt. per que homo quodammodo in spiritualem creaturam rege
neratur. fovetur et nutritur. Inter que tamen quodam
excellenciori modo divini amoris radius. ac celestis
gracie quidam fluvius devotas animas feliciter intendens
ac suaviter inebrians. de sacramento eukaristie noscitur peculia

ruis emanare. Nam inter omnia amoris indicia inclpl est quod adeo totum sibi rapiat animum diligentis sicut dilecti desiderata presencia que ceteris omnibus antefertur. Unde eukaristia est sacramentum caritatis tam divine quam nostre quia deus in hoc sacramento magne dilectionis nobis signum ostendit. et nostre dilectionis affectum per idem sacramentum spiritualiter et specialiter erga se inflammat ¶ Et notandum quod certissime et veraciter et absque omni dubitatione in hoc sacramento continetur corpus christi. deus et homo cum corpore et anima. carne et sanguine. sicut cum prodyt ex utero virginis. et in cruce pependit. ac sedet ad dexteram patris. hoc affirmat beatus augustinus sic dicens. hoc accipite in pane quod pependit in cruce / et hoc accipite in calice quod effusum est de christi latere. In ipsa carne hic ambulavit. et ipsam carnem manducandam nobis ad salutem dedit. hec augustinus. Idem sentit ambrosius cum dicit. panem istum quem sumimus in misterio. utique illum intelligo qui manum sancti spiritus formatus est in utero virginis. et igne passionis decoctus in ara crucis. panis enim angelorum factus est cibus hominum. hec ambrosius. Dicit etiam de hoc damascenus. Quod itaque ~~itaque~~ in altari videtur species et panis et vini. quod autem sub specie illa credimus. verum corpus et sanguis christi est. quod pependit in cruce. et quod fluxit de latere filii hominis. hec damascenus. ¶ Considerandum etiam quod sub specie panis est corpus christi per conversionem. et sanguis per conexionem. et anima per concomitationem. ac deitas per unionem. Ista enim quatuor non possunt dividi. nec ab invicem separari. Eodem modo dicendum est de sanguine. et sub utraque specie totus christus continetur de hoc dicit Thomas de aquino. Nota quod facta consecratione panis / est quidem corpus christi ibi ex vi sacramenti. et sanguis ex reali concomitantia Sed postmodum post consecrationem vini fit ibi econverso sanguis christi ex vi sacramenti. Corpus autem christi ex reali concomitantia. ita quod totus christus est sub utraque specie.

hec dhōs. Cedet hoc nōndū. q̄ cōuenit deo esse
vbiq̄z simplicit et ꝓprie. Creature nō cōueīt esse
in vno loco tm̄. Corpus xp̄i medio modo se habet
Cum em̄ sit creatura. nō debet coequari creatori.
in hoc q̄ sit vbiq̄z. Cum vero sit vnitū diuinitati
debet in hoc excellere alia corpa. vt simł et semel
in locis pluribus possit esse sub isto scilz sacramēto
Vnde quilibet fidelis. et maxīe qui es religiosus. tu
ad reuerendum altare accedis. sacrum dei tui corpus et
sanguinem fidei oculis respice. sit videlz vt certissime. et
sine omni hesitacōe. toto corde credas. et ore cōfitearis
q̄ illa hostia consecrata sit verus dei filius ex vgīe
natus. qui mortuus est et resurrexit. iudex viuorꝫ et
mortuorꝫ. vt sis de numero illorꝫ. qui sunt veri iudei
non littera sed spiritu. non scdm carnē sed scdm ꝓ
missionem. indutus cōfessione cordis et oris. sicut
vestimēto. vt omnia interiora tua. eum esse dnm̄ cō
fiteantur. et omnia ossa tua id ipm̄ ꝓclamet. deinde
cum reuerencia debita et honore ꝑ̄ꝑuo. occurens
deo tuo. et deuocione quadam humiliter mirare. q̄ tan
tus dn̄s ad tantillū seruū/ et tanta maiestas ad
miserum vermiculū et ad vilem pcc̄orem dignatur.
venire. Et dic cum metu et reuerencia. Domine nō
sum dignus vt intres sub tectum meum. sed cōfi
sus de tanta pietate et clemēcia. accedo infirmus
ad medicū vite. siciens ad fontem misericordie.
egenus ad dn̄m celi et terre. ouis ad pastorem.
figmentū ad suum creatorē. desolatus ad meum
pium consolatorem ac liberatorem. Postea arden
tissimo desiderio. maiori cordis. haustu interiori. tam
ꝓclarum suscipe corpus xp̄i. eius ꝑ̄ńcia dulcissima
qui plurimum delectatus. Vt aut̄ tam excellēs hoīm
vz. sacrimētū corporis xp̄i. vnusquisq̄z sacerdos in salu
tem aīe et corporis sui offerre et suscipe valeat. Ne

cesse est vt ad illud sumendū p contricionē et cordis
deuotione se pparet et aptet. Unde dicit hugo. Tri
plex est genus sacrificij. Unū dnica corporis. Alterum
contriti cordis. Tercium mortificate carnis. Oportet
ergo precedere sacrificium humilitatis in mente. et afflictio
nis in carne. Ut habeat deuocio in dnica corporis con
secratione. hec hugo. Multum namque valet hec salu
taris hostia ad delenda pctā. si fuerit cum cordis co
tricione. vel lacrimarum effusione oblata. De hoc dicit
btūs Greg. Singulariter namque ad absolucionem nram
oblata. cum lacrimis et benignitate mentis. sacri
altaris hostia suffragatur. Quia is qui in se resurgens
a mortuus iam non moritur. adhuc per hanc in suo
misterio pro nobis iterum patitur. Nam quociens ei hosti
am sue passionis offerimus. tociens nobis ad absolu
cionē nram passionē illius reparamus. Lauate ergo la
crimis maculas pctōrum. elemosinis tergite. sacris
hostijs expiate. hec Greg. Debet ergo quilibet sacerdos
in quocumque gradu vel religione existat. cum timo
re et reuerencia ad tantū sacramentum celebrandum
et sumendū accedere. vt per talem sumpcionē salutem
consequi valeat aīe sue. Ad hoc hortatur btūs Aug.
sic dicens. Aduertite o vos sacerdotes. cum quanta puritate
et tremore et reuerencia debeatis accedere ad illud sacri
ficium. ad quod xpūs accessurus fuit dum pati voluit
et pre angustia sanguine sudauit. In quo sacrificio ipse
sacerdos est et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. hec
Aug. Et nondū quod potestas sacerdotum ac dignitas val
de excellens est. Nam in manibus eorum dei filius ve
lut in vtero virginis incarnatur. cum per verba sancta
operante spiritu sancto. panis in corpus xpī transsubstan
ciatur. in vno atque eodem momento. Deus ipse qui possi
det in celo. manibus eorum continetur in sacrificio. et xpc
tractat xpm. cum sacerdos manibus gestat dei filium.

De hoc btus Bnh9 sic dr. Credim9 eni qp non est
post deum sicut potestas vra. vos sacdotes a deo no
bis concessa. O veneranda sacerdotu dignitas. intra
quorum manus velut in vtero marie virginis dei
filius incarnatr. quod p nos pater et filius et spus
sanctus mirabilit opatur. Sup hoc tam insigni
priuilegio mro. stupet celum. miratur tra. horret
infernus. contremiscat dyabolus. veretur homo. ve=
nerat angelica creatura. qp vno atqz eodem mome
to. deus ipse qui psidet celo. manibus vris est in sacri
ficio. O venerabilium sanctitudo manuum. O felix ex
ercitiu. O vere mundi gaudium. vbi yma summis
coniungunt. cum xps tractat xpm. s. sacerdos dei filij
cui9 delicie sunt esse cum filijs hom. hec Bnh9. Ex
hijs dcis colligere possum9 quanta dignitate contulit deus
sacerdotib9. Pretulit namqz eos regibus et pncipib9
et qd plus est ptulit eos quantum ad officiu etiam
omnibus angelorum agminibus. Testatr hoc idem bts
Bnh9 sic d. O quantam dignitate contulit dns sacer
dotibus. quanta est prerogatiua sacdotalis ordinis. p=
tulit enim eos omnibus regibus et pncipibus ete
pretulit et ordine huc sacerdotale omib9 hominibus
Ymo vt altius loquar. ptulit eum angelis et archa=
gelis. thronis et dnacoibus. omnibus angelicis or
dinibus. hec Bnh9. Nec miru quia sacerdos cum
sit homo et creatura. suu creatore quodamo creat.
qn officiu misse pagit atqz celebrat. vnde dr btus
Bnh9. Ille qui me creauit. creare michi se dedit.
me qui creauit sine me creatr mediate me. hec Bnh9
Sicut igitr magne dignitatis et excellencie est ordo
sacdotalis. si ipm ordine sacdotes officiu misse cele
brando debito mo et congruo exequuti fuerint. Sic
econuerso magnu est dedecoris et criminis. si sacerdos
indigne tractat corpus nri saluatoris. Nam os sa
cerdotis efficitr sepulchrum xpi. p cottidiana sumpcoim.

sacramento corporis eius. Quo ergo ex ore illius egreditur
falsitas per quod ingreditur veritas. Aut quo se ingur-
gitabit ebrietate aut illicita voluptate. qui Christum
in se recipit in sacramenti sumpcione. De talibus sacer-
dotibus beatus Bernhardus sic dicit. O sacerdos os tuum cottidie fit
sepulcrum Christi. Quo ex ore tuo egreditur falsitas per quod
ingreditur veritas. Quo oculi respiciunt vanitatem
qui respiciunt veritatem. Quare manus tue ad illici-
ta extenduntur que tenent tenentem omnia. Quo te ingur-
gitabis ebrietate qui semper plenus debes esse deo. Hec
Bernhardus. Sed quod peius est. sunt nonnulli sacerdotes. qui
postposito timore dei se tradunt luxurie et incontinentie
et tamen presumunt ad Christi mensam accedere. et eius
sanctissimum corpus manibus inmundis tractare. et ore
polluto sumere. Hii tales quamvis proferant verba canonis
et orent labiis. tamen exspuunt in faciem salvatoris
et cum audent corpus dominicum suscipere in os sordidum.
levius eis esset. si eum proicerent in lutum. De hoc dicit
beatus Augustinus. Si sacerdos fuerit vas incontinentie et libidinis.
iuxta filium virginis statuet in altari ydolum veneris.
et cum profert ore verba canonis. os eius plenum est
amaritudine et dolo. Et quamvis oret labiis tamen ex-
spuit in faciem salvatoris. et cum presumit sumere cor-
pus dominicum in os suum pollutum. levius ei esset si eum
proiceret in lutum. hec Augustinus. Beatus eciam Bernhardus de hoc sic dicit
Turpissimum est manus deo dicatas. et sacro crismate
consecratas pudendis ingerere. et post hoc corpus domini
sanctissimum cum eis tangere. O quam temerarium et quam ne-
phandum pollutis manibus tractare filium virginis. et
inmundis labiis osculari. et ore sordido sumere. Que
mens non rapitur ad excessum. quis oculus non erubescat
cum audit non reveretur. Ubi mundi precium proicitur in ster-
quilinium id est in os indigne sumentis. Tales vero sacerdotes in-
digne corpus Christi tractantes. et sumentes magis delin-
quunt quam hii qui eum crucifixerunt in terris. quia illi semel

crucifixerunt. Isti vero quantum in eis est. enim cottidie crucifi
gunt. De hoc beatus Aug. in persona domini sic dicit. O peccator
tu sacerdos noli me amplius affligere peccatis tuis. plus
enim ledit me vulnus peccati tui. quam vulnus lateris mei
Item beatus Aug. de hoc iterum sic ait. Magis enim delin
quunt qui iam regnantem in celis contempnunt. scilicet indig
ne tractantes et sumentes corpus xpi. quam qui crucifixerunt
eum ambulantem in terris. non quia crucifixores
sed quia tanti sacramenti indigni confectores et presumptu
osi perceptores. Isti vero quantum in eis est. enim cottidie cru
cifigunt. indigne tractantes et sumentes. Hec Aug.
Dicit ergo de hoc beatus Ambrosius. Qui indigne sumit corpus
xpi. idem est ac si interficiat. Hec Ambrosius. Non solum ac
qui in sacris ordinibus sunt constituti. puta sunt sacerdotes
verum etiam omnes xpifideles debent magnam diligenciam
et studium adhibere. ne umquam indigne. et maxime
in peccatis mortalibus accedant. ad sumendum corpus xpi
sacrosanctum. quia tales per huiusmodi indignam sumpcionem. totam
trinitatem inhonorant. Unde dicit beatus Ambrosius. Hoc pol
lutus omnis in cor accipiat. quod non solum corpus xpi
impie laceret. sed totam trinitatem coadunatam
corpori creatorem inhonorat. Hec Ambrosius. Sed ve homini
illi. cui propter peccata sua. et indignam sumpcionem corporis xpi
ipsa salus mundi est iudicium et eterna dampnacio. De hoc
dicit beatus Bernh. Ve homini illi. cui salus mundi iudicium est
cui vita mors est. cui absolucio dampnacio est. cui gracia ira est.
cui calix propiciacionis vas est indignacionis. Hec Bernh.
Nam qui indigne corpus et sanguinem xpi sumit. iu
dicium sibi manducat et bibit. Teste Cassiano qui dicit
Qui in carnalibus oblectatur cottidie voluptatibus fuerat
et dulcedine numquam cibum sumpsit sancte eukaristie. in dap
nacionem sibi et iudicium sumit penalitatis eterne. Hec
Cassianus. Nec mirum. quia secundum quod dicit beatus Aug. xpm
conculcat. qui libere peccat. et qui eum absque timore
indigne percipit. Talis autem homo prout dicit Hilari

l dampnacio

[illegible]

Demum ad vindictam concitat. sanctos a se fugat. hostem
suum letificat. suam vitam abbreviat. qui corpus
xpi indigne lacerat et manducat. hec hilarius. Non
solum autem hec mala. sed et alia quam plurima indigne
accedens ad sacramentum xpi incurrit. Indigna namque communio
hominem peccatis illaqueat. dampnacioni preparat. proximum scan
dalizat. mentem excecat. temptacioni subiugat. deum irritat
vitam temporalem breviat. gratuitis et eternis bonis spoliat
De hiis omnibus dicitur in ps. per ordinem. Fiat mensa eorum coram
ipsis in laqueum. ecce primum. et in retribuciones. ecce secundum
et in scandalum. ecce tercium. Obscurentur oculi eorum ne vi
deant. ecce quartum. et dorsum eorum semper incurva. ecce
quintum. Effunde super eos iram tuam. et cetera. ecce sextum
Fiat habitacio eorum deserta. ecce septimum. et in tabernaculis
eorum non sit qui inhabitet. ecce octavum. Cum igitur
tot mala indigne tractantes vel sumentes corpus dominicum
incurrant. necesse est ut unusquisque se probet et dili
genter examinet. qualiter ad illud terrificum sacrame
tum accedat. De fructu et utilitate qua assequuntur igitur accedentes ad sacramentum capitulum xvi

Postquam informatus sum de periculo indigne
tractancium ac sumencium corpus domini. Nunc
de fructu et utilitate. quam assequuntur hii qui
in statu gratie illud sacrosanctum xpi corpus percipiunt cu
pio edoceri. Scire debes ante omnia. quod nullam salutem
assequi potest anima. sine huius salutifera cibi videlicet
corporis xpi debita suscepcione. Teste Remigio qui dicit
Nulla nobis salus corporis et anime. absque xpi carnis
et sanguinis suscepcione. Nam prout dicit Richardus de sancto
victore. In hoc beatissimo sacramento xpi videlicet carne et sanguine
tota consistit salus fidelis anime. Quia omnem gratiam
quam habet homo mediante xpi sacramento illi tribuitur.
Unde dicit Beda. Omne quidem donum celestis gratie sancta
eukaristia tribuit mediante. Et nondum quod dominus noster volens
declarare. magnam caritatem quam erga nos habet. Non
solum ad videndum. sed etiam ad palpandum et come

dendum scriptum nobis tribuit. De hoc Criso. sic dicit.
hoc fecit xpistus ducens nos ad maius amicicie federis
suam quoque caritatem declarans erga nos. prestans se non
solum videri desiderantibus. sed et palpare et come
dere et amplecti. hec Criso. Tractare autem et man
ducare corpus xpisti. est vitam eternam habere. Unde
ipse dominus dicit. Panis quem ego dabo caro mea est. pro
mundi vita. Et bene dicit. vita. Sicut enim vita naturalis
est in membris eo quod uniuntur capiti. a quo recipiunt in
fluenciam sensus et motus. Sic fidelibus qui sunt mem
bra xpisti. vita spiritualis conservatur. eo quod uniuntur capiti xpisto
per hoc amoris sacramentum. Bene autem dicit mundi.
quia alia sacramenta solum proficiunt ipsi recipienti.
Solus enim baptisatus recipit graciam baptismalem
et non alii. Sacramentum autem eukaristie non solum
proficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesie. eciam illis
qui sunt in purgatorio. Cuius racio est. quia eukaristia
non tantum est sacramentum. sed ecclesie sacrificium. inquantum
tamen continet xpistum passum et ideo deo offertur ab ipso sacer
dote. proficit omnibus xpisti fidelibus. Si autem sumatur
aliomodo sicut a laico. tunc proficit solum sumenti.
quia officium eius non est offerre sacrificium. sed tantum sus
cipere sacramentum. Sequitur. Qui manducat meam carnem
habet vitam eternam. scilicet post hanc vitam. Aut dici
potest. habet vitam eternam eciam in presenti. Sicut enim
cibus corporalis non solum ~~non~~ nutrit et conservat
vitam. sed deducit ad perfectam quantitatem. Sic usus
huius sacramenti perducit hominem ad gracie consummacionem
que est gloria eterna. Et hoc est quod dicitur. Qui manducat
meam carnem. non tantum sacramentaliter. sed etiam spiri
tualiter. percipiens effectum sacramenti. habet vitam eternam
quia habet deum inhabitantem qui est vita eterna.
Adhoc etiam in presenti vita potalis est hec mensa. cum
in illa sumatur hec eukaristia. que quidem liberat

a malo · ac conseruat in bono · delet venialia · cauet
mortalia · Huius ecs virtute sacramenti vniuse ecs virtutes
augentur · et omni graciarum fructus exuberat · Ubi
sciendum quod eukaristia sacramentum est vnionis · quia per
susceptionem huius sacramenti · efficimur omnes vnum in xpo ·
et ideo bene hec spiritualis manducacio vocatur communio · Nam
per ipsam sacram comunionem · quasi membra incorporamur xpo
Unde dicit damascenus · quapropter communio dicitur · et est vere · et
quia conicamur et vnimur adinuicem per ipsam xpo · et
participamus carne et deitate · quia ex vno pane assu-
mimus omnes vnum corpus xpi · et vnum sanguinem · et ad
inuicem membra generamur incorporati xpo · hec damascenus
Unde primus et principalis eius effectus est · iam vnitum
corpori xpi mistico per caritatem magis vnire · Magis autem
vniere est tripliciter · aut quia quis vnitur maiori vin-
culo · vt ille magis qui habet maiorem caritatem · Aut
quia eodem vinculo vnitur strictius · vt ille qui secundum
eundem habitum · feruencius amat · Aut quia eodem vin-
culo firmius · vt ille qui in eodem habitu est magis ra-
dicatus · Dicitur ergo hoc sacramentum magis vnire · quia dig-
ne accedentem reddit ferueciorem · et ex hoc quod reddit ca-
ritatem magis ignitam · adiuuat ad consumendam
peccati venialis rubiginem · et ex hoc quod magis firmat
adiuuat ad vitandum omnia scelera · et racione
vtriusque valet ad augmentum virtutum · et maxime
caritatis · Feruor enim caritatis cottidie minuitur
per venialia · ideo oportet per hunc cibum restaurari per
ditum · hec ecs esca spiritualis in illis qui salubriter pa-
puit eam · et sensum minuit ab illiciatis · et in graui-
oribus peccatis custodit omnino a consensu · Unde cum aliquis
rarius solito uel minus sentit motus viciorum · graciis
agat huic sacramento · qui hec operatur in ipso · De hoc
beatus Bernhardus sic dicit · Duo sacramentum corporis domini operatur
in nobis · vt videlicet et sensum minuat · et in grauioribus

peccatis tollat omnino consensum. Verbi gratia Si quis
nunc non tam crebros ut solebat. nec tam acres
sustinet iracundie motus. inuidie. luxurie. ac ceterorum
huiusmodi viciorum. gratias agat corpori et sanguini domini nostri
quoniam virtus sacramenti operatur in eo. hec Bernhardus. Nam
post huius saluberrimi cibi preparacione fit homo man-
suetior ad correptionem. pacientior ad laborem. et fer-
uencior ac deuocior ad ceterorum virtutum operationem.
De effectu ac virtute huius sacramenti sacrosancti dicit beatus
Bernhardus. Corpus christi est peregrinantibus dieta. egrotis
medicina. debiles confortat. valentes delectat. lan-
guores sanat. sanitatem conseruat. fit homo mansuecior
ad correpcionem. paciencior ad laborem. ardencior
ad amorem. sagacior ad cautelam. ad obedienciam
promptior. ad graciarum accionem deuocior. hec Bernhardus.
Accedamus igitur ad hunc spiritualem cibum. qui est
panis vite et cor hominis in bono confirmat et re-
missionem peccatorum prestat. De quo Ysidorus sic dicit
hic cibus non corpus inpinguat. sed cor hominis confir-
mat. hic est panis vite. quem qui ergo vitam manducat
mori non potest. Accedite igitur ad eum et saciamini
quia panis est. Accedite ad eum et illuminamini. quia lux
est. Accedite ad eum et liberamini. quia ubi spiritus domini
ibi libertas. Accedite ad eum et absoluimini. quia re-
missio est peccatorum. hec ysidorus. Et sciendum quod sicut filius
recipit vitam a patre. propter vnitatem quam habet a
patre. sic qui vnitur christo per corporis illius susceptionem
habet vitam a christo, sed differenter. De hac differencia
Thomas super Iohannem sic ait. Filius propter vnitatem
quam habet a patre. recipit vitam a patre. ergo qui
vnitur christo. habet vitam a christo. sed differenter. Nam
filius habet aliquid proprium. quia sic est a patre. quod tamen
recipit totam plenitudinem diuine nature. intantum. quod
quidquid est naturale patri. sit eciam naturale filio. Creatura vero
accipit aliquam perfectionem. et vitam particularem.

id est participatā. non aūt essencialr̄ q̄d ipm̄ est
vita In quolibet aūt genere rerum. q̄d est p essencia
est cā eorꝫ que sunt p participacōm. sicut ignis est
causa om̄ igmtorꝫ. Q ergo p essencia est vita causa
est. et p̄ncipiū omīs vite. Sicut igit̄ pater p̄ma cau
sa est vite viuēcau. ita et filius. Q aūt di̇t. Sicut
misit me viuēs pater. et ego viuo ꝓpter prem̄. loq̇t̄.
de ꝓcessione sua a patre. Cum vō dicit. Q m manducat
me. et ipe viuet ꝓpter me. loquit̄ de participacione
corpis et sāguinis sui. qua nos efficim̄ meliores. hec
Thomas. Considerandū est. q dn̄s nr̄ ihs xps. qui est
sapiā p̄ris incarata. voluit ꝓpter nos carnē assumē
et ipam carnē in sacrāmēto ad manducandum nobis p̄bē
vt p cibum carnis ad gustum nos inuitaret sue deita
tis. De hoc hugo sic di̇t. Sapiā incarnata. que se p inuisi
bilia manifestat. voluit ostendere quō ipa anime cib
abus et refectio est. Et ꝓpterea carnē assumptam nobis
medullū ꝓposuit in sacramēto. vt p cibum carnis ad
gustum inuitaret diuinitatis. hec hugo. Igit̄. ihs
in sacramēto verus cibus est. et vere gustabilis. vt
p gustum corpis eius ꝑueniat̄ ad gustū diuinitatꝭ
eius. quia ipe est via scdm̄ hūanitatem. ad eius diui
nitatē. Quomodo aūt necessariū est ad hoc. vt ad gustū
intime diuinitatis ꝑtingat̄ p corpus xpi. in sacra
mēto q̄d sensus corꝑalis aliquo sensibili signo deter
minet̄ et foueat̄. et intellectus lumē sup̄nali fidei con
fortetur. et vt volūtas caritate inflamet̄. et sic p
sp̄ualem mandūcacōm corpis xpi. ad gustum abscō
dite diuinitatꝭ ꝑtingatur. Unde dn̄s xps dicit. Ego
sum hostiū videlꝫ sensui corꝑali p signa sensibilia mō
stratū. Ego sum hostiū intellectui p fidem ꝑfectam
reserātum. Ego sum hostiū volūtati p caritatē fer
uidam apertum. gustatum et inhabitatū. Ego inquit
dn̄s sum hostiū. scilꝫ sensui corꝑali. p signa sensibi
lia mōstratum in sacrāmēto. scilꝫ p sensibiles species.

sacmetales panis et vini Unde dt hugo. ne huana
infirmitas tactum carnis in sumptõe horreret. Ideo cõ
sueti edulij spẽ carnem velauit. Ut sensus fouet*a*
dum cõsueta pcipit. et eciã intellectus credendo. et
affectus diligendo deuinate dirigeret*a* ad cibum.
quẽ pater figuravit sub spebus panis et vini. que
est signt pfectam refectom esse in hoc sacramẽto
hec hugo. Item ego sum hostiu intellectui p fidem
pfectam reseratum. Unde Cris in tractatu de simbolo
dt. Fides est lumen anime. hostiũ vite. fundamẽ
tum salutis etne. Et ysaie vij*o* dt. Nisi credideritis
non intelligetis. ergo p fidem intratur ad veritat*is*
cognitom. Et Aug*us* sup Iohem dt. Noli intellige
ut credas. sed crede ut intelligas. Intellectus enĩ est
merces fidei. fides inuidet te. ut intellctus repleat te
hec Aug*us*. Intellectus enĩ huanus sine radio fidei.
circa diuina quasi cecus est. Unde impossibile est. ut
intellcus attingat corpus xpi. ut existit sub speb*us*
sacramẽtalib*us*. nisi luce supnatali certissime fidei illũ
netur et dirigat*ur*. alias non videbit riuulos butiri
et mellis Ait Iob. Quod exponens btus Gg. in moli*bus*.
dt. Qz butirũ nascat*ur* ex carne. et sigt xpi huai*tatem*
mel vero descendit ex aere sune rore. et sigt xpi di
uinitatẽ. Ex hys duobus fluũt riuuli cõtemplatõ
nis huãitat*is*. et cõtemplatõis diuinitatis. quos so
lum fideles in tanta plenitudine quãqz pcipiunt Ut
videant qd dice non valet. Attingit enĩ fides in ac
cessa. Ait Bnh*us* sup. Can. quia p fidem intellectus
illũiatus et cõfortatus attingit hãc veritatem in
dubitant*er*. qm xps vere est in sacramẽto. et deitas
vere in xpo. Unde hui*us* sacramẽti misteriũ. nõnumqm
datur agnosci quorundam deuotis cordibus. et si non
semp. tamẽ quãqz ex gra speciali. ut quodãmo inef
fabilit*er* pcipiant veritatem hui*us* sacramẽti p gram
eis infusam. p quã cognoscũt hui*us* inestimabilis sa

cramẽti verissimã existenciã et pñciã. Ut p tũc fides
quodãmõ actualit cessare videat. et res putet trãsisse
in veram pfectam qz cognicõm. In hac aũt felici hõ cũ
talis mirifica cognicio cor possederit. homo devotus
in magnã cõpũctionem vel devocõm rapitur. Nam si
pccor aliqñ fuit. p suis excessibus in lacrimas resolvit.
quia suũ iudicẽ. et qui iudicabit vivos et mortuos.
pñcialit in hoc sacramẽto adesse sentit. Si vẽo aliquis
nimis excessit. vel ad ea que cõmisit p longam pñiam
sufficient detersit. Accepta fiducia de spe venie. et de
introitu celestis patrie in magnã exultacõm ai. et in
fervidam devocõm cordis exsurgit. et inardescat. quia
illum in hoc sacramẽto adesse cognoscat. qui vitam et
gliam eternam suis dilectoribus post hãc vitam dare
cõsuevit. Et qñto quis corde et corpe fuerit mundior
et in religiosa vita pfectior. tanto habundanci huius di
grã pfruet. Hoc tamẽ nõ scdm cõmunẽ cursum fit
cum om̃ scĩarũ elemẽta et pñcipia hec excedat cogni
cio. Nec etiã ipsis quidem karissimis hec grã semp adest.
deo melius eis p fidei pñcipia pvidente. sed solum
interdum cum videlz anima ad supna rapitur. et ad
celestia misteria cognoscẽda elevat. p ut tũc divina
gracia hec vel hiis similia dignatur manifestare. que
revelat occulta. et ad invisibilia et archana secretorũ
dei extollit. A quibus tamẽ cũ avulsus fuerit. rursus
redit ad cõsueta fidei documẽta priorũ pene ignarus.
Item sequit. Ego sum inquit hostiũ voluntati p cari-
tatem fervidam aptum gustatũ et inhabitatum.
Quia qui mãducat meã carnẽ et bibit meũ sangui-
nem. in me manet et ego in eo. Hec aũt manducacio
fit spualit. Manducare vo spualit est attingẽ ad rẽ
huius sacramẽti. Res aũt huius sacramẽti duplex est. Una
cõtenta et signficata. hoc est xpc integer. qui cõtinetur
sub speciebus panis et vini. Alia est res significata
sed non cõtenta. et hoc est corpus xpi misticũ qd est

ecclesia. Ille igitur manducat spiritualiter qui xpo coniungitur per fidem et caritatem. Fides enim pertinet ad cognicionem, caritas ad refectionem. Ideo est vnitiua corpori xpi mistico scilicet ecclesie. Ex ista autem manducacione oritur attingencia spiritualis. alias xpo non incorporarem[ur] dum carnem eius gustamus. De ista incorporacione Augustinus super Iohannem sic dicit. O sacramentum pietatis. o signum vnitatis. o vinculum caritatis. Qui vult viuere accedat credat. et incorporetur. vt viuificetur. Et hugo super vii° angelice ierarchie dicit. Ex ista manducacio dicitur viuifica. quia viuum sanctum facit. uel efficiat omnes quibus se prebet sumendam. Dicat igitur manducans illud Can. v° Comedi fauum cum melle meo. Fauus sicut dicit origenes. est caro virginea cellulis distincta melle repleta. Igitur quid est aliud Comedi fauum cum melle meo. nisi manducaui corpus virginee carnis dulcissima diuinitate repletum. et sic per gustum humanitatis peruenitur ad gustum diuinitatis. Vnde quisquis es religiosus. et huius sacramenti saporem tibi in experimentum experiri desideras. cura animam tuam. primus abstrahe a negocijs secularibus a vicijs et carnalitatibus Vt eius sumpcionem precedat profunda contricio. et pura confessio. Itemque actualis deuocio pocius te trahat ad hoc sacramentum quam indulta consuetudo. Ardentissimis eciam affectionibus et sanctissimis meditacionibus. tamquam rosis rubescentibus. et lilijs albescentibus hospiciolum cordis tui ei adorna. et talamum tanto sponso per veram pacem cordis prepara. Et cum presentem susceperis inter cordis brachia ipsum retinea per exclusionem omnis terrenj et carnalis amoris. et inclusionem sponsi celestis Vt merearis vniri cum ipso. et videre et gustare quam suauis est dominus. Felix qui hoc gustum interno percipere meruit. qui hoc per veram experienciam. magis quam per verba vel scripta cognouit. In hac felici vnione si concessa fuerit desuper ineffabilis pausacio. raptica queda[m]

contemplacio et inusitata fruicio illius summi et veri p-
sentis boni. que animam sursum trahat. et ad puram con-
templacionem dilecti paulisper transmigrare faciat. gra-
cias referat bonorum omnium largitori. nec se verbis effundat
sed secretum secrete teneat. et cum profundo cordis ge-
mitu in hanc vocem erumpat. et dicat. Tu es vere deus
absconditus. et quod oculus non vidit. nec auris audi-
vit. nec in cor hominis ascendit. non solum que
deus electis suis in futuro reservavit sed nec ea que
in hac vita suis amatoribus dare consuevit. Vnde qui
digne ad hoc sacramentum accedit et sumit maximum
gaudium ex hoc in suo corde percipit. Testatur hoc beatus
Bernhardus qui dicit. Qui sacram eukaristiam digne sumit.
nunquam maius in tota vita sua gaudium refrigerium
quoque expertus fuit. quam quod in sumpcione corporis et sang-
winis xpi fideliter degustavit. hec Bernhardus. Nec mirum
quia per dignam corporis xpi sumpcionem. mens devota
transmutatur in deum. et cor gracie fonte potatur. De hoc
dicit hilarius. Digne ac rite credit. quod mens illa sancta
tota in deum salubriter transmutatur. que digna sancte sump-
te eukaristie demonstratur. Item dicit fulgencius. Qui dig-
ne sacram eukaristiam miserit in cor suum. in ipso procul
dubio fontes gracie profluent et refluent in eternum. hec fulgencius. Qui
vero per hunc cibum spiritualem. xpo incorporatus fuit. cum
ipso permanebit ineternum. Vnde dicit damascenus Qui dig-
ne per sumpcionem corporis et sangwinis xpi incorporatus xpo fuerit
vna cum xpo ipse incorruptus et floridus eternaliter p-
manebit. Notandum est etiam quod inter omnia dona nulla
gracia ita valenter accendit in amore dei. quemadmodum
corporis xpi digna susceptio. De hoc quidam dicit. No-
tandum quod pre omnibus aliis graciis sui corporis communicacio in
nobis accendit caritatem. Qui enim panem calidum de cli-
bano iam acceptum comederit. cum pane utique sumet
et calorem. Sic qui corpus domini comedit in clibano cor-
dis dei. in maxima caritate decoctum in eodem comedit

eīā caritate. Ignitus quippe amor dei suscipit in corpe
eius. quo sumpto et nos in ardescim'. et ipm semper
amplius esurim'. hec ille. hec vō esuries. q̄nto maior
fuerit. tanto maiorem caritatē in hoīe accendit et
q̄nto quis maiorē caritatē habuerit. tanto corpus xpi
intim' et validius manducabit. Testat hoc anshelm'
qui sic ait. Sacramētū dn̄ici corpis ille plus madu-
cat. qui plus amat. et plus amando rursum plus et
plus manducat. et plus et plus amat. licet hm'i a-
moris in hac vita. nō nisi ut pignus quoddam accipi-
amus plenitudinem eius in p̄mium in futuro seculo ex-
pectantes. hec anshelm'. Omnis eī pfecti viri cum
magna habundancia g̃re sumat hoc sacramētum. nulla
tamē est comparacio ad eēnā gl'iam. in qua angeli et
sanctor̄ anime vident dm̄ facie ad faciem. et degus-
tāt dulcīt eēna xpi munera. De hoc btūs Bnh' in ser-
mone de cena dn̄i sic ait. Michi apponit veritas. sed in
sacramēto angelus ex adipe frumenti sagīnat. et nudo
grano satiatur. me oportet interim quodam sacramē-
ti cortice esse contentum carnis suffere palea littere
fidei velamīe. et hec talia sunt que gustata afferunt
mortem. si nō de primicijs spūs q̄ntulūcūq; accipiunt co-
dimētum qd sit p donū intellcūs. Denique absq; spū sa-
cramētū ad iudiciū sumit. quia caro nō p̄dest quicq̄
et littera occidit. et fides sine opibus mortua est. sed spūs
sanctus est qui vivificat. Ut vivam' in eis quantalibz
aut habundancia spūs int' pinguescat. non tamē pari
iocunditate sumit cortex sacramēti. et adeps frumēti
fides et res. mēoria et p̄sencia. eēnitas et tp̄us. vult'
et speclm. ymago dei et forma servi. Nempe in omib'
fides est locuplex michi intellcūs vō paup. hec Bnh'.
Sed et hoc considerandū q̄ sacra cōmunio. et percepcio hm'i
salutiferi sacramēti. non solum facit in dei amore fer-
uētes. sed etiā reddit hoīes ad resistendū temptamentis
dyaboli forciores. quia malignus spūs cū p̄spexerit

hospicium cordis hominis invenit quia devoti per hospitem xpm esse occupatum. intelligit propter deitatem presenciam locum ad temptandum sibi esse preclusum. Et ideo quodam pavore confusus abscedit. Unde dicit Ysidorus. Suscipe dominum ihesum tue mentis hospicio. Cum autem adversarius tuus hospicium tuum videt occupatum celestis fulgore presencie intelliget locum temptacionis sue inclusum esse per xpm hec Ysidorus. Nam secundum quod dicit Criso. Ut leones flammam spirantes. sic ab illa mensa discedimus. terribiles effecti dyabolo. hec Criso.

Utrum hoc sacramentum deleat venialia peccata. et utrum possit homo accedere ad sacramentum in venialibus peccatis Ca. xvii.

Cupio et scire utrum hoc sacramentum deleat venialia peccata. Vel utrum possit homo accedere ad communionem sanctam existens in venialibus peccatis

¶ Scire debes quod sacramentum dominici corporis maxime efficacie est. quia homo cum accedit ad hoc sacramentum et sumit illud cum devocione qua potest. peccata venialia si qua habet delentur. et in gratia domini roboratur. Testatur hoc beatus Bernhardus qui dicit. In sacramento altaris peccatum veniale deletur. homo in gracia roboratur. anima celesti dulcedine inebriatur. Et nondum quod xps semel optulit hostiam corporis sui in cruce moriendo pro nobis. tamen vero oblacio cottidie iteratur et repetitur. cum in altari offertur. et hoc fit causa infirmitatis nostre. quia cottidie peccamus peccatis illis videlicet venialibus sine quibus humana infirmitas vivere non potest. et ideo dedit nobis corpus et sanguinem suum in cibum et potum. ut per talem salubrem sumpcionem indulgenciam possimus assequi peccatorum. De hoc dicit beatus Augustinus. Cottidie hec oblacio iteratur. licet xps semel sit passus. quia cottidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. et quia cottidie labimur. cottidie pro nobis xps mistice ymolatur. Dedit enim nobis hoc sacramentum salutis ut quia nos cottidie peccamus et ille iam mori non potest. per hoc sacramentum remissionem consequamur. Cottidie comedit ipse et bibitur

in veritate sed integer et viuus manet. hec Aug9. Dic
et. de hoc btus Ambr9. xpus semel optulit vnā hostiam
corpus scilz suū. Cur aut hoc sacramētū sepius a nobis
repetit. i. cottidie. causa est nre infirmitatis. quia cotti
die peccamus. Si quociēscumqz effundit sāguis xpi. in
remissionē pcōrum effunditur. debeo illū sp accipe
vt semp michi pcca dimittant. qui semp pecco. sp
debeo habē medicinā. Qui enī vulnus habet medici
nā requirit. Vulnus est quia sub pccō sumus. Medicina
est celeste et venerabile sacramētū. hec Ambr9. Ubi
etiā cōsiderādū. quod res hui9 sacramēti est caritas. que
excitat in hoc sacramēto. per quod pcca venialia dimit
tunt. Maior est enī vtus caritatis cui9 est hoc sacmētū
qm venialiū pccōrum. De hoc Thōs de aquino sic dicit.
Sciendum quod in xpi sacramēto. duo possunt cōsidera
ri. scilz ipm sacramētū et res sacramēti. et ex vtroqz
apparet. quod hoc sacmētū habet vtutē ad remissionem
venialiū pccōrum. Nam hoc sacramētū sumit sub specie
cibi nutrientis. Nutrimētū aut cibi est necessariū cor
pori. ad restaurādū id quod cottidie deperditur. ex ac=
tione caloris nālis. Spualit aut cottidie aliquid
in nobis deperdit. ex calore cōcupiscencie per pcca venia
lia. que diminuūt feruorē caritatis. et ideo cōpetit huic
sacramēto vt remittat pcca venialia. Unde amb9 dicit
quod iste panis cottidian9 sumit in remediū cottidiane
infirmitatis. Res aut hui9 sacrami est caritas. nō
solū qntū ad habitum. sed etiā qntū ad actum. qui ex
citatur in hoc sacramēto. per quod pcca venialia sol
uunt. Unde manifestū est. quod vtute hui9 sacramēti re
mittunt pcca venialia. quia pcca venialia. et si non
cōtrariantur caritati qntū ad habitū. cōtrariant tamē
ei qntū ad feruorē actus qui excitat per hoc sacramētū
ratione cui9 pcca venialia tollunt. Maior enī est vt9
caritatis cui9 est hoc sacmētū. qm venialiū pccōrum
Nam caritas tollit per suū actum. peccata venialia

que tamē nō possūt totalit̃ impedire actum caritatis
et eadem racione est de sacramēto. hec Thomas. Utrum
vero possit aliquis accedere in pctō veniali ad istud sa-
cramētū. De hoc sciendū q̄ si quis est in pctō veniali
et habet grām celebrādi missam aut cōicandi. debet
prius satisfacē deo p compunctonē cordis et orōnes. et
habeat bonū ꝓpositum de cetero non peccandi. et secur⁹
cōfidens de dei pietate accedat ad hoc sacramētū. De hoc
btūs Aug⁹ sic dic̃. Quamuis quis pctō mordeat̃ veniali. p-
candi tū de cetero nō habeat voluntatē. satisfaciat lacrimis
et orōibus. et cōfidens de dni mīa et miseracōe. accedat
ad eukaristiā intrepidus et secur⁹. hec Aug⁹. Unde illi
indigne accedūt ad hoc sacramētū. qui vel sūt ī mor-
talibus pctīs. vel de venialib⁹ ex sua incuria vel negli-
gencia nolūt penitē. hoc testat̃ btūs Amb⁹ ita. Q
Eukaristiā indigne sumūt. qui vel sūt in criminali-
bus. vel sine penitēcia de venialib⁹. id est quadā secu-
ritate et negligencia de venialib⁹ nolūt penitere
Et nōndum q̄ corpus xpi q̄tuor modis sumit̃.
Quidam enī accipiūt spualit̃ tm̄. Ut qui accipiūt
rem sacramēti. id est grām. et non ipm sacmētū
corpis xpi. De hoc modo sumēdi dic̃ Aug⁹. Crede et
manducasti. i. corpi xpi mistico incorpatus es. Quidam
accipiūt sacmētalit̃ tm̄. Ut cōicātes in mortali pctō
Quidā spualit̃ et sacmētalit̃. Ut qui cōicāt in grā
percipientes rem et sacramētū. Quidā nec spualiter
nec sacmētalit̃. Ut qui nec rem nec sacramētū acci-
piūt. Primi nō mādicātes mādūcāt. Scdi man-
ducātes nō mādūcāt. Tercij. mādūcātes mādūcāt
Quarti nō mādūcātes nō mādūcāt. Ubi aduertendū
q̄ bonus utrāq3 xpi carnē. i. sacramētū et rem
accipit. Malus vero tm̄ sacramētū. i. corpus xpi
sub sacramēto. et non rem spualem sumit. Uterq3
tamē veram carnē et verū sāguinē xpi accipiūt. Un
dic̃ btūs Aug⁹. Est quidem in pctōrib⁹ et indigne sumētib⁹.

vera xpi caro. et verus sanguis xpi sed essencia non
salubri efficacia. hec Aug. Quia malus sumit cor
pus xpi in iudicium et dampnacionem. Iustus vero in
eternam salutem. De indigne sumentibus dicit Aug. Cor
pus quidem et sanguinem xpi in dampnacionem sibi sumunt
tam mentis quam corporis. qui absque gustu accesserint
interne dei dulcedinis et amoris. hec Aug. Unde
illi solummodo dicuntur virtute carnis xpi sumere. et vere
manducare qui spiritualiter manducant. Quod affirmat beatus
Ambrosius ita dicens. Qui manducat spiritualiter virtute carnis et
sanguinis xpi dicitur sumere et vere manducare. quia
ipsam corporis xpi efficaciam cottidie sumit in remis
sionem peccatorum. hec Ambr. Idcirco homo non habens vitam
spiritualem. spiritualiter non potest nutriri in sumpcione xpi cor
poris. Unde dicit Egidius. Sicut monstrum esset natura
liter et contra naturam. quod aliquid non viuens corporaliter
cibum manducaret aliquem corporalem. Ita monstrum est
et contra naturam. quod aliquis non viuens spiritualiter sumat
hunc cibum sanctum et spiritualem. Cibus enim spiritualis est
similis corporali in hoc quod sine ipso vita spiritualis esse
non potest. sicut nec sine corporali vita corporalis. sed
amplius habet ab eo. quia causat indeficientem vitam
in sumente. quod cibus corporalis non efficiat. Non enim
est qui sumpserit semper viuet. Qui vero hunc cibum spiritua
lem sumit habet vitam eternam. hec Egidius. Debemus
ergo xpi carnem manducare. non solum in sacramen
to. sed etiam usque ad spiritus participacionem. ut possimus inter
ipsius membra computari et sibi uniri. Ad hoc fa
ciendum hortatur beatus Aug. super Johannem sic dicens. Carnem
xpi non edamus tantum in sacramento quod et multi mali
faciunt. sed usque ad spiritus participacionem manducemus. ut
in domini corpore tamquam membra maneamus. et eius spiritu
vegetemur. hec Aug. Diligenter est considerandum. quod
sunt aliqua peccata venialia. que in nullo impediunt
effectum huius sacramenti. Sunt et nonnulla que non

ex toto impediunt effectum huius sacramenti sed in parte
Nam effectus huius sacramenti non solum est adeptio
habitualis gratie vel caritatis. sed est eciam quedam actualis
refectio spiritualis dulcedinis. que per aliqua peccata venia-
lia impeditur. De hoc Thomas de aquino sic dicit. Non-
dum quod peccata venialia dupliciter accipi possunt. Uno modo
prout sunt preterita. alio modo prout sunt actu exercita-
ta. Primo quidem modo peccata venialia nullo modo
impediunt effectum huius sacramenti. Potest enim contingere
quod aliquis post multa peccata commissa venialia devote
accedat ad hoc sacramentum et plenarie huius sacramenti consequitur
effectum. Secundo autem modo peccata venialia non ex toto impediunt effectum huius
sacramenti sed in parte. Nam effectus huius sacramenti non solum est adep-
tio habitualis gratie vel caritatis. sed est quedam actu-
alis refectio spiritualis dulcedinis. que quidem impedit
si aliquis accedat ad hoc sacramentum mente distracta
per peccata venialia. non autem tollitur augmentum gratie
habitualis vel caritatis. Unde ille qui cum actu venia-
lis peccati accedit ad sacramentum hoc. habitualiter quidem
manducat spiritualiter. sed non actualiter. et ideo habitualem
effectum huius sacramenti percipit. non autem actualem. Hec
Thomas. Ex hys igitur verbis colligere possumus quod aliquis ex-
istens sine mortali peccato et accedens ad hoc sacramentum
in peccato veniali et tamen faciens quod in se est videlicet
dolendo de hoc. et per orationes devotas ad illud prout valet
se aptando. et si talis non sentit actualem devocionem
in perceptione sacramenti. habitualiter tamen manducat spiritua-
liter. et ideo habitualem effectum huius sacramenti percipit
Et quamvis peccata venialia non tollant effectum huius sacra-
menti ut premissum est. tamen maius bonum est. si homo
per confessionem et per alia remedia eciam ab huiusmodi peccatis
se studeat emundare. quia quanto quis cum maiore pu-
ritate cordis ac corporis ad hoc sacramentum percipiendum
accesserit. Non est dubium. quin maiorem graciam et uberio-
rem fructum spiritualium bonorum ex hoc reportabit. De

recandum namque debet esse anime devote. cum ad celeste
sacramentum summendum accesserit. ne celestis sponsus
ad ipsam veniens. aliquam maculam cuiuscumque peccati ex
venialis quantum possibile est inveniat. quia per commu-
nionem sacram illi copulatur. cuius pulchritudinem sol et
luna mirantur. Unde secundum dictum apostoli. mundemus nos
ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes sanc-
tificacionem in timore dei. Ut eius participacione digni effi-
ciamur. quia nichil purius ea mente debet esse. que in
dei habitaculum preparanda est. Sed et hoc nondum. quod optimus
deus propter suam pietatem et misericordiam non abhorret eciam
eos qui in maximis flagiciis carnalium immundiciarum
ac voluptatum aliquando fuerunt. Nam tales nonnumquam
post conversionem et peractam penitenciam ac vite emenda-
cionem. nonsolum non verentur. sed omnino audent trac-
tare et sumere corpus dominicum in suarum salutem animarum
De hoc beatus Bernhardus sic dicit. Cum puritatis auctori impu-
ro corde et corpore ministrantes non verentur stare ante an-
gelum domini. qui secat medios et disperdat. sed non
omnino audent agni immaculati sacras contingere car-
nes. et intingere sanguine salvatoris. manus nepha-
rias quibus paulo ante carnes proh dolor meretricias
attractaverunt. Hec Bernhardus. Utrum melius sit frequenter accedere vel raro

Desidero eciam informari de hoc ad hoc sacramentum xvi

Utrum melius sit frequenter accedere vel raro
ad hoc celeste sacramentum. ¶ De hoc quod
queris. Utrum sit melius. sepius an tar-
dius corporis christi suscipere sacramenta. Videtur quod non
possit super hoc omnibus dari regula uniformis. Va-
ria enim sunt hominum merita. diversa operum studia. et
differencia desideria. et multiplices sancti spiritus operacio-
nes. et diversi status. ac eciam gradus in religione
et ideo sicut in egrotantibus non una forma potest servari
in dandis medicaminis corporis. sive propter diversitates
complexionum. aut virium. aut loci aut temporis. aut diete

aut aliarum consideratione. pro quibus aut rarius aut sepius
aut in maiori aut in minori quantitate etiam eadem medicina
datur. Ita est de medicina spirituali. que corpus est christi
intelligendum. quia mundialibus enim curis occupati rarius se
possunt ad illud recipiendum expedire. quoniam qui tantum
spiritualibus sunt intenti. et alii magis alii minus sunt circum-
specti in custodia vite sue. et morum et conscientie sue puritate
Alii ex ardenciori desiderio trahuntur ad illius saluta-
ris cibi perceptionem. Alii vero quodammodo timent. cum de-
bent accedere. et nisi conscientia vrget. et consuetudo religi-
onis indicet. vel timor maioris elongationis a deo im-
pellet. valde raro accedent ad illud terrificum sacramentum
Vix tamen aliquis ita religiosus videtur esse et sanctus
exceptis sacerdotibus. quin semel in ebdomada sufficiat
ei ex consuetudine communicare. nisi specialis causa quandoque plus
suadeat. vt in infirmitatibus. et superuenientes singulariter
sollempnis festiuitas. vel inusitate deuotionis intemperata
desiderii sitis. pro illius susceptione. qui solus sufficit
ardorem se amantis refrigerare. et quia talis ardoris
impetus. non nisi a spiritu sancto infunditur. ideo legibus
humane consuetudinis. et statibus mortalium non artatur.
¶ Salubre igitur est et vtile. quod homo sepe se ad illius sa-
cramenti susceptionem preparet. et quanto deuotius valeat.
illud percipere studeat. et post susceptionem in studio deuo-
tionis se conseruet attentius. maxime religiosi. et
qui se obtulerunt deo ad perpetue seruiendum. Sic enim
erunt in maiori custodia vite sue et conscientie. dum et
ante et post eukaristie perceptionem ob reuerenciam eius
student magis innocencius viuere. et studio deuotionis
frequencius intendere. Et licet aliquando quis trepidet. tamen
confidens de misericordia dei fiducialiter accedat. quia
si se indignum reputat. cogitet quod tanto magis eger
necesse habet requirere medicinam. quanto magis sentit
se egrotum. Non enim opus est valentibus medicus
sed male habentibus. et ideo querens te ingerere christo.

Vt tu sanctificeris ab illo. Nec propterea pretermittenda est
sacra communio. si quamquam non sentit homo deuocionis graciam
cum se ad illam preparare studet. vel cum in ipsa percep
tione vel post se forte minus deuotum sentit quam vellet
Attendere namque debet diligenter vnusquisque. quod hoc
pietatis sacramentum est in remedium institutum fidelibus
et ideo quantumque homo facit hoc quod potest habilitando
se ad graciam. sufficit. Nec requirit deus ab homine hoc
quod sibi videtur impossibile esse. Quandocumque igitur susci
piens corpus dominicum facit hoc quod potest. diuina
pietas supplet per graciam. hoc ad quod peruenire sine
gratia non potest. Et ideo ceteris paribus potius
est accedendum ex confidencia diuine pietatis. quam ex
consideracione proprie fragilitatis abstinendum. quamuis
vtrumque pro loco et tempore reddatur commendabile. Nempe
egrotus festinat ad medicum. et pauper diuitis pulsat
ad hostium. Accede pulsa nichil hesitans. Medicus est
et piissimus distributor largissimus que remunerator ipse
solo verbo restaurat vniuersa. Sua presencia curat vul
nera. medetur corda. tristiciam depellit. et cordi leti
ciam tribuit. Quis ergo tam inconsulte audeat dicere
quod hii qui sunt spiritualiter infirmi. non debeant accedere
ad deum qui languores humanos tulit. et infirmitates
ipse portauit. Ecce mulier immunda accessit retro et
tangens eum est sanata. Peccatrix dum eius oscu
latur pedes est mundata. Chananea dum sequitur
nec desistit exaudita est. leprosi accedentes curati
sunt. Ceci. demoniaci. paralitici. et cuncta nature monstra
dum credunt accedunt salutem consequuntur. Nam
virtus ex illo exibat. et sanabat omnes. Sed et publi
cani et peccatores dum appropinquant ad ihesum veniam
merentur. Immo communionem atque hospicium eorum non
spreuit. qui non venit vocare iustos sed peccatores in
hunc mundum. Vnde non inconueniens dici potest. quod
sicut aduentus eius in carne fuit in saluacionem peccatorum

Sic et hec salutaris hostia sit fidelibus collata i remediu
pctorum. Unde xps in ultima cena in institucione huius sa-
lutiferi sacramenti sic dicebat. hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur. Et hic est calix. qui pro vobis
fundetur in remissionem pctorum. Quapropter cum fecerit
homo quod in se est. secure debet accedere ad hoc sacra-
mentum absque trepidacione in fide et caritate nichil hesi-
tans de ipsius pietate. Unde graue est. ut dicit Ambrosius
Quod ad mensam dni mundo corde. et manibus innocentibus
non venimus. sed grauius est si de pctis metuimus et sacri-
ficium non reddamus. Cum magna ergo deuocione et
reuerencia ad hoc sacramentum accedendum est. et ideo si ali-
quis se cottidie ad hoc paratum inuenit. maxime sa-
cerdos laudabile est. quod cottidie sumat. Unde Augustinus cum
dixisset. Accipe quod cottidie tibi prosit. Subiungit. Sic
viue ut cottidie merearis accipe. Et quidam pater mo-
nachorum appolonius monebat. ut si fieri posset. cotti-
die communicaret monachi. ne qui se longe facit abhis. longe
fiat a deo. Et notandum quod reuerencia huius sacramenti ha-
bet timorem amori coniunctum. Unde timor reuerencie
ad deum dicitur timor filialis. Ex amore enim prouocatur
desiderium sumendi. ex timore autem consurgit humilitas re-
uerendi. et ideo vtrumque pertinet ad reuerenciam huius sacra-
menti. et quod cottidie sumatur. et quod aliquando abstineatur. Unde
dicit btus Augustinus. Cottidie eukaristie communionem accipere
nec laudo nec vitupero. Idem dicit. licet dixerit quispiam
non cottidie accipiendam eukaristiam. alius affirmet
cottidie. faciat quod secundum fidem suam pie credit esse
faciendum. Neque enim litigauerunt inter se zacheus et
Centurio. cum alter eorum gaudens suscepit dnm. Alter
dixit. Non sum dignus vt intres sub tectum meum
ambo saluatorem glorificantes. quamuis non vno modo.
amor tamen et spes ad que semper scriptura nos prouocat prefe-
runtur timori. Unde cum petrus dixisset. Exi a me dne
quia homo peccator sum. Respondit ihs. Noli timere.

Circa sacerdotes tamen potest hec forma teneri. ut
nec nimis raro. nec semper cotidie et in pretermisse sanctam
hostiam studeant ymmolare. Nimis enim cotidie cele
brare aliquam notare videtur irreverenciam. cum vix ali
quis tam devotus sit. qui semper eadem devocione fer
veat. et cum tam debita semper reverencia illud faciat
et cordis ardore. quin aliquando tepeat quantulumcumque. Nimis
eciam raro celebrare. quamvis ex reverencia soleat aliquando
fieri et ex humilitate. tamen quandoque torpentem innuit. quia
minus circumspectus est homo tunc in omnibus. quando non
indigere videatur sui custodia. cum non proponit accedere
ad mensam xpisti. humilitas eciam non est usquequaque secu
ra. propter quamdiu se subtrahit. quia sicut non est dig
nus sepe corpus xpisti capere. ita nec semel. Ideo enim
eum recipimus. non quia digni simus. sed ut illo nos
sepe visitante. et ad habitaculum cordis et corporis nostri
subintrante magis digni efficiamur. Quos enim intro
ierit benedicet deus sicut olim domum obethedom
benedixit propter archam domini. in qua manna servabatur
sic et nos suscipiamus eum in templum cordis et corporis
nostri. ut benediccionem eternam ab ipso consequi mereamur
¶ Sed et hoc considerandum. quod nonnumquam eciam de
voti cum se ad hoc sacramentum percipiendum preparant
et quamvis numerum consuetum psalmorum et eciam ora
cionum persolvant. et se per confessionis lavacrum expur
gent. corde tamen duro et affectu remanent frigido. nec
gracie spiritualis gustum aliquem percipiunt. Circa quod
sciendum. quod multis ex causis atque modis. duricia
talis animam devotam affligere consuevit ut expertorum
extat sentencia. ¶ Sed hoc unum tenendum est ut quan
documque per diligentem inquisicionem aliquis eidem du
ricie causam dedisse non invenerit. sed quod suum erat
fecerit ad hoc sacramentum prout potuit habilitandum
si super hoc mentis duricia permissione divina emersit
qui electos suos mille modis tribulare consuevit.

non debet aliquem res hoc frangere. nec se notabiliter
propter huiusmodi rei causam a salutari hoc sacramento sub-
trahere sciens quod divina pietas salutem anime sepius
secretissime et fidelissime operatur. cum solo fidei sub-
sidio anima innititur. nec aliqua dulcedine spirituali
fulcitur. non minus quam si prosperitate spiritualium caris-
matum afflueret. nec tamen in hiis se putet oportet cau-
te teneri. Et ideo interdum tales gracie valde sub-
trahuntur. ut subtracte avidius repetantur. et recepte
caucius conserventur. et ut sic anima dilecta in humilitatis
scola exerceatur. Porro unum est diligenter attendendum scilicet quod
hic premissus spiritualis sapor. ac internus quidam gus-
tus. non est fidei debitus effectus. neque est presentis temporis
sed est eterne beatitudinis. et cum alicui datur in sa-
cramento vel extra gratias agat deo. cum non datur gratias
agat et paciencius sustineat. sciens quia non est in potesta-
te hominis. sed summi et benignissimi largitoris. qui non
prout quis vult. sed quantum sibi placuerit dabit. prout iudi-
caverit esse ad suam laudem. et sui sapientis utilitatem
Sed et hoc nondum quod illud summum bonum est tam
copiosum et infinitum. ut quanto magis percipiatur. tanto
participans quodammodo capacior ipsius efficiatur. Unde
et in hoc sacramento sepius contingit. quod quanto ex timo-
re inordinato se quivis notabilius subtraxerit. tanto
de die in diem differendo. maiorem indisposicionem incurrit
Melius est ceteris paribus accedere ex amore. quam absti-
nere ex timore. Melius est singulis ebdomadis vel certis
diebus accedere cum vera humilitate. et in perfeccionis proprie
recognicione. quam semel in anno proprie iusticie ex pre-
sumpcione. Sic tamen debet accedere. ut ad illud susci-
piendum. prius se studeat cum devocione qua potest.
et cordis puritate preparare. O quam multi sunt qui non
adhibent diligenciam. nec curant ponderare sacramenti
huius preciosissimam virtutem et utilitatem. Accedunt quidem

arida quadam ducti consuetudine. morem communita-
tis sectantes. festinantes non ut accedant. sed ut rece-
dant. festinantes non ex affectu devocionis. sed ex defectu
divini fervoris. Et ideo sicut vacui accedunt. sic et in-
anes ac sine gracia recedunt. Et hii sunt sicut animalia
non ruminancia. que in lege tamquam immunda reputa-
bantur. Non enim studiose recogitant neque pertractant
que susceperunt. vel quanta bona seu mala hinc inde se-
quuntur. bene vel male recipientes. Sed et si superficialiter
fortassis et quasi perfunctorie hoc corpus memorie occurrit
statim velut parva scintilla in frigido pectore exting-
uitur. et ultra non comparet. Sed religiosus quisque
summam diligenciam debet adhibere pro morum custodiam
et vite sanctimoniam. Ut post susceptionem huius sacra-
menti non solum non appareat a gracia vacuus
sed eciam fructum vite et eterne salutis exinde consequatur.
¶ Considerandum eciam quod diversi diversis affectibus
et intencionibus ad communicandum trahuntur vel ce-
lebrandum. Aliquos trahit amor dei ut dilectum ad se se-
pius invitet. eumque in se ipsis amplexentur. Aliquos
infirmitatis proprie intuitus. ut eum quasi medicum ad
se vocent. per quem ab omni infirmitate careant. Alios
consciencia delictorum suorum. ut per eum qui pro hostiam placa-
cionis ab omnibus peccatis expiati purgentur. Aliquos
pressura alicuius tribulacionis. ut per eum qui omnia potest
ex omni adversitate citius liberentur. et tucius protegantur.
Aliquos desiderium alicuius gracie vel beneficii impetrandi
per eum. cui pater nil potest negare pro se intercedente.
Aliquos graciarum accio pro beneficiis divinis. cum nil dig-
nius habeat reddere deo pro omnibus que illi retribuit.
quam calicem salutaris accipere. i. ihesum. Aliquos laus
et honor dei et sanctorum. cum non habeamus maius
quo possimus deum vel sanctos pro sua dignitate lau-
dare. quam christum ymolando deo patri. Aliquos caritas
et compassio proximorum. cum pro salute vivorum. et pro

requie defunctorum nil efficatius impellet quam sanguis xpi. qui p nobis effusus est. et hoc est summum auxilium nostrum unum oracionem deum ut illum intercessorem innocentem ac habeamus. qui nos patri reconciliauit et semper interpellat p nobis. ¶ Considerandum est. utrum aliquod aliquod peccatum mortale. et precipue nocturna pollucio impediat a perceptione sacramenti siue a celebracione misse. De hoc secundum Thomam de aquino. Sciendum quod ad hoc ut homo digne ad sacramentum eukaristie accedat tria requirunt. Primo mundicia consciencie. que non nisi per peccatum tollitur. Secundo eleuacio mentis ad deum per actualem deuocionem. et hec per mentis hebetudinem uel occupacionem aut euagacionem interdum sine peccato amittitur. Tercio et tractaturi aliquod sacramentum propter reuerenciam manus lauant. Unde primo et principaliter peccatum impedit. Secundo indeuocio seu hebetudo mentis. Tercio corporalis immundicia. et hec tria quandoque concurrunt in aliqua pollucione nocturna. quandoque duo ex hys. quandoque unum tantum. et secundum hoc homo magis uel minus impeditur. ¶ Et ideo distinguendum est de pollucionibus. Nam pollucio contingit aliquando ex illusione dyabolica. aliquando ex superfluitate vel ex debilitate nature. aliquando ex cogitacionibus precedentibus. aliquando ex crapula. omnibus predictis pollucionibus commune est corporalis immundicia. sed hebetudo mentis non est nisi in illis pollucionibus que accidunt cum ymaginacione. quia in illis quando sine ymaginacione accidunt. anima nichil participare videtur. Nulla autem dictarum in se est peccatum quia in sompnis cum ligatus sit usus racionis nemo peccare potest. aliqua tamen potest esse signum vel effectus peccati. ¶ Considerandum ergo est utrum in causa pollucionis possit inueniri peccatum turpium. Quando enim cogitacio huiusmodi turpium est sine peccato. sicut cum in cogitacione tantum manet. ut cum quis disputans de talibus. oportet quod loquens cogitet. aliquando autem cum peccato veniali. quando scilicet ad affectionem cogitacio pertingens in sola delectacione finitur.

scilicet sine consensu deliberativo. Quandoque autem mortale
est. quando scilicet consensus adiungitur. et quia cogitacioni tali
de propinquo adest delectacio. et delectacioni consensus
ideo in dubium verti potest. Utrum sequens pollucio
ex peccato acciderit vel non. et an veniali vel mortali
Quando ergo sic dubitat de consensu. tunc recurrit ad tam
pollucionis omnino abstinere debet. Si autem expresse in
veniat consensum non precessisse. et necessitas ur
geat. aut aliqua causa pocior. potest accedere aut ecclesie
celebrare. Si autem non incubat aliqua necessitas.
melius est abstinere propter reverenciam sacramenti
si tamen celebrat. non peccat mortaliter sed venialiter
Quando autem accidit ex illusione. si illusionis causa in
nobis precessit. idem est iudicium quod de cogitacione
precedente. Si autem cogitacio in nobis non precessit
ymo potius contraria causa. et hoc frequenter accidit
et precipue in diebus in quibus quis communicare
debet. signum est quod dyabolus hominum fructum eucha
ristie percipiende auferre conatur. Unde in tali casu
consilium fuit cuidam monacho. ut in collacioni
bus patrum legitur. quod communicaret. et sic dyabolus
videns se non posse consequi intentum. ab illusione
cessavit. Si autem ex cibo precedenti aut potu accide
rit. idem est iudicium. quod de pollucione que ex turpi
cogitacione precessit. nisi in tantum quod non ita de facili con
tingit peccare mortaliter in sumpcione cibi. sicut in co
gitacione turpi. et quod aliquando hec pollucio contingit sine
ymaginacione turpi. illa vero nunquam. Illa autem que
ex nature disposicione accidit. scilicet ex debilitate vel
superfluitate. non est signum alicuius peccati. sed potest obfus
cacionem mentis inducere. si tamen ymaginacione con
tingat. immundiciam autem corporalem habet. et ideo si ne
cessitas immineat. vel devocio exposcat. talis non
impeditur. et precipue quando sine ymaginacione accidit. tamen
si propter reverenciam abstineat laudabilius est. et quia

non ita de facili potest capi ex qua causa contingat
ideo tucius est semper abstinere nisi necessitas incubat
Et notandum quod illusio nocturna non solum evenire
solet ex multitudine escarum sed nonnumquam contin-
git propter elacionem mentis cum aliquis longo tempore
talem immundum fluxum non sentit vel cum proxi-
mos propter talia aut alios defectus iudicat. Pluries
eciam contingit ex demonum invidia permittente deo ut
per talem eventum se ipsum in humilitate custodiat. Nec
debet illusus postea per diem fantasmata sompniorum
revolvere in cogitatione quia ista intencio dyaboli-
ca est ut ex sompniis eciam vigilantes possit inquinare
Ista tangit Johannes abbas montis Synay sic dicens. Est namque
in sompniis fluxus ex multitudine escarum et quietis
Alter est ex superbia quando in longa et diuturna mundi in
fluxibilitate inflammur. et rursus est eo quod proximum
iudicemus. Si vero aliquis ab omnibus causis predictis
se ipsum viderit expurgatum beatus hic talis est in-
passibilitatis operator. Sepius et contingit ex demonum
invidia et solum quod eveniat paciens hoc deo ad tempus in
ipso fieri permittente ut peccatum sine peccato altissima
possideat humilitate. Nemo eciam fantasmata sompniorum
ad se ipsum postea per diem velit recogitare. et enim intencio
ista demonum est ut ex sompniis nos vigilantes inquinet
hec Johannes abbas. Qualitercumque autem hec illusio eveniat
commendabile est ut propter reverenciam sacramenti a communione
abstineatur nisi necessitas aliqua hoc exigat vel dies
sollempnis alicuius festivitatis immineat. Sed et hoc no-
tandum quod si dicat aliquis quod nemo scit se esse sine pec-
cato quomodo ergo accedere debet ad hoc sacramentum. Ad
hoc respondet Thomas de aquino sic dicens. Licet de hoc non
possit haberi certitudo sciencie tamen de hoc haberi potest
probabilis coniectura et precipue per quatuor signa que
ponit Bernhardus. Primo cum quis devote verba dei audit
quia qui ex deo est verba dei audit. Secundo cum quis se
promptum ad bonum operandum invenit quia probatio dilectionis

exhibitio est opis. vt dicit gg. Tercio cum quis a pctis abstinendi in futurum propositum habet. Quarto cum de preteritis dolet. quia in hys vera pnia consistit. secundum gg.
Unde si aliquis per huius signa facta diligenti discussione sue consciencie. quamuis forte non sufficienti ad corpus xpi deuote accedat. aliquo pcto mortali in ipso remanente. quod eius cognicionem pfugiat non peccat. ymo magis ex vi sacramenti peccati remissionem consequitur. Unde aug dicit in quodam sermone. quod qui corpus xpi manducat viuificat mortuos. Nam tale pctm in contricione generali dimissum est. licet non ita plene sicut ea que in specie confessus est. Notandum eciam quod nullum sacramentum est isto salubrius. quo purgantur pcta virtutes augentur. et mens omnium spiritualium carismatum habundancia impinguatur. Suauitatem eciam huius sacramenti nullus explicare sufficit. per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur. et recolitur memoria illius. quam in sua passione xps monstrauit excellentissime caritatis Unde ampliorem materiam deuocionis et gracie ille habet. qui vtrumque suscipit. videlicet sacramentum et rem sacramenti. hoc est corpus xpi. et affectum amoris dei. et spiritualis consolacionis. quam qui alterum tantum. quia talis simul habet. donantem cum dono. causam cum effectu. ¶ Offertur eciam hoc sacramentum pro viuis et mortuis in ecclia. vt omnibus prosit quod est pro salute omnium institutum. quia nullum remedium tam efficax est ad delendum pctm tam viuorum quam mortuorum. quemadmodum hoc diuinum sacramentum. Nam presencialiter ibi adest. qui solus pcta dimittit. Hic est enim qui marie magdalene sua facinora indulsit cum dicebat. Dimittuntur tibi pcta Si ergo bte marie que prius erat peccatrix. vt ewangelium testatur. ad tactum pedum dni. et propter effusionem lacrimarum. cum quibus rigauit ac lauit pedes xpi sunt pcta dimissa. Quare non credatur eciam sacerdoti. si bona consciencia et puro corde accesserit ad hoc sacramentum

et tractauit illud ac semper sentit dimittenda esse peccata
cum vnus atque idem dominus sit. ibi quidem deus. sed
carne humana indutus. hic vero deus et homo. sub sa
cramento velatus. vtrobique tamen hic et ibi verus deus
et verus homo. Cum igitur nullum sacramentum ita
efficax sit ad delendum peccatum. tam viuorum quam mor
tuorum vt premissum est. sicut est eukaristie sacramentum
bonum est et salubre. vt quilibet in ordine sacerdotali con
stitutus et maxime religiosus studeat se ad hoc percipien
dum per vite sanctimoniam ac deuocionem ita aptare
vt valeat illud in remissionem suorum peccatorum percipe
re. Melius namque ac tucius est. vt bonum quod quisque
post mortem suam sperat sibi fieri per alios. tam in
missis legendis quam in alijs pijs operibus. agat ipse
per se dum viuit. Beatius enim est per resolucionem
corporis liberum exire ex hac vita quam post vincula li
bertatem querere. Vnde debemus presens seculum
tota mente contempnere. et cottidiana deo lacrimarum
ac compunctionum sacrificia offerre. et cottidianas eius
carnis et sanguinis hostias ymolare. Nam si ante
mortem ipsi hostia accepta per compunctionem cordis
et lacrimarum effusionem deo fuerimus post mortem
salutari hostia non indigebimus. De hoc beatus Gregorius in
libro dyalogorum sic dicit. Pensandum est quod tucior via
sit vt bonum quod quisque post mortem suam sperat
agi per alios. agat dum viuit ipse per se. Beatius quippe
est liberum exire quam post vincula libertatem querere.
Debemus itaque presens seculum tota mente contempnere. cottidi
ana deo lacrimarum sacrificia offerre. cottidianas eius
carnis et sanguinis hostias ymolare. Hec namque singu
lariter victima ab eterno interitu animam saluat.
que illam nobis mortem vnigeniti per misterium
reparat. qui licet in se ipso immortaliter atque incorrup
tibiliter viuens. pro nobis iterum in hoc misterio sacre
oblacionis ymolatur. Cuius enim fidelium habere dubium

possit in ipsa ymolacione hostie ad sacerdotis vocem
celos aperiri · in illo ihesu xpi misterio angelorum cho-
ros adesse · summis yma sociari · terrena celestibus iungi
vnum quidem ex visibilibus et invisibilibus fieri · Sed ne-
cesse est. Vt cum hec agimus nosmetipsos deo in cordis
contricione mactemus · quia qui passionis dominice misteria
celebramus · debemus imitari quod agimus · Tunc ergo vera
pro nobis deo erit hostia · cum nos met ipsos hostiam
fecerit · Igitur dum per indulti temporis spacium licet dum
iudex sustinet · dum conversionem nostram is qui culpas
examinat expectat · flemus in lacrimis duriciam mentis
formemus in proximis graciam benignitatis · et fidenter
dico quia salutari hostia post mortem non indigebi-
mus si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus · Hec gregorius
Debet eciam quilibet religiosus post perceptam communionem
et graciam compunccionis ac devocionis cum in ipso suo
vigore domino coadiuuante servare · nec se ad cogitacio-
nes noxias · aut leticiam vanam vel secularem tradere
ne fructum quem per susceptionem corporis xpi · seu compunccionis
cordis lucratus fuerat per huiusmodi levitatem vel neglige-
nciam perdat · Ad hoc faciendum hortatur beatus gregorius ita dicens
Cum igitur redemptoris nostri corpus et sanguinem accipimus
debemus nos pro peccatis nostris in fletibus affligere · quatenus ipsa
amaritudo penitencie abstergat a mentis nostre stomacho
perverse humorem vite · et post oracionis ac communionis
tempora · quanto deo innitere possumus in ipso cum suo pondere
et vigore servare · ne post cogitacio fluxa dissoluat
ne vana menti leticia surripiat · et lucra compunccionis
anima per incuriam fluxe cogitacionis perdat · Sic quippe
anima quod poposcit obtinere meruit · quia se post la-
crimas in eodem mentis vigore ~~servare~~ servavit · De
qua scriptum est · Vultus eius non sunt amplius in di-
versa mutati · Hec gregorius · Sic ergo patet de sacramento
corporis xpi · Habemus igitur nunc de mundicia et puritate
cordis explanatum · et eciam ea que eandem puritatem
promovent · ac in suo vigore conservant · videlicet · Septem

dona spūs sancti · Octo btitudines · et Septē sacramēta
Inter que precipue sacramētū dñici corporis · ad munda
dum cor hominis · et est conseruandum in eadem puritate
efficaciā habet potiorem · Hec igitur mundicia seu pu
ritas cordis ptinet ad pfectos · quorum status ut supi
dictum est · consistit pmo loco in mundicia et puritate
cordis · 2o Quod status pfectorum scdo loco cōsistit i dilectiōe dei ac pxi · Ite de fide cal xix ·

Postqm igitur informatus sum de mundicia
cordis · et etiam aliis ad ipam puritatem
cordis ptinētibus · in quibus dependet pmo
loco status perfectorum · Nunc desidero in quo
consistat status pfectorum cupio a te o pater edoceri ·
Scire debes fili · q status pfectorum scdo loco consistit in
dei caritate · ac proximi dilectione · quia quanto quis fer
uentior est in dei et proximi amore · tanto pfectior est
in sanctimonia spualis vite ac ceterarum virtutum cōsummate
Nam scdm aplm · plenitudo legis est dilectio · Et
nondum q tres sūt virtutes theologice videlz · fides
spes · caritas · Per fidem namqz puenitur ad spem
p spem vero ad caritatem · Nam ubi fides deest · spes
esse non potest · Ubi aūt non est spes · nec caritas hri
potest · De hoc dicit Richardus de sto vic · Sine fide impossibile
est placere deo · Nam ubi fides nō est · nō potest esse spes ·
Oportet eīn accedentē ad deū credere · quia est · et q in-
quirētibus se sit remunerator · alioquin que spes esse
poterit · Ubi aūt nō est spes · caritas esse non potest
Quis eīn amet de quo nil boni speret · p fidem igitur
promouemur ad spem · et p spem pficimur ad caritatem
Quis aūt sit fructus caritatis · audi ab ore veritatis
Si quis diligit me diligetur a patre meo · et ego diligā
eum · et manifestabo ei meipm · Ex dilectione itaqz
manifestatio · et ex manifestatiōe cōtemplacō · et ex
cōtemplatione cognicio · Vides vnde quo puenitur vel
quibus gradibus ascenditur · mediante fide spe et caritate
De fide ad cognitionem dei · et p cognicionē ad vitā eternā
Hec Richardus · Unde anima quamdiu ad superiorem ptem

in qua consistit ymago trinitatis. rectificari habet p
tres vtutes theologicas. Nam sicut ymago creatoris co
sistit in trinitate personarum et vnitate essencie. Sic
ymago recreatoris consistit in trinitate habituum cum
vnitate gracie. Per hos aut tres habitus vtutum. aia
fertur in summam trinitatem scdm tria appriata tribus
persons. Ita q fides dirigit in summe bonum verum
credendo et assenciendo. Spes vero in summe arduum
innitendo et expectando. Caritas aut in summe bonum
desiderando et amando. Virtutes ecia theologice differunt
inter se. Primo scdm actus pprios. Nam fides facit deo
assentire. Spes deo confidere. Caritas facit deum dilige
Item differunt racione finis. quia p fidem deus cognoscit
vt veritas. per spem habetur vt eternitas. per caritatem
diligitur vt bonitas. Primo igitur videndum est de fide
de qua sciendum. q fides est virtus qua creduntur que
non videntur. Unde dicit Isidorus. Fides est qua veraciter
credimus id quod nequaqm videre valemus. De hac dicit
apostolus paulus. Fides est substancia rerum sperandarum
argumentum non apparencium. In hac diffinicione fides
dicitur substancia. i. fundamentum substans edificio spiri
tuali q est gracia et gloria. Ipsa namque fides facit iam
aliqualiter res sperandas in nobis subsistere per graciam
et faciet tandem p gloriam. Nam fides religionis catho
lice. sicut dicit Crisostomus. est lumen anime. hostium vite. et
fundamentum salutis eterne. Unde quidquid meriti. quidquid
beatitudinis habet anima. ex fidei fundamento procedit
De hoc beatus Augustinus super Johem sic dicit. Sicut in radice
arboris nulla prorsus apparet pulchritudinis species
et tamen quidquid est in arbore pulchritudinis vel decoris
ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate. quidquid meriti quid
quid beatitudinis anima suscepturia est. ex fidei fundamento
procedit. Hec Augustinus. Dicitur ecia fides sperandarum rerum. quia
fides p assensum facit in nobis subsistere res sperandas.
Argumentum dicitur quasi arguens mentem. quia fides inclinat

intellectum ad credendū ea que non apparent. ppt̄ quod
dicit᷑ fides potius argumētū q̄m conclusio. quia fides
probat de non apparentibꝫ q̄ sunt et non probatur.
Non apparētiū dicit᷑. quia fides sua luce et veritate
maīfestat ea que nō apparēt. tam p̄terita q̄m p̄ncia
q̄m eciā futura. Et nōndum q̄ fides catholica sc̄dm q̄d
dic̄ Beda sup lucā. tanta firmitate pollet. Vt quātūcūqꝫ
rudis ydiota vel iudeus seu sasmaticus aut paganus
si fidei xp̄iane intelligat fundamēta. naturali quadā
cogitacione sciet. q̄ omis pietas omis veritas huic
salutifero fidei sit inserta. hec Beda. Vnde quilibet
xp̄ianꝫ debet firmus esse in fide catholica. quia nullꝰ
thesaurꝫ maior ac salubrior esse potest. q̄m fides hec
preclara que p̄ccores saluat. fideles iustificat. et ad
consorciū angelorū perducat. De hoc btūs Aug᷒ sic dic̄.
Nulle maiores diuicie. nulli thesauri. nulli honoēs
nulla huiꝫ mūdi maior est substancia q̄m fides ca
tholica. que omēs p̄ccores saluat. cecos illumat. fideles
iustificat. penitētes repat. iustos augmētat. et in h̄edit̄e
eterna cum sanctis angelis collocat. hec Aug᷒. Ipa
namqꝫ fides omēs credentes filios dei efficit. Affirmāte
ioh̄e ewāglista. q̄ dic̄. dedit eis ptātē filios dei fieri hiis q̄ credūt in
nōie eiꝫ. Vn̄ sn̄ fide nemo p̄t ad cōsorciū filiorū dei puenire. teste
bt̄o aug᷒ q̄ ait. Qui q̄s nō ambulauit p fide nō pueniet ad spem q̄ a sn̄
fide nemo p̄t ad filiorū dei numerū puenire. Sed sicut sn̄ fide īpossi
bile est hoīem posse placē deo. Ita fides sine opibꝫ mortua est
et ideo oportet. Vt recte fidei adiūgant᷑ bona opa p̄ que ipā
fides grata et accepta possit esse deo. De hoc btūs aug᷒ sic dic̄.
Nolite tāq̄ de sola fide securi esse. adiungite fidei recte vitam rectam. vt
xp̄m confiteamī verbis vera dicendo. et factis bn̄ viue
do. Nam si confitemī v̄bis et non factis. Fides est de
monorū et non xp̄ianorū. hec Aug᷒. Circa hoc con
siderandum. q̄ aliud est credere esse xp̄m. et aliud cre
dere in xp̄m. Ille namqꝫ credit in xp̄m. qui et sperat
in xp̄m. et diligit xp̄m. De hoc btūs aug᷒ in lib° de v̄bis

dm̄ sic ait. Nondum q̄ aliud est credere xp̄m esse. et
aliud credere in xp̄m. Nam xp̄m esse xp̄m et demones
crediderunt. nec tn̄ in xp̄m crediderunt. Ille enī credit
in xp̄m. qui et sperat in xp̄m et diligit. Nam si fidem
habet sine spe. et sine dilectione xp̄m esse credit. non
in xp̄m credit. Qui ergo in xp̄m credit. credendo in
xp̄m venit in eum xp̄s. et quodamō vnitur in eum
et membrū in corpe eius efficit̄. q̄d fieri nō potest. nisi
spes accedat et caritas. Hec Aug. Et nondum q̄ sunt
nonnulli. qui plus q̄m debent. de suis sensibus p̄sumunt
nam ea que intelligunt. p racōm potius q̄m p fidem
investigare volunt. et ideo tales nonnūq̄m in errorem
labuntur. De talibus btūs gg. in xvi°. li°. mor̄ sic dicit
Sunt nonnulli qui dū iniquitatum suarū frigora decli
nāt. ad veram fidem vel sanctitatis habitū veniunt. sed
quia plus q̄m necesse est. de suis sensibus p̄sumunt. sepe
in fide q̄m acceperunt. ea que nō capiunt pscrutari volunt
vt ratione videre magis q̄m fide conentur. Quia vero
hūana mens pscrutari nō valet diuina secreta. omē
quod ratione pscrutari non possunt credere contēpnunt
et p inquisicionē nimiam in errorem labuntur. hec gg
Vnde quilibet xp̄ianus. ea que ad fidem ptinēt nō debet
illa p racionē pscrutari. sed fidem credulam hijs omib;
adhibere. vt fidei meritū possit obtinere. Quia ut dicit
btūs gg. in quadā omelia q̄ diuina opacio. sine racōe
apphendit. non est ammirabilis. nec fides habet meritū
cui hūana racio p̄bet experimētum. hec gg. Carnales
tamē homines. quia invisibilia scire p experimētum nō
valent. dubitāt de hijs vtrum sint que corpalibus
oculis nō vident. Sed omps deus spm sanctum misit
in corda nr̄a. vt p eum viuificati et illuminati possim;
illa credere que adhuc scire p experimentū non valem;
De hoc btūs gg. sic ait. Carnales quippe homines quia
invisibilia scire nō valent p experimentū. dubitant
vtrum ne sit. quod corpalib; oculis non vident. Vn
factum est vt ipe invisibiliū et visibiliū creator spm

sanctum ad corda nostra mittet. quibus per eum vivificati cre
deremus? que adhuc scire per experimentum non possumus? Et
quia ergo hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus
de vita invisibilium non dubitamus? Nam quia post mor
tem carnis vivat anima. patet ratio sed fidei admixta
Nunquam sancti apostoli et martires christi presentem vitam
despicerent. in morte carnis animas ponerent. nisi cer
tiorem animarum vitam subsequi scirent. Et ecce hii qui
animas in morte posuerunt. atque animarum vitam post
mortem carnis esse crediderunt. cottidianis miraculis
choruscant. ad extincta namque eorum corpora viventes
egri veniunt et sanantur. Si igitur vitam anime manen
tis in corpore deprehendis ex motu membrorum. Cur non
perpendis vitam anime post corpus. et iam per ossa mor
tua in virtute miraculorum. hec Gregorius. Quamvis quis igitur pravitate vel
infidelitatis pulsatur. debet sanctorum patrum dictis
fidem credulam adhibere. qui per spiritum sanctum de invisibi
libus experientiam habuerunt. Ad hoc faciendum beatus
Gregorius hortatur sic dicens. Quamvis quis in credulitate invisibilium
solidus non est. debet procul dubio maiorum dictis fidem
prebere. eisque per spiritum sanctum invisibilium experimentum ha
bentibus credere. hec Gregorius. Item notandum. quod articuli
fidei collecti sunt in tribus simbolis. Tria namque
sunt simbola. Primum est apostolorum quod ipsi composue
runt. et illud dicitur submisse. Secundum est nycenum concilii
quod a sanctis patribus ibidem est compositum. et can
tatur in missa. Tercium est Athanasii. quod legitur
ad primam. scilicet Quicumque vult salvus esse etc. Primum
factum est ad fidei institutionem. secundum ad fidei explana
tionem. Tercium ad fidei defensionem. Primum igitur dicitur
submisse. quia quando factum fuit. non ita publice fie
bat fidei protestacio. Alia vero duo alta voce dicuntur
quia facta fuerunt contra hereticorum proclamationem
et quia tunc publica erat fidei protestacio. Primum
simbolum dicitur ad primam et ad completorium dupli
ci ratione. Primo quia altera horarum harum principium

est diei. altera noctis. In principio ergo diei et principio noctis dr̄. Credo in deum. quia fides est principium omnis boni. Secundo quia fidei pfessio valet ad effugandos demones. qui diurnis et nocturnis hominum actibus insidiantur. et ideo eisdem horis eisdem racionibus a fidelibus est dicendum. a religiosis eciam dicitur. quando aliquis frater morti appinquat ad demones effugandos qui fini hominis insidiantur. Sed et hoc nondum. quod vna tamen fides est. tam in presentibus quam in futuris ac eciam preteritis iustis. licet magis clara sit et explicata in eis qui sequuntur xp̄m. quam in eis qui precesserunt eius aduentum. Sicut nouum testamentum clarius est quam vetus. Quod enim nos credimus esse factum. antiqui patres veteris testamenti credebant futurum. De hoc beatus Augustinus in glo. super ps. sic dicit. Omnes quippe qui ab inicio seculi fuerunt iusti. caput xp̄m habent. illum enim venturum esse crediderunt. quem nos iam credimus venisse. et in eius fide ipsi sanati sunt. in qua et nos vt esset ipse caput totius ciuitatis ierusalem omnibus conmuneatis fidelibus ab inicio vsque in finem. adiunctis eciam legionibus et exercitibus angelorum. vt fiat illa vna ciuitas sub vno rege. et vna quedam prouincia sub vno Imperatore felix in perpetua pace et salute laudans deum sine fine. hec augustinus. et sic patet de fide. rc.

De spe cap. xx.

Habita informatione de fide. Nunc de spe cupio edoceri. Scire debes quod spes est virtus. qua spiritualia et eterna bona sperantur. et cum fiducia expectantur. Est enim spes certa expectacio future beatitudinis veniens ex dei gracia et ex meritis precedentibus. Et quamuis opera mea non sint meritoria nisi ex dei gracia. sine meritis tamen aliquid sperare non est spes. sicut ait gg. sed presumpcio. Vnde spes est audacia mentis de largitate dei concepta habendi vitam eternam per bona merita. Vbi notandum quod hy qui habent bonam consciam. per spem deum expectant. Qui vero habent consciam lesam. timent coram

dn̄o presentari. De talib' Rich' de sc̄o Vic. sic dic̄. Qui in
in deum sp̄at. deum p spem expectat. Qui enī nūc
sperat. nūc expectat. sed p miserā cōsciām diuinam
fugit p̄ntiam. nec deo querit p̄ntari. dum ab eo timet
cōdempnari. hec Rich'. Unde sancti viri q̄nto diuiora
pro xp̄o patiunt̄. et maiores labores agendo bona op̄a
pro dn̄o sustinēt. tanto certius etna p̄mia sp̄ant. De
hoc dic̄ btūs gg. Beatorū mens quo duriora p ueritate
tollerat. eo eternitatis p̄mia certius sp̄at. Nam tanto
spes in deum solidior surgit. q̄nto p illo quisq3 grā
uiora ptulerit. Unde sancti viri quot labores nūc ve
ritati cōmēdātes exhibēt. tot iam remuneātōis sue
pignora intra cubiculū clausa tenēt. hec gg. Consi
derandū vō est. q sūt nōnulli qui post pc̄ta p̄petrata
ad p̄niam cōuersi. nimis indiscretum timorem ac me
tum p suis facinoribus habēt. et q̄uis illa plurīes
sint confessi. et in statu penitentie ac in pfectu v̄tutū
existāt. tamē illa nimis trepidāt. Sed debēt tales in
terdum reflectere cor suum ab anxia recordatione
viarū suarū malarū. et dirige illud in itinea planio
ra miseratōnū dei. neforte p̄ tristitia indurent̄. et de
sp̄atione plus peāt. Nam iustus non cōtinue sed
tm̄ in p̄ncipio accusator est sui. et extrema sermōis
sui in dei laudibus claudere cōsueuit. Ista cōmēorat
btūs Bnh' sup Can. xi. sermone ita d. Suadeo vo
bis amicis meis reflectē interdum pedem a moles
ta et anxia recordatōe viarum v̄rarū. et vadere in
itinera planiora serenioris mēorie bn̄ficiorū dei. Ut
qui in vobis cōfundimini. ipius intuitu respiret̄.
Volo vos expiri illud. q̄d sc̄us p̄pheta cōsulit. dicēs
Delectare in dn̄o. et dabit tibi petitōes cordis tui. Et
quidem necessarius dolor p p̄ctīs. sed si nō sit cōtinuus
Sane intpoletur letiori recordatōne diuine benign̄tis
neforte p̄ tristitia indurētur cor et desp̄atione plus
peccat. Misceam' absinthio mel. ut salubris amari
tudo salutem dare tūc possit. cum mixto tp̄ata dulcedē

bibi poterit. Audi denique deum. quo ipse contriti cor
dis amaritudinem temperat. quo a desperationis baratro
pusillanimem revocat. quo blande et fidelis amissio
nis melle merentem consolatur. erigit diffidentem ut
ait per prophetam. Ego infrenabo os tuum laude mea ne
intereas. hoc est ne intuitu facinorum tuorum nimiam
incurras tristiciam. atque instar effrenis equi despa
tus in precepts tuas et peras. Freno te inquit inhibeo
indulgencie mee. et meis laudibus erigam. respira
bis quoque in bonis meis. qui de tuis confidebatis malis.
Dum me sane benigniorem quam te culpabiliorem
invenies. hoc freno si infrenatus fuisset Cayn. nequaquam
desperando dixisset. Maior est iniquitas mea quam ut
veniam merear. Absit absit. Maior est eius pietas quam
cuiusvis iniquitas. Ideo iustus non continue. sed tamen in pri
ncipio sermonis accusator est sui. porro autem in dei laudes
extrema sermonis claudere consuevit. Videte denique
hoc ordine iustum procedentem. Cogitavi ait vias me
as et converti pedes meos in testimonia tua. Ut qui videlicet
contricionem et in felicitate in propriis viis processus fuerat in
via testimoniorum dei delectaretur. sicut in omnibus divitiis
Et igitur exemplo iusti si de vobis in humilitate sentitis
sentite et de domino in bonitate. hec Bernhardus. Et quamvis necesse
sit peccatoribus ad deum conversis. de peccatis malis semper
penitere. et illa perhorrescere. non tamen semper necesse est illa
deflere ac trepidare. sed post dignam satisfactionem et emen
dacionem ~~et emendacionem~~ vite ad spem venie animum refor
mare. De hoc Richardus de sancto victore in libro de extirmacione mali
sic ait. Semper quidem necesse est de peccatis malis penitere
odio et detestacione persequi et perhorrescere. non tamen illa semper
deflere et trepidare. sed post dignam satisfaccionem et conti
piscenciam condignitam. consolacionem recipe. et ad spem venie
et securitatis quietem animum reformare. hec Richardus. Ubi
tamen diligenter advertendum. quod quamvis penitentes non debe
at semper deflere et trepidare excessus preteritos. sed ad

spem venie animum reformare. Salubre tamen est vt vnus-
quisque suam consciam discuciat. et vtrum digne pro suis
facinoribus penituerit sollicite penset. Nam quanto quis in
plura et in maiora crimina prolapsus est. tanto maiorem
medicinam per penitenciam. et bona opera suis vulneribus adhi-
bere studeat. si plenam indulgenciam suorum delictorum consequi
a domino desiderat. De hoc beatus Gregorius super illo verbo. Facite
fructus dignos penitencie. sic dicit. Tanto debet licita abs-
abscidere. quanto se quis meminit. et illicita perpetrasse. Neque
enim par fructus esse boni operis debet. eius qui minus
et eius qui amplius deliquit. Per hoc ergo quod dicitur
Facite fructus dignos penitencie. vnicuique conuenitur consciencia
vt tanto maiora querat bonorum operum lucra per
penitenciam. quanto grauiora sibi intulit dampna per culpam
Hec Gregorius. Omnis enim per confessionem et per penitenciam dele-
atur peccatum quantum ad culpam. non tamen semper quantum
ad penam. et ideo necesse est. vt hy qui in multa peccata
mortalia. et crimina enormia inciderunt. habundanciorem
penitenciam per compunctionem cordis seu lacrimarum effusionem
ac eciam bonorum operum exequcionem perficere studeat. sic tamen
vt semper spem firmam ac fiduciam de sua eterna salu-
te aput dominum habeat. Nam dicit Damascenus. plus
diligo securam et absque timore in dei pietate confidenciam
quam pestilentem desperationis desidiam. Dicit eciam beatus
Augustinus. Nemo bene faciens de pietate dei vnquam desperet.
Si enim deus peccatoribus parcit. quanto magis ipsis ius-
tis clemencie et misericordie condescendit. Hec Augustinus. Et
licet omnibus ad deum per penitenciam conuersis. et in statu
virtutum proficientibus sit habenda spes firma. et fi-
ducia in domino. tamen eciam salubre est. vt circa ipsam confiden-
ciam timor habeatur. vt per eum virtutes in suo vigore con-
seruentur. De hoc beatus Gregorius in libro moralium sic dicit. Omnis
enim securitati timor semper longe videatur abesse. vel
nobis tamen nichil est securius. quam sub spe semper timere
ne incauta mens. aut desperando se in vicijs deiciat. aut

extollendo de dome ruat. Ante districti em ac pij iudicis
oculos. quanto sub spe humilius trepidat. tanto in illo ro
bustius stat. Unde in spe non tantu debet esse securitas
sed etiam timor in conuersacione. et ut illa certantes foueat
et iste torpentes pungat. Unde per prophetam dicitur. Qui ti
met dnm speret in dno. Ac si aperte diceret. De spe mali
sum presumunt. qui timere deum in suis opibus contemnunt
hec gg. De hoc etiam glo. sup illo vbo. letetur cor meum
vt timeat nome tuum. sic dicit. Coniungenda sunt. spes et
timor. Ut sub spe timeamus. et sub timore letemur.
Qui em sperat et non timet negligens est. Qui aut
timet et non sperat. depressus est. Unde beneplacitum
est dno sup timentes eum. et in eis qui sperant super
misericordia eius. Nam timor no valet sine spe venie
ergo qui timet deum speret. et ab ipso ad ipsum fugiat
ab irato ad placatum. Placabis aut eum si speres in
misericordia eius. atque de cetero ita peccare caueas. vt de
preteritis doleas vt tibi dimittantur. hec glo. Unde sancti
viri qm diu in hac vita sunt. securitatis sibi confidenciam
non permittunt. sed sic sub spe certi sunt. vt tame semp
sint de temptacione suspecti. Nam occulti hostis insidi
as metuunt. et etiam temptacione cessante. et futuras in
pugnaciones quas sibi suspicantur euenire pertimescunt.
De talibus beatus gg. in xx. li. moral. sic ait Electi quippe
qmdiu in hac vita sunt. securitatis sibi confidenciam
no permittunt. horis em omnibus contra temptamenta sus
pecti occulti hostis insidias metuunt. qui etiam temptacione
cessante. vel sola grauiter suspectione turbantur. Na
sepe multis graue periculum incauta securitas fuit.
vt callidi hostis insidias non temptati. sed iam per
strati cognoscerent. Vigilandum quippe semp est. vt co
tinue sollicita nunqm relaxetur intencio. ne supna
et laboriosa deserens. dum in cogitacionibus fluxis qui
in quibusdam mollibus stramentis iacet vemencius corruptoris
diaboli mens resoluta se prosternat. Semp vero est ad ttame

al' desperans

adversarii exigendus animus. semper contra occultas
insidias cautela providenda. hinc per Salomonem dicitur
Uniuscuiusque ensis super femur suum. propter timores noc
turnos. Nocturni quippe timores sunt insidie tempta
tionis occulte. Ensis autem super femur est custodia vigi
lans carnis illecebras premens. Ne ergo nocturnus timor
i. occulta et repentina temptatio surrepat. semper
necesse est ut femur nostrum suppositus custodie ensis pre
mat. Unde sancti viri sic de spe certi sunt. ut tamen semper
sint de temptatione suspecti. quippe quibus dicitur. Servite
domino in timore. et exultate ei cum tremore. ut et de spe
exultatio. et de suspectione nascatur tremor. Meminerunt
namque. quomodo eorum actio prosperetur. quia adhuc in hac vita
sunt. De qua per Iob dicitur. Temptacio est vita humana super
terram. Meminerunt igitur et timent. et certitudinem sibi
ipse permittere non presumunt. sed positi inter gaudium
spei et temptacionis metum confidunt et timent confor
tantur et titubant. certiorantur et suspecti sunt. Bene
igitur Iob ex persona Christi dicat. Si quando ridebam ad eos non
credebant michi. quia redemptori meo. quasi arridenti
non credimus. dum multis iam donis testantibus. et gratiam
favoris eius accepimus. et tamen adhuc sub eius iudicio
de nostra infirmitate titubamus. hec Gregorius. Et quomodo corda bo
norum sunt turbata. propter futurum iudicium districti iudicis
tamen in ipso timore positi revocant animum ad dona que
a domino perceperunt. et per hoc in spe solidantur. Quod idem
beatus Gregorius tangit. in xvi. libro moralium. ita dicit. Non securi sed
perturbata sunt corda bonorum. quia dum futuri examinis
pondus considerant. quietem hic habere non appetunt
securitatem suam discretionis intime consideratione per
turbant. tamen inter ipsa timoris supplicia semetipsos
consolacione refoveant. inter hoc quod metuunt. sepe ani
mum revocant. et reducunt ad dona que acceperunt. ut spes
sublevet quem timor premit. hec Gregorius. Sed considerandum
quod sunt nonnulli qui totis viribus laborant. ut in districto

iudicio liberi inveniri possint. Existimant enim servile esse districtam penitentiam formidare. et idcirco talia agunt. carnem suam per abstinentiam castigando. et alia opera virtuosa exercendo. per que patris conspectum non metuant. sed potius diligendo et sperando. filios suum genitoris se esse confidant. De hoc beatus Gregorius in xxxi primo libro moralium. Exponens illud verbum. Gloria narium eius terror. sic ait. Pro eo quod non visa res naris odore deprehenditur. non immerito narium nomine spei nostre cogitationes exprimuntur. quibus venturum iudicium. quod et si oculis adhuc non cernimus. iam tamen sperando previdemus. Omnis autem qui bene vivere incipit audiens quod per extremum iudicium iusti ad regnum vocentur hilarescit. Sed quia dum quedam mala adhuc ex reliquiis in se esse considerat. hoc ipsum iudicium. de quo exultare inchoat. appropinquare formidat. Vitam quippe suam bonis malisque permixtam conspicit. et cogitationes suas aliquando spe et timore confundit. Ita cum audit que sint regni gaudia. mox mentem leticia sublevat. et rursum cum respicit que sint gehenne tormenta. mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria narium eius terror dicitur. quia inter spem et metum positus. dum futurum iudicium mente conspicit. hoc ipsum timet unde gloriatur. Ipsa ei sua gloria terror est quia inchoatis iam bonis spe de iudicio letus est. et necdum finitis malis omnibus perfecte securus non est. Sed inter hec sollicite ad mentem revertitur. et procellas tante formidinis retinens. seque in solius pacis tranquillitate disponens. totis viribus a districto iudicio liberari conatur. Servile quippe estimat districta iudicia formidare. ac ne in conspectu patris metuat illa agit per que se filium recognoscat. Discit ergo iudicem tota expectatione diligere. atque ut ita dixerim timendo renuit timere. Ortum autem cordis formidinis pro carnali actione considerat. et idcirco ante omnia carnem forti domacione castigat. Quo enim plus

tatis p̄mittit. eo de celesti spe anim⁹ securius letatur. Tanto q̃ mens melius ad sup̄na appetenda se ponit quanto ab illicitis artius corpus edomatur. hec gregorius.

Desiderio eciam sciendi p̄ que signa possit homo intelligere se esse de predestinatis. cap. xxi

Desideras scire. quomodo vel p̄ que testimonia aut signa possit homo intelligere se esse de p̄destinatis. et eciam remissionem peccatorum se a domino esse consequuturum. Scire debes q̄ data sunt fidelibus quedam signa et indicia manifesta salutis. ut indubitant̄ sit ille de numero electorum. in quo ea signa p̄manserint. Sunt autem hec tria. Primum videlicet est. si homo continet a peccatis. Secundum si dignos agit penitencie fructus. Tercium si facit opera vite. Ista p̄bat beatus Bernhardus in quodam s̄mone de septuagesima ita dicens. Quis potest dicere Ego de electis sum. ego de p̄destinatis sum ad vitam. ego sum de numero filiorum. Reclamante nimirum scriptura. Nescit homo utrum amore dignus sit an odio. Certitudinem utique non habemus. sed spei fiducia consolatur nos. ne dubitacionis huius anxietate cruciemur. Propter hoc data sunt signa quedam. et indicia manifesta salutis. ut indubitabile sit eum esse de numero electorum. in quo ea signa p̄manserint. Propter hoc inquam nos p̄sciuit deus et predestinauit conformes fieri ymaginis filij sui. ut quibus certitudinem negat causa sollicitudinis vel fiduciam prestet gracia consolacionis. Itaque qui stat videat ne cadat. et in ea forma que salutis indicium est et argumentum p̄destinacionis p̄seueret atque p̄ficiat. Est autem testimonium quod in terra datur ad discernendos utique qui in ea exules sunt ab indigenis. hoc est celi ciues a ciuibus babilonis. Quando enim sine testimonio electos suos deserit deus aut certe que nam eis poterit esse consolacio inter spem et metum. si nullum omnino electionis sue habere testimonium merentur. Fidelis p̄inde s̄mo et omni accepcione dignus. quo salutis testimonia commendantur. Tres sunt inquit qui testimonium dant in terra. Spiritus

aqua et sanguis. In primo homine peccavimus omnes. in
ipso etiam cecidimus universi. Cecidimus sane in carcerem
luto parit et lapidibus plenum. Ex inde iacebamus
captivi inquinati conquassati. donec venit desidera
tus gencium qui nos redimeret ablueret adiuvaret
hic est enim qui proprium sanguinem dedit in redempcionem
aquam simul produxit de latere suo in ablucionem eius
sit deinde de excelso spiritum suum. qui adiuvaret
infirmitatem nostram. Quis est autem qui testimonium
habet effusi sanguinis christi. nisi qui continet a peccatis
Servus enim peccati est qui facit peccatum. ut si deinceps
continere poterit. et iugum abicere misere servitutis
Certissimum sit testimonium redempcionis quam operatur
sine dubio sanguis christi. verum non sufficiat peccatori contine
ncia. si non assit et penitencia. Habet ergo et ab aqua testimonium
qui laborat in gemitu suo. lavans per singulas noctes
lectum suum. Sane novum supervenisse spiritum certissime
nova conversatio testatur iam ut breviter repetam a
sanguine et aqua et spiritu habere est testimonium. si con
tines a peccatis. si dignos agis penitencie fructus. si facis
opera vite. hec verba. Quomodo vero vel per que signa possit
homo intelligere se remissionem peccatorum esse asse
quutum. De hoc sciendum. quod omnipotens et pius dominus in
vere penitentes solet evenire ut medicus ad egros in
fundens eis oleum et vinum. id est spem et leticiam de
remissione peccatorum. Quod tunc misericorditer agitur
cum deus propter devocionem nostram et compunccionem cordis
ac lacrimarum effusionem. et vite in melius emendacionem
misericordia super nos motus dimittit nobis peccata nostra
omnem horrorem et omnem timorem extergens a
cordibus nostris. dicens unicuique peccatori sed penitenti illud
Isaie. Delevi ut nubem iniquitates tuas. et quasi nebula
peccata tua. Quod tunc digne fit. cum rugosa lamentacio
in letam quandam consciam commutatur in nobis. ita ut quo
tiens penitens ex devota consuetudine redire voluerit ad

luctum penitenciae. ponens ante mentis sue oculos peccatorum
magnitudinem et multiplicitatem volens se per hoc ut in
duis ctius ad luctum et ad amaritudinem penitentiae provo
care. Ipse spiritus sanctus perhibens spiritui meo testimonium
quod dimissa sint peccata. devocionem meam de eadem materia
peccatorum de qua prius amaram penitenciam habuimus. non ad
planctum sed ad cantum. non ad tristiciam sed ad leticiam
non ad contricionem sed ad graciarum actionem nobis immittit
et quodammodo non consencientibus commutat. ita ut ex per
sona sua dicat spiritus domini illud Isaie. Dominus ad annunciandum
misit me ut mederer contritos corde. et consolarer omnes
lugentes. et darem eis oleum gaudii pro luctu. gaudii vel
laudis pro spiritu meroris. Unde et dicit beatus Bernhardus. A quanta
me amaritudine frequenter liberasti. adveniens tamquam
medicus bone ihesu. quociens post amaros fletus. post
inenarrabiles gemitus sauciam consciam meam unxisti
unctione misericordie tue. ac oleo leticie perfudisti. quociens
eius me oracio que fere desperantem suscepit. reddidit exu
ltantem et presumentem veniam. hec Bernhardus. et ne nobis ulla
erroris facultas remaneat. per quam decepti surgere nos
possemus esse peccatorum veniam consequutos. ideo tamen in
ore duorum vel trium stet omne verbum. ideo introducendi
sunt tres testes. quorum testimonia credibilia facta sunt nimis
scilicet fides spes caritas. Quos ad probacionem huius gracie sic
introducere possumus. Primo tamen ascendit homo tribunal
mentis sue ut examinet aliquod peccatum in consciencia. quod non
amara penitencia. congrua et digna satisfactione punitum sit
penitus. tamen confessus est et gemuit illud. Tunc accedit
primus testis videlicet Ezechiel. cui et credendum est. qui dicit
ex persona domini. In quacumque hora peccator ingemuerit. omnium
peccatorum suorum non recordabor amplius. Per quod dictum
probat in corde hominis remissionem peccatorum. et hoc maxime
quantum ad culpam. et si non omnino ad penam. Si autem devotus
homo hoc testimonio non contentus ulterius non progrediens
puniens in se quod deliquit. simplicitas deo et satisfaciens

quantum potest. Accedit alius testis testificans in corde suo remissionem peccatorum. Et hic testis spes dicitur ex serenata consciencia procedens. que testimonium perhibet in corde meo. quod dimissa sunt peccata nostra. De hoc testimonio dicit Johannes Si consciencia nostra non reprehenderit nos. fiduciam habemus ad deum. Dicit etiam beatus Augustinus. Inter iustum iudicium et puram conscienciam. noli timere nisi causam tuam. Et beatus Gregorius. Quem consciencia defendit inter accusatores liber est. Verum quia hic testis dat fiduciam. nullam autem certitudinem. quod clare patet per apostolum. qui cum ex testimonio consciencie diceret. Nichil michi conscius sum. Statim subiungit. Sed in hoc non sum iustificatus. nullam sibi dans ex hoc testimonio certitudinem. quod in consciencia nesciebat sciuerat ipse deus. Unde addit. Qui autem iudicat me dominus est. Ideo ad veram et puram certitudinem remissionis peccatorum. accedit tercius testis. caritas videlicet quod tunc fit cum homo devotus ad consilium apostoli. ea que retro sunt oblitus. ad ea que sunt ulteriora se extendens. non contentus prioribus testibus se totum effundit in obsequium Christi. gemens et supplicans ut cum eo faciat misericordiam suam deus. Ad quam supplicacionem misertus pater misericordiarum. de celo mittit tercium nuncium vel testem caritatem. in qua infundit spiritum sanctum qui secundum apostolum perhibet testimonium spiritui meo. quod filii dei sumus. et quod remissionem consequuti sumus omnium peccatorum

Datur igitur adhuc evidencius argumentum. videlicet cum de timore transitur penitus ad amorem. Ut deum quem prius in nostra devocione. timorosum et terribilem ymaginabam nunc amabilem et graciosum adoramus et cui prius in oracione supplicantes diximus. Noli me condempnare. Nunc fiducialiter dicimus. Abba pater. in verbo tuo supersperavi. Hec mutacio certissimum est signum quod remissionem peccatorum consequuti sumus. Hos duos aduentus tangebat apostolus cum diceret. Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum adopcionis filiorum. in quo clamamus. Abba pater. In eo quod dicit

spiritum servitutis. tangit primum adventum. Cum vos
subiugit. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum
tangit secundum de quo modo agitur. In eo enim quod nostra devo-
tio se habet ad deum. non ut ad dominum. non ut ad iudi-
cem. sed ut ad patrem. In eadem ipsa devotione stat
ipsa attestatio vel infunditur ut simus filii dei. quod fit
per spiritum sanctum. Ipse namque spiritus sanctus. ut dicit
Bernhardus certissima signa imprimit cordibus nostris. quod re-
missionem peccatorum simus consequuti fiducialiter. Ubi
notandum quod quanto perfectior et sanctior vita fuit in homine
tanto maior certitudo de remissione peccatorum. quam etiam de
eterna beatitudine possidenda habetur. Certitudo autem spei
precipue ex tribus oritur. videlicet ex infusione divinitus
gratiarum. ex habundancia meritorum. et ex pregustacione
eternorum. Hec vero tria spiritus sanctus operatur in electis
Ipse enim infundit gratiam ad deum diligendum. Ipse
dat vires ad bonum operandum. Ipse donat spiritualem dulcedi-
nem ad celestia degustandum. Hunc spiritum sanctum omnipotens
deus dat suis dilectis. qui quoddam pignus eterne felici-
tatis. per quod ad interioris spei certitudinem roboratur.
De hoc beatus Gregorius in xvi° libro moralium sic ait. In scriptura
sacra appellatione pignoris. aliquando donum sancti spiri-
tus signatur. Pignus namque accipitur donum spiritus sancti
sicut per paulum dicitur. Qui dedit nobis pignus spiritus. Ad
hoc enim pignus accipimus. ut de promissione que nobis
fit certitudinem teneamus. Donum ergo sancti spiritus pig-
nus dicitur. quia per hoc nostra anima ad interioris spei cer-
titudinem roboratur. hec Gregorius. Sed et hoc notandum. quod con-
sciencia erronea et nimis stricta multum impedit
et obnubilat fiduciam spei. Nam sunt nonnulli qui
formant sibi conscientiam de aliquo facto. Ubi peccatum aut
culpa nulla est. De talibus dicit beatus Gregorius. piarum
mencium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est.
Cum igitur talis perplexitas prevaluerit. magnam pusillan-
imitatem et tristiciam generat in homine. Unde qui

talem passionem intricate conscientie sustinet. debet eam
aut per se vel per consilium alterius deponere. ut fiduciam spei
eo liberius possit ad celestia dirigere. Sic igitur habet de spe.

Postquam instructus sum **Capitulum de caritate et quod omnes alie virtutes precedit spes so[...]**
de fide et spe. Nunc de caritate. et primo unde
ipsa caritas habet ortum de hoc desidero infor
mari. Scire debes quod caritas habet ortum sive pro
cedit ex spiritu sancto. qui datur fidelibus ad anime sa
lutem. Unde dicit apostolus paulus. Caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
De quo spiritu sciendum quod cum per suam presentiam cor hominis
possederit. Primo illud si per peccatum pollutum est ad
penitentiam compungit. quia quod homo confitetur et penitet
hoc habet in dono spiritus sancti. Testatur hoc beatus Augustinus
qui dicit. Iam donum spiritus sancti habet. qui confitetur et
penitet. quia non potest esse confessio peccati et punitio
in homine ex seipso. cum enim sibi quisque irascitur et displi
cet. sine dono spiritus sancti non est. hec Augustinus. Purgato
vero corde a vitiis per penitentiam. ipse spiritus sanctus dat robur
ac vires ad facienda bona opera. nec enim patitur quidquam
maculosum residere in mente hominis. ut eo expeditius
possit suum affectum dirigere in caritate dei. De hoc dicit
Hugo. Porro ad faciendum bonum in nobis. bonus
spiritus operatur. profecto movet docet et monet. Monet
memoriam. docet rationem. movet voluntatem. In
hiis enim tribus. tota consistit anima nostra. memorie
bona suggerit. in cogitationibus sanctis. atque ita ignavi
am nostram torporemque repellit. Postea quotiens huiusmodi
suggestionem boni senseris in corde tuo. da honorem
deo. et age reverentiam spiritui sancto. cuius vox sonat
in auribus tuis. ipse namque est qui loquitur iustitiam.
et remissionem operatur peccatorum. Facitque sollicite am
bulare cum deo. scrutatur enim profunda peccatorum morum
et intentionem cordis. qui nec minimam paleam. intra
cordis quod possidet habitaculum patitur residere. sed statim

igne subtilissime circumspectionis examinat. Spiritus dulcis et suavis, qui nostram voluntatem erigat et dirigat ut eam veritatem intelligere et ferventer diligere et efficaciter implere possimus. Hec Bernhardus. Ipse namque spiritus sanctus illa que per naturam hominum sunt difficilia vel impossibilia, per suam presenciam facit levia et facilia. Quod affirmat idem beatus Bernhardus ita dicens: Spiritus sanctus spiritus dulcis est, infirma roborans, aspera planans, corda purificans, et quidquid in seculo nequam videtur difficile et angustum leve facit et latum. Ipse enim spiritus dat robur vite, ut quod per naturam tibi impossibile est, per graciam presentem non solum possibile fit, sed et facile videatur, ut in laboribus, vigiliis, in fame, in maledictione et persequucione hominum, et in omnibus observanciis regularibus hilariter incedas, sicut in omnibus diviciis. Hec Bernhardus. Et notandum quod sine spiritu sancto nemo salvari potest, nam ab ipso sunt dona virtutum et miraculorum. Per hec vero dona sine quibus ad vitam eternam pervenire non potest, ut sunt virtutes, videlicet fides, spes, caritas, humilitas et paciencia, spiritus sanctus semper in electis omnibus manet. Per miraculorum vero operacionem non semper, sed quando est indigencia propter edificacionem ecclesie. De hoc beatus Gregorius in secundo libro moralium sic dicit: Notandum quod alia sunt dona dei sine quibus ad vitam eternam nequaquam pertingitur, atque alia quibus vite sanctitas pro aliorum utilitate declaratur. Mansuetudo namque, humilitas, paciencia, fides, spes, caritas dona eius sunt, sed ea sine quibus ad vitam homines pervenire nequaquam possunt. Prophecie autem virtus, curacio, genera linguarum, interpretacio sermonum dona eius sunt, sed que virtutis eius presenciam pro correctione intuencium ostendunt. In hiis igitur donis sine quibus ad vitam perveniri non potest spiritus sanctus sive in predicatoribus suis sive in electis omnibus semper manet. In illis autem quibus per ostensionem illius non nostra vita servatur sed aliorum queritur, nequaquam semper in predicatoribus

per manet. quia semp quidem eorum cordibus ad bn̄
viuendum presidet. nec tamē p eos v̄tutū signa sp
ostendit. sed aliqn̄ se subtrahit. vt eo humilius v̄tutes
eius habeant. hec gg. Spūs ect sanctus cor q̄d pos-
sidet. celestibus desideriis inflamat. et ad contemptū
rerum tpaliū stimulat. quē carnales et seculares
homines capere non possunt. quia cor suū p desideria
terena dilatant. De hoc spū btūs gg. in qnto li° moral
expones illa v̄ba. Porro ad me venit v̄bum abscon-
ditum. sic ait. Potest p verbum absconditū. allocu°
intime inspiracionis intelligi. De qua Johes ait. Vnc-
tio eius docet nos de omnibus. Que nimirum aspiracio
diuina humanā mentem contingendo subleuat. et
tpales cogitacōes deprimēs. eternis hanc desideriis in-
flamat. vt nichil ei iam. nisi que supna sūt libeat
et cuncta que inferius de humana desctrepūt corrup-
cione contempnat. Absconditū ergo v̄bum audire
est loquucōnem spūs sancti corde concipe. que pfecto
sciri non pt. nisi a quo haberi potest. Vnde et verita-
tis voce de hac abscondita loquucōe dicit. Ego roga-
bo prēm et aliū paclitum dabit vobis vt maneat
vobiscum ineternū. spm veritatis. quē mundus non
potest accipe. Sicut enī isdem paclitus post media-
toris abscessum. alius humani generis consolator in
semetipso inuisibilis est. ita omnem quē repleuerit
ad desideranda inuisibilia accendit. et qm mūdana
corda sola visibilia diligunt. hūc mundus allicat. qui
ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares
etenī mentes. qnto se foras p desideria dilatāt. tāto
ad recepcōnem illius sinū cordis angustāt. et qm val-
de in hūano genere pauci sūt. qui a desideriorum car-
nalium corde purgati. ad pcepcōnem spūs sancti. ipa
hac purgacione dilatentur. Verbum hoc abscon-
ditum dicit. quia illud a quibusdā procul dubio in
corde concipitur. q̄d a maiori pte hominum nescit. hec gg.

Habet et spiritus sanctus alios diversos effectus
virtutum. Omnium est enim artifex. omnem habens virtutem.
omnia prospiciens. Et ideo bene comparatur igni materiali
Non enim sine causa et frustra deus ignis dicitur. sed
propter proprietates repertas in igne. Est enim ignis obmissis
multis aliis proprietatibus. calefactivus illuminativus
renovativus. attractivus. elevativus. immutativus
diffusivus. unitivus. Has proprietates ignis materialis
deus spiritualiter in anima operatur. Ignis enim divinus.
ex virtute calefactiva dat dilectionem. Ex virtute illumina
tiva cognicionem. Ex virtute renovativa peccatorum pur
gacionem. Ex virtute attractiva spiritualis vite disposi
tionem. Ex virtute immutativa dat spiritualem conso
lacionem. Ex virtute elevativa celestem conversacionem
Ex virtute diffusiva meritorum cumulacionem. Ex vir
tute unitiva dat plenissimam perfectionem. Sed et hoc
nondum. quia sicut spiritus sanctus in corde nostro erigit nos
quadam fiducia postulans pro nobis gemitibus inenar
rabilibus. prout dicit apostolus. Ita in corde dei deinde in
clinat ad nos sua [illegible]. et sicut in nobis interpellat
pro nobis. sic in patre delicta condonat cum patre. De hoc
Bernardus sic dicit. Spiritus sanctus precedendo predestinat. Spi
rando vocat quos predestinavit. inhabitando iustificat
quos vocavit. replendo accumulat meritis. Per quem
sicut pater et filius unum sunt. sic et nos unum in ipsis
Ipse est qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabi
libus et hoc quidem in corde nostro. Quid autem in patris
sicut in nobis interpellat pro nobis. Ita in patre delicta
donat cum ipso patre. advocatus noster in cordibus
nostris ad patrem. dominus noster in corde patris. Itaque quod postu
laverimus idem ipse donat qui donat ut postulemus
Et sicut erigit nos pia quadam fiducia. ita deinde in
clinat ad nos magis pia misericordia sua. hec Bernardus
Ecce quomodo misericors deus per spiritum sanctum sanctorum men
tes celesti desiderio implet et amore accendit ad postulandum

et ipse impletas exaudit. ac ex eorum cordibus suscipit
precem. Quod etiam beatus Gregorius sentit in libro super ezechiel
ita dicens. Nondum quod omnipotens deus. et ipse implet men
tes sanctorum celesti desiderio. et ipse exaudit impletas
Ipse enim in sanctorum cordibus creat amorem. et ipse ex
amantibus cordibus suscipit precem. Negationem suam
petrus flevit amare. sed tamen illic premittitur. quia
dominus ihesus respexit petrum. Venit maria magdalena post
multas maculas culpe ad pedes redemptoris nostri cum
lacrimis. Sed quis illam infudit intus. nisi qui benig
ne suscepit foras. Quis illam ad lacrimas compunctione
urgebat. nisi qui hanc exterius coram simul recumben
tibus recipiebat advenam. Ut quidquid in sanctorum virtu
tibus agitur. eius est gratie qui merita largitur. hec Gregorius
Dicit etiam de hoc beatus Augustinus. Caritas que per spiritum sanctum
facta est in nobis. ipsa gemit ipsa orat. contra hanc
aures claudere non novit. qui illam dedit. hec Augustinus
Cum igitur tam multa bona spiritus sanctus operatur
in cordibus hominum. necesse est ut unusquisque in hospi
cio cordis sui illum conservet. cum ab eo visitatur. ne
per terrena desideria aut cogitaciones carnales eum a se
excludat. Etiam mentes carnales spiritus sanctus fu
git. quia apud ipsas requiem non invenit. De hoc
beatus Gregorius in xviii° libro moralium. sic dicit. Cogitaciones
superflue. que assidue in animo carnalium et nascuntur
et deficiunt. eam suavitatem. qua unusquisque intrin
secus per spiritum unctus est perdunt. quas ex integritate
eius perfrui non permittunt. A terrenis enim mentibus
tanto longius spiritus fugit. quanto apud has quietem
non invenit. Et eorum corda qui terrenam vitam
diligunt. desideriorum suorum. et inquietudinibus feriuntur
turbis quoque cogitacionum carnalium ad yma depressa
sunt. ut ad quietis intime desiderium non leventur.
Unde cum per multa opera pietatis ad cor veritas venit
prius ab eo cogitacionum carnalium estus eicit. et

post in eo virtutum dona disponit. hec gg. Non solu
aut perverse et illicite cogitaciones fugant spm scm
a corde hominis. sed etiam vane et inutiles que animu
impediunt. et nonnumquam etiam inficiunt. Cum vero mens
ea que ad deum pertinent cogitat ac meditatur. et in
eius amore accenditur. statim spus sanctus per via
amoris se infundit cordibus hominum devotorum. eos ad
iuvans in oracione. et in ceteris virtutibus exercendis. hoc
affirmat beatus Bernhardus in epistola ad Carthusiens. ita dicens.
Cogitaciones sine intellectu. Alie sunt vane. alie
sunt ociose. nec ratio intellectui per cogitantis intencionem
se applicantes. non repente pervenientes. sed sensim
paulatim corrumpentes. occupantes tempus necessa
rie impedientes. et animum inficientes. Ubi tamen et si repel
lere a se spm sanctum non est in voto cogitantis. fit
tamen ex culpa negligentis. ut spus discipline merito
se auferat. a cogitacionibus indisciplinatis. Cum vero
de eis que de deo sunt. vel ad deum sunt cogitantur
et voluntas eo proficit ut amor fiat. continuo per
viam amoris se infundit spus sanctus. spus vite.
et omnia vivificat adiuvans. seu in oracione seu in medi
tacione infirmitatem cogitantis. Sed modus hic cogita
di de deo. non est in arbitrio cogitantis. sed in gracia
donantis. scilicet cum spus sanctus. qui ubi vult spirat
quando vult. et quo vult. et quibus vult hoc inspirat. Sed
hominis est iugiter preparare cor. voluntatem expediendo.
affectionibus alienis. racionem vel intellectum. a sollicitu
dinibus. memoriam a negociis. nonnumquam etiam a necessariis
occupacionibus. ut in die bona domini et in hora beneplaciti
eius. cum audierit vocem spirantis in ea. que cogita
cionem faciunt continuo concurrant sibi ut cooperentur in bo
num. Unde voluntas neglecta facit cogitaciones ociosas.
et indignas deo corruptas perversas que separant a deo
certa necessarias ad usum humane vite pia efficaces. ad
fructum spus. et ad fruendum deo. hec Bernhardus. Et no
tandum quod spus sanctus semper fugit corda peccatis mortalibus

infecta. Venialia vero peccata. quamvis non excludant
spiritum sanctum a corde hominum. quantum ad habitum
non tamen requiescit in illis quantum ad actualem
devocionem. quia tales contristant in se spiritum sanctum
et idcirco consolacionem ipsius accipere non merentur
Hoc testatur beatus Gregorius ita dicens. Non requiescit in eo
spiritus sanctus. qui domum cordis sui pulvere venia
lium aspergit. Tales enim spiritum sanctum qui est in
eis contristant. Ideo perfectam leticiam et consolacionem
spiritus sancti non merentur. hec Gregorius. Si igitur deside
ramus graciam sancti spiritus. et tanti visitatoris ingres
sum in nos. mundemus domum anime mee ab omni
sorde viciorum. et adornemus illam decore virtutum
Ut tantus hospes mundo delectatus hospicio. perpetuam
sibi in nobis faciat mansionem. Ad hoc faciendum
hortatur beatus Augustinus sic dicens. Si promereri cupimus graciam
spiritus sancti. et tanti visitatoris ingressum. mundemus
primum domum anime mee. ab indignis carnalis con
cupiscencie passionibus. a superbie dilatacione. a fetore
iactancie. Preparemus itaque hanc domum cottidie ad
sacri regis adventum. eamque diversis probabilium
morum floribus adornemus. Repleamus eam iocundis
et preciosis odoribus scilicet castitatis fidei et compunctionis
incenso balsamo benivolencie. et thymiamate cari
tatis. Ut amputatis viciis. et virtutibus insertis destruc
ta in nobis habitacione diaboli mutemur in templum
dei. Ut tam beatus hospes. mundo delectatus hospicio.
stabilem ac perpetuam in nobis faciat mansionem.
Propter hoc enim ad nos ille descendit. Ut nos ad illum
possimus ascendere. hec Augustinus. Cum vero homo in cor
suum tam felicem susceperit hospitem. videlicet spiritum
sanctum. inestimabile gaudium ex eius presencia
intra semetipsum concipit. Unde dicit beatus Augustinus. O quam
inestimabile gaudium in se concipit cor humanum.
per spiritus sancti intra se dulcissimum felicissimumque adventum.

hec aug. Nulla enim esse potest voluptas ac dulce-
do maior corporis et anime. quam dum mens sua sen-
serit sibi per gratiam sancti spiritus advenisse creatorem
de hoc beatus Ieron. ad paulam sic dicit. Tute assero numquam
maiorem fore corporis aut anime voluptatem. quam
dum spiritus sanctus per suam dulcissimam menti ad-
venerit caritatem. dicit etiam de hoc Orosius sic dicit cap.
Nullus homo in hac vita excogitare poterit feli-
citatem veriorem. suavitatem dulciorem. quam dum mens
sua sibi per gratiam sancti spiritus advenisse senserit
creatorem. hec Orosius. Spiritus ergo sanctus non solum
in futuro perfectam. sed ergo in presenti maximam quie-
tem iustis confert. quia hec est sola in hac vita re-
quies animarum devotarum. divina dilectione fervere. et propter
spem future glorie prospera mundi simul et adversa
contempnere. que fuit per spiritum sanctum. de hoc Beda sic dicit.
Spiritus sanctus non solum in futuro perfectam sed etiam
in presenti maximam iustis tribuit quietem. cum corda et
mentes igne caritatis accendit. et est vera. ymo hec
est sola in hac vita requies animarum divina dilectione
repleri. spe superne retribucionis prospera mundi simul
et adversa contempnere. ac concupiscenciis secularibus
renunciare. hec Beda. Et nondum secundum dictum beati Aug.
Qui non habitat in quoquam spiritus sanctus sine patre et
filio. nec filius sine patre et spiritu sancto. nec sine
illis pater. Inseparabilis est quippe eorum habitacio. quorum
inseparabilis est operacio. hec Aug. Unde sancta trinitas
venit ad nos nobis subveniendo et illuminando ac sua gratia nos
replendo. Nos vero venimus ad eum ipsum timendo et amando. ac eius
preceptis obediendo. De hoc beatus Amb. sic dicit. Pater et
filius et spiritus sanctus veniunt ad nos. dum nos venimus
ad eos. Veniunt subveniendo. veniunt illuminando. Venimus
obediendo. venimus metuendo. Veniunt implendo. ve-
niunt capiendo. hec Amb. Considerandum ergo quod hic
veraciter habet spiritum sanctum. in quorum mentibus virtutes

et humilitas perfecte simul conueniunt. Quod affirmat
beatus Gregorius in libro dyalogorum ita dicens. Mens que diuino spiritu
impletur habet euidentissima sua signa. virtutes scilicet
et humilitatem. que si vtraque in vna mente perfecte conue
niunt. liquet quod de presencia sancti spiritus testimonium ferunt
hec Gregorius. Sed et hoc notandum quod voluntas hominis non
potest esse libera a cupiditatibus huius mundi. nec eciam
valet actus bonos operari sine gracia spiritus sancti. Unde
ubi spiritus domini ibi est libertas videlicet a peccato. non quod electi
penitus sint sine peccato in hac carne. sed peccatum eis non
dominatur. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Sine spiritu sancto
non est voluntas hominis libera. cum cupiditatibus
vincitur. Non enim est libera ad bonum. nisi liberata
fuerit. Non autem liberatur nisi per spiritum caritas diffun
datur in cordibus hominum. Nam istam libertatem que
est a peccato. illi soli nunc habent quos filius per graciam li
berat et reparat. non ita quod penitus sint sine peccato
in hac mortali carne. sed ut in eis peccatum non dominetur
neque regnet. et hec est vera et bona libertas que bo
nam parit seruitutem scilicet iusticie. Hec Augustinus.
Nam spiritus sanctus ingrediens animam. non permittit ut
carnales concupiscentie preualeant aduersus eam. non
tamen facit ut caro non concupiscat. sed protegit
animam ut non ei consentiat. Quod affirmat Crisostomus
ita dicens. Spiritus namque sanctus ingrediens animam circumplec
titur eam. et quasi muro quodam inexpugnabili
cingit eam et non permittit ut carnales concupiscen
tie preualeant contra eam. Non quidem facit ut caro
non concupiscat. sed tenet animam. ut non ei consentiat
hec Crisostomus. Ipse namque spiritus sanctus visitans mentem
hominis. temptacionum violenciam mitigat. et per suam
presenciam nociuum calorem carnalis concupiscencie.
quam sustinebat expellit. ac sub umbra virtutis
sue ipsam protegens recreat et roborat. De hoc beatus
Gregorius sic ait. Spiritus sanctus mentem quam replet

obumbrat. et omnem temptacionum furorem temperat
et dum aura sue inspiracionis mentem suauiter tan-
git. quidquid noxii caloris sustinebat expellit. et que
iam forsitan nimius viciorum estus marcida fecerat
umbraculo sancti spiritus protegens recreat. Ut dum in eius
inspiracione sedens pausat. vires colligat. quibus
ad vitam eternam robustius currat. Hec Gregorius. Cum autem
omnipotens deus hominem post susceptionem gracie spiritualis
permittit temptari. hoc ideo facit ne ipse homo de se
presumat. vel in elacionem mentis cadat. Sed tum cum ir-
ruente temptacione exterius concutitur. intus enim
conditoris manus roborat ne frangatur. De hoc lo-
quitur beatus Gregorius in ix° li° moralium. exponens illa verba. Me-
mento queso quod sicut lutum feceris me etc. ita dicens.
Sicut lutum quippe homo interior extitit. sed
sancti spiritus gracia terrene menti infunditur. ut ad in-
tellectum sui conditoris erigatur. Humana namque
cogitacio. que prius sua sterilitate aruit. per vim sancti
spiritus quasi irrigata terra viridescit. Sed sepe dum
perceptis supernis donis virtutibus sine interrupcione utimur.
ad privatam fiduciam usu continue prosperitatis eleua-
mur. Unde fit plerumque ut idem qui subleuauerat
parumper spiritus deserat. quatenus ipsum sibi hominem
ostendat. Quod vir sanctus protinus exprimit cum
subiungit. Et in pulverem reduces me. Cum a
subtraccione spiritus. mens aliquantulum in temptacione
deseritur. quasi ab humore pristino terra siccatur. ut in-
firmitatem suam derelictus senciat. et sine infusi-
one superne gratie quantum homo aruit cognoscat.
quia dum relicti concutimur. ea que afflicti cognoscimus
subtilius dona iam cogitamus. Sequitur. Pelle et car-
nibus vestisti me. Pelle quippe et carnibus interior
homo vestitur. quia in eo quod ad superna erigitur. carnalium
motuum obsidione vallatur. Sed tendente ad iusti-
ciam nequaquam in temptacione conditor deserit. qui

al. cognouimus

per infusionem gratie. ex peccante peruenit. sed sub-
leuatam mentem. et ad bella exterius laxat. et
interius roborat. Unde apte subiungitur. Ossibus et
neruis compegisti me. Pelle et carne vestimur.
sed ossibus et neruis compegimur. quia et si tempta-
tione foras irruente concutimur. intus tamen nos
conditoris manus roborat ne frangamur. Carnis
itaque motibus nos humiliat ad dona. sed per ossa
virtutum roborat contra temptamenta. Ait ergo
Carne et pellibus vestisti me. etc. Ac si aperte di-
cat. Foras me ad probacionem deseris sed tu interius
ne peream virtutibus astringendo custodis. Qui id-
circo bene viuendi nobis rectitudinem tribuit. quia be-
nigne preterita que deliquimus parcit. Unde subdit
Vitam et misericordiam tribuisti michi. Vita quippe tri-
buitur. cum malignis mentibus benignitas aspi-
ratur. Sed vita sine misericordia accipi nequaquam valet
quia ad optinenda dominus iusticie dona non adiuuat
si prius ante acta nequicias misericorditer non re-
laxat. Vel certe vitam nobis et misericordiam tribuit
qui ea qua nos misericordia ad bene viuendum preuenit. ex
subsequendo custodit. Nisi enim misericordiam surroget ser-
uari non valet vita quam prebet. Ipso quippe cotti-
die humane vite vsu veterascimus. et exterioris hominis
impulsu cogitacione subita ambicioribus exinimus
et nisi nos superna visitacio. Vel ad amorem compun-
gendo viuificet. Vel ad timorem flagellando restau-
ret. repentino lapsu. mens funditus tota destruitur.
que longe virtutis studio innouata videbatur. Unde
subiungit. Et visitacio tua custodiuit spiritum meum.
Humanum quippe spiritum. viuificacio superna custodit
cum hunc virtutibus ditatum. vel flagello percutere. vel
compungere amore non desinit. Nam si dona prestat.
sed hunc continue restaurando non subleuat. citius bonum
perdit. quod non a largiente custodit. Hec. Gregorius.

xxiiij

De gra spus sci
Cap. xxiij.

Habita informacione de spu sancto et quib9dam eius effectib9. Nunc de gra que per eundem spm sanctu cordibus fideliu infunditur: incipio edocere. ¶ Scire debes q gracia dupliciter dicit. Primo quia nos miseros consolatur. Scdo qa gratis datur. Unde ad bonu gracie no potest quis p se venire. cum no sit hoc scdm limites nature. sed scdm influenciā largitatis divine. Sicut em creata p sua defectibilitate suo principio semp indiget: ut sit in esse nature. Sic idem principiu p sua bonitate influere non cessat. creature racionali. vitā spualem ut bene sit in esse gracie. quā habē non pt sine deo largitore. Verutn. inexcusabilis est homo. si gram gratum facientē non recipit. sed gra gratis data sp presto est liberum arbitriu excitare et cōmonē. cui9 est huic amonicioni cōsentire. et hoc est qd in se est facē. quo facto poterit homo gram gratū facientem habē. quia hoc est ad gram gratum facientē se ppare. Qmuis em gra habeat dei dono efficiente. Non tamē sine libero arbitrio consenciēte. Quia sicut dit. btus Aug9. Qui creavit te sine te. no iustificabit te sine te. Unde gra dr tripliciter. Primo generaliter et sic gracia est adiutoriu divinu creature gratis impensum. et differenter ad quecuq3 actum. sine hui9 adiutorio gre. nichil possum9 facere. ymo nec in se durare. Scdo dr gracia specialit. et talis gra dr gratis data. scilz donum quo se pparat homo ad suscipiendū donū sancti spus. Huius em gracie est revocare liberum arbitriu a malo. et excitare ad bonū. sine qua nullus facit sufficient qd in se est. ut ppararet se ad salutem. Tercio dr gracia ppie. scilz donū datum divinitus ad merendum. quod quidem donū gracia gratum faciens appellatur. sine ista gracia nullus potest mereri. nec in bono pficē. nec ad gliam pervenire. Ista triplex gracia innuitur in vbis apli ubi dit.

Gratia dei sum id quod sum. Ecce prima. Et gratia eius
in me vacua non fuit. Ecce secunda. Sed gratia eius mecum
semper manet. Ecce tercia. Sciendum est secundum dictum
beati Bernhardi quod triplicem gratiam divinitus accepimus.
Unam qua convertimur. aliam qua in temptacionibus
adiuvamur. Terciam qua probati remuneramur.
Prima nos vitiat. per quam vocamur. Secunda prevenit quod
iustificamur. tercia confirmat qua glorificamur. De prima
dictum est. De plenitudine eius omnes accepimus. De dua
bus reliquis dictum est. et gratiam pro gratia. i. munera
eterne glorie pro merito temporalis milicie. Hec Bernhardus. Et no
tandum quod nullus potest superare vicia. nec precepta
dei adimplere sine adiutorio divine gratie. Hoc affir
mat beatus Augustinus ita dicens. Nemo viribus suis implet
quod deus iubet. nisi ipse adiuvet ad faciendum quod
fieri iubet. Quapropter oremus humiliter. ut qui dedit pre
ceptum largiatur auxilium. Nullum enim bonum. non
dico perficitur. sed nec incipitur sine illo qui solus bo
nus est. Nam ipsa voluntas. nisi gratia dei liberetur.
a servitute qua facta est serva peccati. et ut vicia
superet adiuvetur. recte pieque vivere a mortalibus
non potest. et hoc divinum beneficium. quo liberatur
anima. nisi eam preveniret iam meritis eius daretur
et non esset gratia que utique gratis datur. Hec Augustinus.
Unde etiam iusti viri. et licet perfecte iustificati recte tamen
vivere non possunt. nisi per divinam gratiam adiuventur.
quia omnis virtus nobis illius bonitate est concessa. Ipse
namque bonum opus quod in nobis operando incipit. etiam
cooperando perficit. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Sicut
oculus corporis etiam plenissime sanus. nisi candore
lucis adiutus non potest cernere. sic et homo etiam perfectis
sime iustificatus. nisi eterna luce iusticie divinitus
adiuvetur. recte non potest vivere. Quantulacumque enim
virtus que dicitur mea. illius est nobis bonitate concessa
Nam cooperando nobis deus perficit. quod operando incepit.

quia ipse vt velim9 operatur incipiens. qui volentib9
cooperatur perficiens. Vnde bonum vita bona nra nichil
est aliud quam dei gratia sine dubio et vita eterna
que bone vite reddit. dei gra est. hec Aug9. Ex hijs ob
colligere possum9. quod non solum bona opa. sed eciam
premia sunt ipsius dei dona. qui et bonum cogitare
velle et perficere operatur in nobis. Quod eciam affirmat
btus Bnh9 ita d. Dei sunt procul dubio munera. tam
nra opa quam eius premia. et qui se facit debitorem in
illis. facit et nos promeritores. hoc est bonum cogitare
velle et perficere operatur in nobis. primum perfecto sine nob
Scdm nobiscum. Tercium per nos facit. Adeo ergo sine
dubio inde fit salutis exordium. nec per nos vtique. nec
nobiscum. Verum consensus et opus. et si non ex
nobis. non iam tamen sine nobis. hec Bnh9. Ergo
omnipotens deus. cum coronat merita nra. nichil aliud
coronat. quam munera sua. quia et eadem merita qui-
bus redditur vita eterna. non a nobis sed in nobis
per gratiam sunt facta. Quod probat btus Aug9. sic dicens
Cum coronat deus merita nra. nichil aliud coro-
nat quam munera sua. Vnde vita eterna que in fine
a deo meritis precedentib9 redditur. quia et eadem me-
rita quibus redditur non a nobis sunt. sed in nobis
facta sunt per gratiam. recte et ipsa vita gra nuncupatur
quia gratis datur. nec ideo gratis. quia non datur me-
ritis. sed quia data sunt per gratiam et ipsa merita
quib9 datur. Nam omne bonum meritum nrm non
in nobis facit nisi gratia. Gra enim est que preuenit
et sanat arbitrium hominis. et ex ipso arbitrio procrea-
tur in anima bonus affectus. sine bonus mentis
motus. hec Aug9. Qua igitur sine gra dei. nec agere
opus bonum. nec peruenire ad futuram gloriam valem9
Necesse valde est vt ipsum dnm timeam9. ne nos au-
fendo a nobis suam graciam derelinquat. et reproba-
do cum impijs perdat. quia omnipotens deus mentem hominis

non debellando destruit. sed ab ipa p gr̄am receden
do. De hoc btūs gg̃. in xi° lib° mor̄ sup illo v̄bo
Si destruxerit nemo est qui edificet. sic ait. om
nipotens deus humanū cor destruit cum derelinquit
edificat cum replet. Neqȝ em̄ hūanā mentē debel
lando destruit. sed recedendo. quia ad p̄dicōem sua
sufficiat sibi dimissa. Unde plerūqȝ fit. vt cum audi
entis cor exigentibus culpis omnipotent̄ dei gr̄a
nō repletur. in cassum exterius a p̄dicatore mone
atur. quia mutū est os omē quod loquit̄. si ille
interius in corde nō clamat. qui aspirat v̄ba que
audiunt̄. hec gg̃. ¶ Et nondū q̄ gracia p quā pius
dn̄s consolatur suos dil̄cōs. est quidam gustus sp̄ual
et suauissima quedam delectacio. qua benignus d̄s
afflictam recreat aīam. De hac gr̄a btūs Bn̄ita dicit
Consolacio diuina nichil aliud est. q̄m gr̄a queda
deuocionis p̄cedens de spe venie. Et quidam gust̄
boni licet exiguus. et suauissima quedam delec
tacio. qua benignus deus afflictam recreat aīam
qua ad deum querendū incitatur. et ad diuinum
amorē vehement̄ accendit̄. hec Rich̄. Hunc odore
suauissimū gracie. idem btūs Rich̄ in statu vite
p̄cepat. Non accessit adhuc cor meum o dn̄e deus
ad multitudinē dulcedinis tue. quā abscondisti ti
mentibus te. Foris eius odore vtcūqȝ sustētor qđ est mi
chi sup odorem balsami. cunctiqȝ generis suauis o
doramti. O dn̄e deus si tam nobilis est odor. q̄m
dulcis est. tue dulcedinis sapor. Si tante v̄tutis
est modica degustacio. quātum iocunditatis habet
felix inebriacio. hec Rich̄. Hanc celestem gr̄am qui
gustauerit. nichil aliud sibi iam libet. nisi deo fir
miter inherē. Unde dicit̄ Rich̄ de sacto vic. Qui in
corp semel gustauerit fontem celestis gracie. nescit
iam aliud. nisi soli deo firmit̄ atqȝ inseparabiliter
inherē. hec Rich̄. Considerādū est. q̄ diuina gr̄a

est quedam illuminacio. et dona gracie sunt lumina
illuminancia omnia que se participant. et multi sunt radij
et tamen unum lumen multos illuminans. sed differenter
unum plus. aliud minus. secundum disposicionem et capacita
tem singulorum. Et quemadmodum nemo bonus nisi solus deus.
tamen per participacionem gracie eciam mali efficiuntur boni
De hoc glo. in libro de divinis nominibus sic dicit. racio quod gracia
divina illuminacio est. et ipsa dona gracie lumina sunt il
luminancia omnia. que se participant. et omnis gracia ab
uno fonte descendit. et omnis illuminacio ab uno lumine
et multi sunt radij. et unum lumen. et spargit se unum
lumen et multos illuminat. et lucet illuminati multi. et
non videtur nisi unum lumen. et sunt unum in lumine
uno. quoniam unum bonum multis se participandum
prebet. Ut unum sit in illo. qui unam trahunt similitu
dinem ex illo. Itaque dei sapiencia. quemadmodum se varie dissimi
liter quoque mentibus spiritualiter illuminandis. secundum suam sapienciam
capacitatem infundat. in se tamen una permanet. et
simplex. nec maior sibi in hijs qui habundat expecia.
nec minor in hijs qui secundum inferiorem participacionis
graciam accipiunt. Unitur in ipsa. sed tota in toto. et in sin
gulis tota summa transcendens. et in omnis condescendens par
ticipandam se prebet. et in se una permanens a se ipsa
non recedit. Quod autem non uniformiter omnes divinum
lumen accipiant. hoc non est in culpa luminis. sed in differen
cia accipiencium. Quia enim non eadem est virtus oculorum
intellectualium. quibus lux mencium percipitur. sequitur ut alij
plus. alij minus eam fruantur. alij penitus excludantur. ut
immundi spiritus qui ad eam noluerunt converti. non quod et ipsi
secundum intellectualem substanciam. qua a summo bono
creati sunt. participacione vere existencie luminis secludantur.
alioquin in nichilum redigerentur. Omne siquidem participa
cione eius privatum in rerum natura non est. Sed
ingenitum irracionabilibus perverse voluntatis sue. errorum mo
tibus contaminantur. vere lucis excluduntur participacio.

Non em̄ ad illam sed ad semetipsos. hoc est ad neqm
ciam suam conuersi. a summo et in commutabili bono
se auertunt. si em̄ ad naturā suam et eius creatorem
respicerent pfecto beati fierent. Et qm̄uis nemo bonus
nisi solus deus. tamē diuine bonitatis pticipacione
racionalis creatā bona fieri potest. Vnde pvidere cū
dicat. Pater vester dabit spm bonū ~~in~~ petētib9 se.
vt p participacōm spūs fiant boni. qui fuerūt mali
hec glō. Debet ergo quilibz deuotus cor suū. ad
suscipiēdam sancti spūs grām pparare. et aptum
habere. Vt veniens dn̄s et habitaclm cordis p vite
sanctimoniā puruum inueniēs. dignetur in illud ef
fundere ymbres grār ac consolari. De hoc p queda
sic dr̄. Cum em̄ cor deuotorū ad bona dūi suscipiē
da apertum fuerit. nec est in eo aliquid qd dei grām
phibeat vel retardet. Tunc pius et benignus dn̄s
largus et misericors nō cessat infundere ymbres
grār. nūc inmittens sapiām diuinorū. nūc notici
am secretorū. aliqn̄ gustum. et experienciā eternorū
aliqn̄ reuelacōes misteriorū. aliqn̄ securū facit. et
certificat eternalū bonorū. et alijs multis modis qui
bus cōsolatur. deus electos suos pit et dilcōs. hec ille.
Quāto aūt quis frequēcius p grām adeo visitatur
tanto maiorē ipius dūi familiaritatē cōsequitur.
et fiduciā humdaciorē. ac gustum spūalem. et alia
qm̄plurima bona ab ipso percipit. Vnde dr̄ btūs Bnh9
Crebra dei visitacio dat familiaritatē. familiari
tas ausum. ausus gustum. gustus famem. fames
cōtemptū oīm. cōtemptus ocīū. ocīū deū. hec Bnh9
Ecce qūta bona cōfert dei grā deuotis hominib9 ha
bentibus eam. Debet ergo quilibz religiosus dōnū
gracie possidens illud in semetipso conseruare car
nales et terrenas delectacōes fugiendo. quia qui con
solantr̄ in trāsitorijs oblectamētis. sibi subtrahūt
grām celestis cōsolacōis. Testatr̄ hoc btūs Bnh9 ita
dicēs. Cui9 mēs ad alias cōsolacōes inhiat. et non.

penitus renuit in caducas et transitorijs consolari. ipse
sibi profecto subtrahit celestis graciam consolacionis
hec Bernhardus. Nam seculares mentes prout dicit beatus Gregorius
quanto se foras per desideria dilatant. tanto ad recepcionem
per gracie sancti spiritus sinum cordis angustant. Delicata namque
et preciosa est divina consolacio. que per graciam sancti spiritus
cordibus fidelium infunditur. sed non dabitur admittentibus
aliena. de hoc dicit beatus augustinus Tam preciosam divinam consola-
cionem novimus tam amenam. que tamen nequaquam tribuitur
qualecumque admittentibus aliena. Nam si habet animus unde
oblectetur extrinsecus sine delicijs manet intrinsecus. hec Augustinus
Si autem illud quod delectat a nostra carne abscidimus. statim
intus quod spiritualiter delectat invenimus. Iustum quippe
est ut quos presencia non delectant eternis bonis gaudeant
unde dicit beatus Gregorius. Si in carne quodlibet quod delectat absci-
dimus. mox intus in christo. quod delectat invenimus. dicit eciam de
hoc beatus Bernhardus. Iustum est ut quos presencia non delectant.
presto sit eis memoria futurorum. ut qui de rerum affluencia
despiciunt consolari. recordacio illos delectet eternitatis hec
Bernhardus. Anima namque sine delectacione esse non potest. Aut
enim delectatur in summis. et contempnit infima. Aut in infimis
et despicit summa. Unde anima que desiderat in dei me-
moria delectari. non debet in alijs quibuscumque rebus conso-
lari. de hoc beatus Bernhardus sic dicit. Renuat anima tua in alijs
consolari. si vis in dei memoria delectari. quia impleri
anima dei visitacionibus non potest. nisi carnecis conso-
lacionibus funditus renunciaverit. Et absit ut intus in
spiritu non inveniamus. super modum maiores delectaciones.
quam in qualibet carnis feditate. hec Bernhardus. Anima ec-
ciam habeat quinque sensus spirituales. sicut et corpus quinque
corporales. Qui in vero propter deum in corporabilibus
contempnit delectari. utique in spiritualibus merebitur a domino
consolari. hoc affirmat idem beatus Bernhardus ita dicens.
Deus est iustis forma speciosissima ad oculum. Ar-
monia delicatissima ad auditum. odor suavissimus ad
olfactum. sapor dulcissimus ad gustum. Amplexione delec-

tabilissim⁹ ad tactum. Cum igitur anima habeat
quinque sensus spirituales. sicut corpus quinque corporales Qui
contempnunt propter deum in corporalib⁹ delectari. merebuntur
utique in spiritualibus consolari. hec Bernh⁹. Et quamvis
propter delectamenta carnalia. priventur homines gratia dei
maxime tamen arrogantes et superbi. divinam graciam
gustare non poterunt inetinm. Teste hylario qui dicit
Cum enim consolacionem gustet divina. de cunctis gene
ribus hominum. ipsam arrogantes et tumidi nunquam
gustare poterunt inetinm. hec hylarius. Oportet ergo
ut quilibet religiosus resistat superbie malicie et car
nali concupiscencie. ac ceteris viciis. si desiderat potum
celestis gracie degustare. De hoc beatus Amb⁹ sic dicit
Nisi abstuleris a corde tuo. fomitem malicie. estum
prave concupiscencie. dulcedinemque voluptatis mundane
nequaquam gustum celestis gracie imbibere poteris
aut haurire. hec Amb⁹. Ubi notandum. quod non solum
a viciis est abstinendum. verum eciam bona opera sunt exer
cenda. ut suavitas divine gracie habeatur. Quia quanto
quis diucius circa virtutum studia exercitat⁹ fuerit. tan
to pociorem graciam divine dulcedinis obtinebit. De
hoc Ysidorus sic dicit. Quanto diucius quis exercitat⁹
fuerit. erga virtutum arborem. tanto profecto divinam in
se dulcedinem accipiet pociorem. dicit eciam Basilius. Mul
te virtuti hominis. multa debetur suavitas celestis gau
dii et dulcoris. Et sciendum quod homo existens in gracia
michil illi grave. nil difficile in agendis bonis operi
bus apparebit. Qui autem caret gracia. ad omne opus bonum
faciendum tepescit. De hoc hugo sic ait. Quamdiu enim
quis in statu gracie vixerit. nil grave nilque intolle
rabile apparebit. Inops autem expers gracie. segnis in
omni bono extat opere et virtute. hec hugo. Non solum
autem possidens graciam est agilis ad queque opera virtuosa
facienda. sed eciam paratus est ad omnia que pro Christi nomine
occurrerit sustinenda. eciam tormentorum supplicia. Unde dicit

Cassiodorus. Humana siquidem mens existens in gratia gaudens et parata est ad omnia. que pro xpi fore nomine occurrerint sustinenda. De hoc etiam beatus Aug. in libro de natura et gratia sic dicit. Gustus celestis gratie est tante virtutis quod extinguit sitim omnium mundanorum. est tante dulcedinis quod in dulcedinem convertit supplicia tormentorum. est tante suavitatis. quod animam excitat ad desiderium supernorum. hec Aug. Et considerandum quod in quocumque corde ipse dominus adest per suam gratiam. universa vicia et temptamenta mundanorum spirituum in corde hominis conquiescunt. Testatur hoc Beda qui sic dicit. In quocumque enim corde deus per gratiam suam adest amoris morum viciorum universa. et adversantis mundi fine. spirituum malignorum bella compressa quiescunt. hec Beda. Et quamvis gratia xpi firmum faciat hominem adversus vicia. et temptaciones inimici. tamen quamdiu portamus tremulum corpus et fragile timendum est nobis. Unde beatus Aug. in glo. super ps. de hoc sic ait. Gratia xpi firmum facit hominem. et immobilem adversus omnes temptaciones inimici. Sed ibi est humana fragilitas ibi est prima captivitas. ibi lex in membris repugnans legi mentis. et captivum volens ducere in lege peccati. Adhuc corpus quod corrumpitur aggravat animam. Unde quantumlibet firmus sis ex gratia dei. quamdiu portas tremulum vas. in quo thesaurus est dei. aliquid etiam de ipso vase fictili formidandum est. hec Aug. Etiam sciendum quod carentes gratia non possunt diu stare. quin madant in peccatum mortale. Habentes vero xpi gratiam. possunt evadere omne peccatum mortale. quia gratia sic coniungit deo. et diminuit fomitem peccati. quod habens eam potest vitare peccatum mortale. De hoc quedam glo. super apostolum sic dicit. Nondum quod per gratiam xpi possimus evadere omne peccatum mortale. carentibus autem gratia hac. non sic est possibile. quia licet non sit necessarium eos peccare cottidie. tamen non possunt diu vitare peccatum mortale. cuius racio est. quia sicut existentes in gratia. non possunt omnino vitare peccatum veniale. eo quod sensualitas

meus non est totaliter subdita racioni. Sic incipientibus
gracia. racio non est subiecta deo. et ideo non possunt diu
stare. quin incidant in peccatum mortale. Gracia autem sic deo coniungit
et inclinacionem fomitis diminuit quod habens eam potest
vitare peccatum mortale. hec glosa. **Quare subtrahatur hominibus ex**
D**E**siderio ex studio. **devocionis gratia. et quomodo gratia amissa sit recupe[randa]**
Quare subtrahatur nonnumquam hominibus ex
devotionis gratia. et quomodo sit gratia per negligenciam
amissa recuperanda vel cum deest gratia qualiter homini sit agendum. de hoc
cupio edoceri. ¶ Scire debes quod gratia subtrahitur homini
propter superbiam et presumpcionem. probat hoc Richardus de sancto
Victore. ita dicens. Sepe superbit homo et nescit. sepe presumit
et interim non intelligit. pro utraque ignorancia solet
subtrahi divina gratia. Nam dum presumptuose agit et nes-
cit subtrahitur gratia. ne efficiat quod cupit. Dum superbit et
nescit. permittitur sepe in id cadere. quod erubescat et odit. hec
Richardus. Et notandum quod opera virtutum tunc in nobis convalescunt
dum gratiam cooperatricem habent. Tunc vero deficiunt et moriuntur
cum eis gratia cooperativa subtrahitur. Subtrahitur autem dum
improba mens de bonis spiritualibus superbit. et sua sibi me-
rita asscribit. De hoc Richardus de sancto Victore. super illud verbum Da-
nielis. Donec cognoscat viventes. quod dominetur excelsus in
regno hominum sic dicit. Affectus in nobis sane secundum deum
vivunt. dum in bono fortes sunt. et ad virtutum opera con-
valescunt. dum gratiam cooperatricem habent. et in studiis
spiritualibus se exercere valent. Tunc procul dubio moriuntur
cum eis gratia cooperativa subtrahitur. Subtrahitur autem. cum
de suis bonis divinis vero donis. mens improba superbit.
et sua sibi merita asscribit. Subtracta gratia. affectus
boni deficiunt. et ad omne bonum languescunt. et sic de vi-
ventibus mortui fiunt. Quid enim aliud est virtutum defectus
quam quedam illarum interitus. Qui igitur infirmitatem suam
gratiam que divinam tunc primum attendunt. cum iam in bono
deficiunt. Isti post mortem. et qui per mortem divine dilacionis et

modificacionis magistri vel bonum suum discutit et agnoscit. Quod igitur est superne maiestatis diuinum et principatum in regno hominum vincentes agnoscere. nisi vnusquisque eo ex tempore dum adhuc in bonis operibus viuit in firmitatem suam attendere. et nichil sibi. nichil sine mentis astruere. et inter quelibet virtutum exercitia humilitatis custodiam non deserere. sed veraciter et absque simulatione. quicquid mali sibi ipsi. quicquid boni diuine gracie astribere. Et solet quidem pietas superna vires et virtutum in quibusdam humiliare et graciam subtrahere donec discat inter quelibet morum insignia non altum sapere. nichil de propria virtute presumere. Felices qui alieno casu potius quam proprio humane fragilitatis infirma addiscunt. Sed et cum eis bene quidem agitur qui ex propria ruina ad humilitatis custodiam euigilant. tandem aliquando post infirmitatis sue lapsum fortiores resurgant. Qui ergo mortis ruinam timet. omnibus contra superbiam vigilare debet. hec Richardus Ex istis verbis colligere possumus quod omnipotens deus subtrahit graciam hominibus et mundam vitam habentibus et hoc ideo facit ne in superbiam eleuentur. et ne consequenter in bonis studiis negligentiores fiant. Quod etiam Cassiodorus probat ita dicens. Aliquando plerique et vitam habentes mundam. non accipiunt graciam. Quare. ne in superbiam eleuentur. ne inflentur ventositate iactantie. ne altitudo muneris negligentiores faciat. hec Cassiodorus. Subtrahitur autem gracia non solum propter mentis elacionem. Nam sunt nonnulli qui desiderant boni et virtuosi esse. sed opera virtuosa que illos bonos faciant nolunt exercere. Ideo multi religiosi conqueruntur sibi deesse graciam cum magis ipsa gracia debeat conqueri se factores bonorum operum non habere. per que gracia obtineatur. De hoc per quendam sic dicitur. Pauperes sumus et miseri. qui multum desideramus et modicum facimus. Desiderium nostrum nunc in opus presentes

Nos qz desideram⁹ esse boni. sed opa que nos bonos
faciunt non monem⁹. hinc est illa qrela om̄n re-
ligiosor querulancium sibi deesse graciam. cu magis
ipa gra debeat conqueri se factores bonor oper
non habē. habem⁹ omēs desideriu sanctitatis.
sed ea que sctitatē efficiunt nullatenus opamur
hec ille. Unde ꝑut dicit btus Bnh⁹. Uix est ali
quis qui in eis que dei sunt expiri velit. velit qz
possit. etiā q̄d pmptissime potest. et ideo ꝓpt tale
negligenciā frigida sunt corda multor religiosorū.
diuina gra carencia. Debet ergo quilibz timens
deum hec duo impedimeta grē. videlz negligen
ciam et supbiā a se abicere. et humilitatē cordis
ac bonor oper sollempnitatē assume. Ut diuine
cōsolacionis graciam crebrius et habundanciꝰ ab ipo do-
mino valeat obtine. Ubi cōsiderandū. qz sunt nonlli
religiosi qui in pncipio cōuersacionis sue magnā
graciam deuocionis perceperunt. sed processu tpis eadem
gracia ꝓpter suā negligenciā priuantur. Si vō desi
derant graciam pristinā recupare. debent in se reno
uare feruorē deuocionis priorem. et in opibus v-
tuosis. que in inicio cōuersionis gesserunt studeāt
se exercē. De hoc Rich⁹ de scō vic. in lib⁹ de mistico
sompno nabuchodonosor. sic ait. Si gram quā
habuisti excidisse te sentis. attende diligenter
quid agis. cogita quib⁹ cogitacoib⁹ vehemēciꝰ
occuparis. Si sola vana meditaris. quid mirū
si futuror reuelacōe fraudaris. In inicio cōuersacionis
tue qn sola eterna sola spualia et futura cogitasti
qn ad sola sublimia suspirasti. Quid mirū si se-
cundū desideriū tuū cōsolari meruisti. Desideriū
inquit pauperum exaudit dns. Si ergo pristinam
illam graciam cupis reformare. renoua in te deuocōm
et scdm monita Johis in apok. memēto vn excidis

et age pniam. et porta opa fac. hec bich. Et no-
tandu q misicors deus se nobis nomq offert
gram infundendo. dum non querit. et fugit dum
querit. vt p hoc nos ad suum amore attendat. et
post se currere faciat. Quod hugo comendat ita. d.
Sepius namqz offert se deus nobis cu no querit.
vt nos ad amore suu attendat. et fugit cu querit
vt nos post se curre faciat. Nisi em prius ipe se nob
ostendet. nemo eu diliget. et nisi dum querit fuget
nemo eum sequi vellet. hec hugo. Unde dns gram
deuocois subtrahit nomqm eciam viris religiosis.
et hoc ideo facit. vt amplius desiderent absentem
et postmodu strictius teneant psentem. De hoc beatus
Bnh9 sic dicit. Qr dns subtrahit deuocom. hoc ideo
facit. vt ampli9 desideres dilatu ne vilescat cito da
tu. Nam si differt. no aufert. Deus em aliqn se
subtrahit. aliqn ad tpus recedit. vt du requirit
absens. strictius teneatur pns. hec Bnh9. Sed deuoti
viri gra deuocois. et spuali dulcedine assuefacti.
cum gra priuantur. magis lugent de amissa dulce
dine. qm prius planxerat admissam pccorp amari
tudine. hoc tam diu facientes. donec miserante deo
cosolacio spualis iterp eis fuit reddita. Qua recep
ta cognoscunt deo eam qua passi sunt teptaconem
ex carencia gratie pbacom fuisse no desolacone.
et ideo visitantur p gram tpe oportuno ne defici
ant. et iterp temptantur ne supbiant. Quod btus Bnh
comendat in quadam auctte ita. d. Deuotus quisqz
nomqm amarius plorat amissa dulcedine. qm
prius fleuerat admissa amaritudine pccorp. et hoc
tam diu facit. donec deo miserante cosolacio redit
Qua redeunte demo cognoscat eam qua passus
est temptacom. pbacom fuisse no desolaconem
porro pbacom fuisse ad erudicom no ad destruccom

Unde et cognita suo de temptatione profectu non tantum
refugit sed etiam temptari appetit. Crebris itaque huius-
cemodi vicissitudinibus inter gratie visitationem et tem-
ptationis probationem in scola virtutum proficiens faciente utique
visitatione ne deficiat. temptatione ne superbiat. tan-
dem tali exercitio mundato oculo interiori. statim ad-
est lux. cui fideliter inherere cupiens sed corpore pressus
non prevalens. ad seipsum nolens dolensque resilit.
Gustato tamen aliquatenus quam dulcis est dominus. ad sua
etiam cum redierit. in cordis palato saporem retinet. quo
fit ut iam ipsum non ipsius bona quecumque desideret.
Hec Wilhelmus. Et considerandum quod nichil in filiis gratie
et in animabus sanctis tantum deo placet. quantum diligens
et tanta maturitate visitationum observantia. Qui enim
venit et recedit periculose ignoratur. Unde dicit beatus Bernardus
Cum spiritus sancti dispensationis vicissitudines vigilantissime non
observantur. tunc fit ut nec absentem desideres. nec presen-
tem glorifices. Nempe qui idcirco recedit. ut avidius
queratur. Quo namque modo si abesse nesciatur requiretur.
et qui dignanter ad hoc redit ut consoletur. qualiter dig-
ne pro maiestate sua recipietur. si nec adesse sentiatur. Ut
vigiles simus et solliciti circa gratias visitationis nostre. quas
unica suavitate divine sue artis incessanter acti-
tat spiritus sanctus in corde nostro. Nunquam ergo sine vigi-
lantia nostre constet gratia veniat vel recedat. Unde dominus
dicit. Vigilate quia nescitis qua hora dominus noster ven-
turus sit. Mens enim que gratiam visitationis non observat
erit ingrata visitatione. Nunquam enim inveniat nos
gratia imparatos. sed semper vultus suspensos. et expan-
sos sinus cordis. prout facultas unicuique nostrum suppe-
tit. ad dominum adventum habeamus. Sed et hoc notandum
diligenter. quod etiam spirituales viri non possunt semper in
uno statu permanere. nec eodem modo in spirituali vita semper
proficere. sed prout dominus donaverit et gratiam suam infuderit

Unusquisque devotus. nunc segnius. nunc alacrius currit viam mandatorum dei. Unde cum aliquis tedio vel accidia se afflictum sentit. propterea non debet diffidere. aut desistere a studio spirituali. sed inmatis domini debet requirere manum. donec consoletur. Ergo quamdiu adest aliquam gratia. delectetur mens. cum vero illa subtracta fuerit. non propter hoc animo concidat. nec tristior quam oportet fiat sed utatur consilio sapientis. Ut in die bonorum videlicet cum habet gratiam. et successus prosperos in rebus spiritualibus. ne immemor sit malorum. hoc est temptacionum et adversitatum quas sustinuit. vel in posterum sustinere potest. Et econverso in die malorum. non immemor sit bonorum. Ut inter prospera et adversa medium tenens. et discrecionem habens benedicat dominum in omni tempore. Ista tangit beatus Bernhardus in tractatu super Cantica ita dicens. Vide illum qui in spiritu ambulat. nequaquam permanere in uno statu nec eadem semper facilitate proficere. et quod non sit in homine via eius. sed quemadmodum ei spiritus moderator dispensat prout vult. nunc segnius nunc alacrius que retro sunt oblivisci. et ad anteriora sese extendere. Ergo cum te accidia vel tedio afflictum sentis. noli propterea diffidere vel desistere a studio spirituali. sed inmatis require manum dicens. Trahe me post te. trahi se obsecrans sponse exemplo. Donec denuo suscitante gratia spiritus sancti. promcior alacrior quam curras viam mandatorum dei. Unde quamdiu adest gratia delectare in ea. nec te existimes donum dei iure hereditario possidere. ita videlicet securus de eo quasi nunquam perdere possis. ne forte cum subito traxerit manum. et subtraxerit donum. tu animo concidas et tristior fias quam oportet. Curabis igitur secundum consilium sapientis Ut in die bonorum ne immemor sis malorum. Atque in die malorum. non immemor sis bonorum Ergo in die virtutis tue noli esse securus. sed clama ad dominum cum propheta et dic. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Porro

in tempore temptacionis consolare et dic cum sponsa. Trahe
me post te. sic non te deseret spes in tempore malo. nec in
bono prudencia deerit. eris quia inter prospera et adversa
mutabilium temporum. tenens quandam eternitatis ymagi
nem. utique habeat inviolabilem et inconcussam constancie
animi equalitatem benedicens dominum in omni tempore. hec bernhardus
¶ Sciendum eciam quod spiritualis adventus in anima est triplex
occultus. dubius et manifestus. Primus adventus dei
occultus dicitur. cum in cordibus eorum. qui peccata mortalia
non committunt. deus per suam graciam inhabitat. qui
propter hoc occultatus dicitur. quia in suis effectibus non
sentitur. Unde apostolus ad ephe. dicit. xpm habitare per
fidem in cordibus vestris. Fides autem catholica hec est
ut quicumque puritatem suam conservaverint. et mortalia pec
cata non commiserint. licet in magnis se non dum exerci
taverint. tamen in illorum cordibus. dicimus esse deum
De hoc occulto adventu dicit ympnus. Vestigia tua non
cognoscentur ¶ Secundus adventus dubius dicitur. cum muta
ciones novarum affectionum in nobis cognoscimus et
sentimus. per quas peccatum quod prius placuit et delec
tabat. nunc per amaram penitenciam displicet et non
delectat. Vera enim penitencia certissimum signum est divine
presencie. cuius spiritus licet dulcis sit. sicut in libro sapie
dicitur. O quam dulcis est spiritus tuus in nobis. nichil tamen
nisi quod amarum est. in eadem penitencia sentitur. hic ergo
adventus convenienter dubius dicitur. id est partim notus
et partim ignotus. Notus ex mutacione devocionis
quia veraciter cognoscitur et sentitur. Ignotus quia
ex sua presencia peregrinam impressionem facit in anima
amaritudinem videlicet cum ipse sit dulcis ¶ Et notandum
quod huiusmodi adventus dubius. oritur ex accipientis
inhabilitate. qui cum multorum malorum sibi conscius
sit atque reus. non potest spiritum sanctum aliter accipere quam
natum et arguentem. licet suam naturalem dulcedinem non relinquit.

Illa enim amaritudo non est ex vementis amaritudine
sed ex infectione recipientis. Sicut enim quis nobilem
potum et dulcem accipit. que ex infectis faucibus
felle non iudicat et amarum. De hoc spiritu dominus dicit.
Ille arguet mundum. id est mundanum hominem de peccato
Tercius adventus dicitur manifestus. quo dominus tunc sub
huius et a viciis bene purgatis. ac virtutibus ornatis
in evidentibus et manifestis graciis operatur. ut hanc graciam
recipientes de dubiis et occultis. et ante graciam penitus
ignotis manifestissime doceantur. De hac dicit propheta. Incerta
et occulta sapientie tue manifestasti michi. Ex hec igitur
dicta iam premissa. colligere possumus quod omnis qui
est in statu gracie. hoc est sine peccato mortali. habet
graciam. aut occultam aut manifestam. hoc est habet
graciam habitualem vel actualem. Sicut enim Ihesus primum
positus est in presepio pannis involutus. sic primum per
mentem spiritualiter natus in nobis habetur. qui quodammodo in
volutus. Tunc enim deum in presepio cordis nostri ha
bemus involutum. quando per fidem habitat in nobis.
et nulla adhuc in calescente devocione sentitur. Cum
autem homo bonis operibus et virtutibus diu exercitatus
in deum sentit in corde suo vehementer ignem caritatis
quem aliis viribus nequaquam sentit. tunc dicitur habi
tare in cordibus nostris. non solum per fidem involutus
sed per sensibilem graciam. qui quodammodo denudatus. De
hac duplici in homine gracia occulta et manifesta dicit Bernardus
Deus et si iustis non desit ad meritum. plerumque abest
ad solacium. Illud utilius. istud iocundius habet. Itaque
et latet dum sensum cordis minime tangit. illa suavi
tas habita sed abdita. Hec Bernardus. Debet ergo quilibet
religiosus se in statu gracie conservare. ab omni peccato
mortali abstinendo. et eciam a venialibus. prout possi
bile est continendo. ut graciam non solum habitualem. verum eciam
actualem a bono domino tempore suo consequi valeat ad suam consolacionem.

quia misericors deus nequaquam deserit se timentes et in
preceptis suis ambulantes. sed tempore et loco consolatur eos.
aut affectum deuocionis vel graciam compunctionis illis in
fundendo. Qui vero p[er]hum[ilitatem] dona sic consolantur. debent
esse grati et domino pro acceptis beneficiis suorum donorum reddere
graciarum actiones. vt ex hoc postmodum maiorem graciam ab
ipso percipere mereantur. de hoc dicit beatus bernhardus ita dicens. Felix qui
ad singula dona gracie redit ad eum in quo est plenitudo
graciarum. cum enim pro acceptis nos ingratos non exhibe
mus. locum in nobis facimus gracie. vt maiora adhuc
accipere mereamur. Omnino enim sola nos ingratitudo a pro
fectu conuersacionis impedit. dum quodammodo amissum
sum reputans dator quod ingratus accepit. Cauet
sibi deceteo. ne tanto plura perdat. quanto plura daret in
grato. hec bernhardus. Ecce quomodo ingratitudo tollit graciam ab
homine. Debemus ergo semper gracias agere omnipotenti deo
pro beneficiis nobis ab ipso impensis. vt beneficia pocio
ra graciarum. et spiritualium donorum ab eo consequi mereamur.

De caritate dei. cap. xv.

Postquam instructus sum
de gracia que per spiritum sanctum mentibus fidelium
infunditur. Nunc de caritate quam idem spiritus
sanctus in cordibus religiosorum ac deuotorum hominum operatur
desidero informari. ¶ De caritate super qua petis in
formari scire debes primo. quod caritas prout diffinitur
in tercio libro sentenciarum est dilectio. qua diligitur deus
propter se. et proximus propter deum. et in deo. Secundum vero
diffinicionem beati augustini. Caritas est virtus qua videre
deum et perfrui desideramus. hec autem nobilissima virtus
caritatis. per donum sancti spiritus infunditur cordibus fidelium
vt possint deum diligere ac amare. Testatur hoc beatus
augustinus in libro de verbis domini. sic dicens. Magna est misericordia dei
mei. Dedit enim dona hominibus. Que dona. Spiritum sanctum
Donum quippe dat equale sibi. quia donum eius spiritus
sanctus est. et vnus deus. tota trinitas. pater et filius
et spiritus sanctus. Quid promittit nobis spiritus sanctus audi apostolum.

Caritas dei diffusa est in cordibus nostris. et ne putaret
quisque a se sibi esse quod diligit deum. Continuo addidit
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut ergo ames deum ha-
bitet in te deus. et amet se de te. id est. ad amorem suum
moveat te. accendat te. illuminet et excitet te. hec Augustinus.
Unde spiritum sanctum ille habere demonstratur qui deum amat. Et
idem beatus Augustinus affirmat cum dicat. Restat ut intelliga-
mus spiritum sanctum habere illum qui diligit. et habendo meru-
it ut plus habeat. et plus habendo plus diligat. hec
Augustinus. ¶ Et notandum quod amor dilectio et caritas. in sacra
scriptura frequenter pro eodem accipiuntur. Ut dicit dyonisius
in libro de divinis nominibus. Ubi sic ait. Communiter et unifor-
miter utendum est in divinis nomine amoris. et nomine dilec-
tionis sive etiam caritatis. Sed considerandum quod affectus
sive amor anime. si rectus est dicitur caritas. si vero
pravus dicitur cupiditas. Unde dicit beatus Augustinus. Nota quod
pes anime amor est. qui si pravus est. dicitur cupidi-
tas vel libido. si rectus est dicitur caritas. hec Augustinus. Amore
namque movetur anima. quasi ad locum quo tendit. id est
ad delectationem bonam vel malam. quo se pervenisse
per amorem letatur. Sed quanto magis cupiditas de corde
hominis eliminatur. tanto maior caritas acquiritur.
De istis motibus anime. beatus Augustinus sic dicit. Caritatem
voco motum anime ad fruendum deo propter ipsum. et se
atque proximo propter deum. Cupiditatem autem motum animi
ad fruendum se et proximo. et quolibet corporeo. non propter
deum. Quanto autem magis regnum cupiditatis destruitur
tanto magis regnum caritatis augetur. Nam caritatis
venenum est spes adipiscendorum. aut retinendorum temporalium.
Nutrimentum eius est imminutio cupiditatis. perfectio
nulla cupiditas. Quisquis igitur eam nutrire vult instet
minuendis cupiditatibus. perfecta enim caritas. nec cu-
piditatem habet seculi nec timorem. per quas duas ianu-
as intrat inimicus et regnat. sed primo dei timore. et
amore pellendus est. hec Augustinus. Item de hac cupiditate

et caritate. et q rebus temporalibus sit utendum ad ne
cessitatem et non ad fruendum. Item beatus Augustinus sic ait
Amor turpis cupiditas dicitur. quo animus se ipso inferio
ra sectatur. Amor bonus caritas vel dilectio dicitur. Quid
quid amaveris. aut hoc est quod tu. aut inferius est te.
aut superius est te. Si inferius est te quod amas. ad contemp
nendum ama. ad detractandum ama. ad utendum ama
non ad diligendum ama. Verbi gratia. Aurum amas no
li te illigare auro. deus posuit sub te aurum. Amor
ergo iste est contempnendus. ad usum ergo assume
da sunt ista. non eis vinculo amoris qui glutino est
adherendum. hec Augustinus. Et nondum q quilibet peccator
longe est a deo. non loco sed dissimilitudine. hoc
est malis moribus et perversa vita. quia sicut per
bonam vitam et amorem dei homo appropinquat deo
Ita per malos mores. et diligendo iniquitatem recedit
a deo. De hoc beatus Augustinus in glossa super psalmos sic dicit. Non
dum q non loco quisque longe a deo. sed dissimilitudine.
Mala vita malis moribus. Si enim bonis moribus
appropinquatur deo. malis moribus recedit a deo. Un
ergo idemque homo corpore stans uno loco. et amando
deum accedit ad deum. et amando iniquitatem re
cedit a deo. Nusquam pedes movet. et tamen potest accedere
et recedere. Pedes enim nostri. in hoc itinere affectus nostri sunt
prout quisque affectum habuerit. prout quisque amorem
habuerit ita accedit et recedit a deo. hec Augustinus. Sed
cum omnium bonorum radix sit caritas. et omnium malorum
cupiditas necesse videtur. ut una destruatur sive extirpetur
ut alia plantetur. quia simul ambe esse non possunt
De hoc dicit beatus Augustinus. Radix omnium bonorum est caritas
Et radix omnium malorum est cupiditas. et simul ambe
esse non possunt. quia nisi una radicitus evulsa fuerit
alia plantari non potest. sine causa aliquis co
natur madere. si radicem non contendit evellere.

hec Aug⁹. Vnde ille abhorret celestia. cui⁹ dilectio est
inclinata ad terrena. De hoc ait Criso⁹. Odit nimirum
et abhorret celestia. cui⁹ dilectio spargitur ad mundana
Ei namque qui dilectioni carnali estuauit. omne quod
salutis sue fuerat. graue et insipidum apparebit. hec
Criso⁹. Oportet ergo ut ille mundi amorem postpo
nat. qui dei amore impleri desiderat. Vnde dicit beatus
Aug⁹. Si habitat in te amor mundi. non est quo
intret amor dei. Vas es sed plenum es. Funde quod habes
vt recipias quod non habes. funde amorem seculi. vt im
pleaiis amore dei. Nam amor mundi et dei pariter
in vno corde cohabitare non possunt. Cepisti deum
diligere. cepit deus in te habitare. Deus pulcher. fedos
et deformes amauit. vt pulchros faceret. Quantum in te
crescat amor dei. tantum crescat pulchritudo. ipsa caritas
est anime pulchritudo. Quisquis ergo contendit habere
se posse dei caritatem sine dei adiutorio. quid aliud con
tendit. nisi habere deum posse sine deo. hec Aug⁹. Necesse
igitur est vt homo qui post carnalem vitam ad spiritua
lia conuertitur. ab hiis quibus prius per inordinatum amorem
adheserat se auellat. vt eo liberius per amorem spirituali
bus rebus inherere valeat. De hoc Hugo de sancto vic
tore dicit. Necesse est vt homo qui a carnalibus ad spiritua
lia conuertitur. prius animo ab aliquibus per affectum inheserat
auellatur. Tunc siquidem libere se spiritualibus per amorem
conglutinat. cum de terrenis affectibus nichil super est. quod
eius mentem in desideria aliena conuertat. Itaque tempus
scindendi est. vt prius homo mentem a desideriis terrenis
auellat. Postea tempus consuendi. vt animo per amorem
spiritualem eternis et permanentibus bonis adherere inci
piat. Sic quippe consuuntur humana et diuina in vnum
vt que duo fuerant per naturam. fiant vnum per gratiam
Compunctio siquidem ipsa acus est/ et dilectio filum.
et facit viam acus. et perforat vtrumque vt filum vtrumque

continuat. hec hugo. Et non̄dum q̄ recede a summo bo
no hoc est a deo. et adherere voluptatibus seculi est for
nicare a dn̄o. Testatur hoc btūs Aug. ita d. Recedere namque
ab illo simplici et singulari bono hoc est a deo.
et in istas voluptates. et in amorē seculi corrup
tiones que terrenas attendere. est fornicari a dn̄o. Ergo
amandus deus sup omnia est. et p amorē eius. ita
ut si fieri potest nosmetipsos obliviscamur. oblita est
enim anima seipsam sed amando mundū nunc oblivis
citur se. sed amando artificem mundi. hec Aug. hinc
est q̄ homo toto affectu. non pt̄ suam dilectionem
dirigerē in deū. quia animus eius. dum p res vanas
et transitorias occupatur. et p amorē inordinatū im
plicatur minus habilis ad diligendū deum seu celestia
efficitur. De hoc btūs Aug. q̄si plangendo in lib°. solilo q̄rum
sic ait. o lux mentis. o lux veritatis. o vera deitas.
que illuminas lucens omnem hominem venientem in hunc
mundū. venientem quidem sed nō diligentem quia
qui diligit eū. inimicus dei constituitur. Expelle tene
bras de superficiem abyssi mentis mee. ut videat te
te intelligendo. ut cognoscat te comprehendendo. ut diligat
te cognoscendo. Quisquis enim cognoscit te. diligit te
obliviscitur se. amat te plus quam se. relinquit se. ve
nit ad te. ut gaudeat de te, hinc est ergo dn̄e. q̄ nō
tm̄ diligo. quātū debeo. quia nō plene agnosco te
Et quia parū te cognosco. parum te diligo. parum gau
deo. sed a te vō interiori gaudio p exteriora recedo.
et dum te solo careo. adulterinas amicicias in his
exterioribus quero. Et sic miser ego cor meū quod tibi so
li debui. toto amore. totoque affectu impendere. vanis
que dedi. et vanus effectus sum. dū vanitatē dilexi.
hinc est ergo dn̄e q̄ in te non gaudeo. et ideo tibi nō
adhereo. quia ego exterioribus. tu in interioribus. Ego in tem
poralibus. tu in spiritualibus. Ego in transitoriis animo

diffundor. cogitacione vsor. locucione implicor. et tu
dne in eternis habitas eternitate. ego in terris / tu dili
gis alta. ego infima / tu celestia ego terrena. et qn po
terunt hec omnia conuenire. Miser ego. qn poterit obliq
tas mea tue rectitudini adequari. hec Aug. Vnde
quilibz homo deuotus debet quantu preualet dno auxi
liante cor suu ab amore creature. et corp tunsentum ex
tute et pdilectione suo conditori adherere. ne amando
creatura amittat suu et omn reru creatore et pconseqns
efficiatur adult. Nam anima deserto creatore et amans
creaturaz adultera est. Vnde ad amandu creatore et non
creatura. btus Aug hortatur ita d. Disce amare in crea
tura creatore. et in factura factore. ne teneat te qd
ab illo fctm est. et amittas eum a quo et ipse factus
es. Velinque omnes amores. pulchrior est ille qui
fecit celu et terram. Euelle igitur cor tuu. ab amore cre
ature. vt inhereas creatori. Si aut deseris eu qui te fe
cit. et amas illa que fecit. deserto illo qui fecit adul
ter es. Anima enim deserto creatore amans creaturam
adultera est. Illius enim amore nichil castius. nichil
delectabilius est. Illo deserto. hoc amplectendo efficie
ris immunda. O anima vt illius amplexu digna sis
dimitte ista. et illi inherere gratis noli dilige deu ppt
pmiu. sed gratis cole eu et ipm accipies. Quidqd ei
tibi aliud dederit. minus est qm ipse. Adherens aut aia
dno. incipit securitate hre et libertate. nec pauores
sustinet nec timores. hec Aug. Ergo scdm dtm beati
Bnhardi. Amor extrinsecus cor mm non occupet
quia non possunt commisceri vera vanis. eterna caducis
spualia corporalibus. summa ymis. Vnde pulcre dr btus
Aug. Boni ad hoc vtuntur mundo. vt fruantur deo. Ma
li aut vt fruantur mundo vti volunt deo. Ergo anima
deuota. tum diuino igne. hoc est caritate accensa
fuit. cuncta que infra sunt despicit. et soli deo intendit.

De hoc Cassio⁹ sic dicit. Anima enim cum ignita fuerit ig
ne diuino. ad nichil eorum que sunt in terra de reliquo
inspirat. nec ad gloriam nec ad verecundiam. sed ad vnam
solam que detinet eam flammam. hec Cassiodorus. Vbi con-
siderandum. quod anima sine amore esse non potest
aut enim concupiscat terrena. aut diligit celestia Quod
affirmat quedam glosa super hec verba. Qualiscumque amor
sit vacare non potest. Nam si terrenus est. animam
ad concupiscendum terrena inclinat. Si vero celestis est
ad celestia sublevat. et ad eterna inflammat. Alligata
enim anima terreno amore fiscum habet in pennis. vo-
lare non potest. sed amor sanctus. ab hoc fisco solu
tam ad supernam gloriam levat in celum celestem. hec
glosa. Nam secundum dictum beati Augustini. Anima media inter
deum et creaturas posita conversione ad deum illuminatur.
melioratur. perficitur. conversione ad creaturas obtenebratur
deterioratur et corrumpitur. Quia prout dicit beatus Gregorius. Illi
qui bona temporalia appetunt. veluti in nichilum rediguntur.
quia dum manentem dei essenciam deserunt. diligentes tran-
sitoria quasi ad non esse tendunt. hec Gregorius. Nam sicut vi
ta corporis anima est. ita vita anime est deus. Et sicut cor
pus moritur cum animam emittit. ita mors est anime
non diligere deum. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Sicut enim
vita corporis anima est. ita vita anime deus. Sicut expi
rat corpus cum animam emittit. ita expirat anima cum
deum amittit. Deus amissus. mors anime. anima
amissa. mors corporis. Et licet corpus nostrum possit mo
ri. tamen id ipsum quo diligimus. scilicet anima mori non potest
nisi dum non diligit deum. cum mors est non diligere deum. quod nichil
est aliud quam ei quodque diligendo atque obsequendo preponere. hec Augustinus.
¶ Et notandum quod inter amorem mundi et dei. hec est
differencia. Nam amor mundi in principio dulcis esse
videtur. sed finem habet amarum. sic e converso amor
dei incipit ab amaritudine. et eius vltima sunt
plena dulcedine. Hoc affirmat Hugo. ita dicens.

Inter amorem mundi et dei hec est differencia. quod amor
mundi in principio dulcis esse videtur. sed fine habet amarum
Amor vero dei ab amaritudine incipit. sed ultima eius
dulcedine plena sunt. Quod ondit dominus in ewangelio dicens.
Omnis homo primum bonum vinum ponit. quia in sua
delectacione falsam quandam dulcedinem sentit. Sed postquam
furor mali desiderij mentem inebriauerit. tunc quod deterius
est propinat. quia spina consciencie superueniens. mentem quam
prius falso delectabat grauiter cruciat. sed sponsus in
postremo vinum bonum porrigit. dum mentem quam dulce-
dine sui amoris replere disponit. quadam prius tribula-
cionum compunctione amaricari sinit. Ut post gustum ama-
ritudinis. avidius bibatur suauissimum poculum caritatis
quia inde peccator. et penitens de misericordia dei fiduciam
habere incipit. quod post longa meroris tedia sancti spiritus
consolacione. cor suum relevari sentit. Hec hugo. Sciendum
dum est. quod cure et sollicitudines impediunt feruorem caritatis
Teste beato Bernhardo qui sic ait. Fons vite est caritas. nec
viuere animam dixerim. que de illo non hauserit. Hau-
rire porro quomodo potest. nisi fuerit presens ipsi fonti qui
caritas est. que deus est. presens ergo deo est. qui deum
amat. In quo enim minus amatur. absens profecto est
In eo autem minus deum amare conuincitur. quod curis adhuc
necessitatibus occupatur. Et quid est hoc. nisi a deo quedam
absentacio. quid nisi peregrinacio. et peregrinamur quidem
a domino et in corpore peregrinamur. cum minus et intencio
prepeditur cupidinis. et caritas curis fatigatur. Hec Bernhardus
Sed et hoc nondum. quod anima humana. sine amore ne-
quaquam esse potest. quia aut diligit terrena siue carnalia
aut amat celestia seu spiritualia. Sed debet spiritualis
amor. carnalem amorem reprimere. et dulcedo amoris
dei. illicitam dulcedinem superare. De hoc dicit beatus Leo. Diffi-
cile est humanam animam non amare. et necesse est. ut in
quoscumque mens inclinabatur affectus. ergo carnis amor
spiritus amore superetur. desiderium desiderio restringatur.

quidquid inde minuit. Hinc crescat. Hec Ieron. Dicit etiam
de hoc beatus Bernh. Vicit igitur suauis et dulcis affectu
tuo domine ihesu. contra male utique dulces vite carnalis
illecebras. et vincat dulcedo dulcedinem. quemadmodum
clauum clauus expellit. Quia sicut mors violenter
separat animam a corpore. ita dilectio dei violenter segregat
hominem a mundo. et a carnali amore. Hec Bernh. Nam
qui minimam guttam diuine dilectionis gustauerit. om
nem dulcedinem transitoriam contempnit. et sola sibi suaui
tas diuina dulcescit. Unde dicit hugo. Quicumque nimirum
quantulamcumque minimam guttam diuine gustauit caritatis
iam ei desipit. omnis dulcedo transitoria. et sola dul
cescat suauitas caritatis que diuina. Hec hugo. Oportet
ergo qui deum in corde suo habere desiderat. ut affectum
suum et dilectionem ab omnibus rebus terrenis et honori
bus. et ceteris omnibus. que cum deo amari non possunt
abstrahat et in deum dirigat. Quod affirmat beatus Aug.
ita dicens. Qui deum in corde suo desiderat habere. oportet
ut amorem suum. de rebus. de honoribus. de amicis. et
per consequens de omnibus. que in deo et cum deo. et propter
deum diligi non possunt abstrahat. Hec Aug. Uni
deum timere et diligere consueuerunt.
deuote anime que deum timere et diligere consueuerunt.
mortificatis in se cupiditatibus. voluntatem dei sue
voluntati preferunt. et pro amore illius se non amant.
Quod leo papa tangit ita dicens. Sapientes anime que v
num timere. unum diligere. et unum sperare didicerunt
mortificatis cupiditatibus. et crucifixis corporis sen
sibus voluntatem dei sibi preferunt. et pro dei amore se
non amant. Cumque audiunt sibi diuinitus dici
post concupiscentias tuas non eas. et a voluntate tua
auertere. diuidunt affectus suos. et legem mentis
a corporis lege discernunt. Ut ex quadam se parte sibi de
negent. perdentes se in hys que carnaliter cupiunt
et inuenientes se in hys que spiritualiter concupiscunt

hec leo. Sciendū est put dicit hugo. q flāma libidīs
est amor carnis. eos quos accendit consumit. Amor
vēo sapīe lumē habet. sed cōsumptōm nō habet. et si ac
cendit frigidos ardentes facit. non tamē cōburit. Vn̄
quilibz pccōr. qm̄uis ppt culpam pcī. nimis in corde
suo. in frigidatꝰ fuerit. non despet. sed p p̄mam con
uersiō ad dnm. et calorem caritatꝰ xp̄i. in se pcīnus
reformabit. De hoc allexander sic dicit. Nemo despet
hominum. q̄ntulacūqz enī quis ob culpam frigidus fuit
dum tamē cōuītꝰ. caritate xp̄i validius inflāmescit.
Dicit etiā de hoc Cassianus. Cum enī mēs a culpa lota
fuerit. atqz xp̄o applicuerit. scintillas caritatis in se
xp̄i pcīnꝰ reformabit. Sed et hoc considerandū. q oīs
suauitas. et omīs opulencia creaturarꝫ. cor hoīs afficē
possūt. sed non saciare. pret deū qui solus implere et
saciare aīam potest. De hoc hugo sic dicit. Omīs iocū
ditas omīs suauitas. omīs potencia. omīs opulencia
creaturarꝫ. afficē cor humanū possūt. saciare nō pnt
Dicit etiā de hoc btūs Bnh̄ꝰ. ad ymaginē quippe dei fcā
est anima racionalis. ceteris omnibus occupari potest
repleri oīno nō potest. Capacē dei quicqd min̄ est dō nō
implebit. Vnde est. q natali quidem desiderio. sūmū
quiuis pbat appetē bonū. nullā nisi adepto eo requi
em habiturꝰ. hec Bnh̄ꝰ. Vnde dicebat anshelmꝰ. Omīs
creatura que deus non est. michi inopia est. Ideo scī
viri. postposito amore rerum t'serīan. et oīm que in
mūdo sūt. vel q̄d carnalit delectari potest. se pocius
cōtulerūt ad amandū deum. et ea que sp̄ualia sūt
diligētes quedā cibū. quedam amplexū sp̄ualē. q̄ndā
lucem. et quedam odorē. interioris sui hoīs. vbi verā
requiē inuenire et assequi possent. De tali amore btūs
Augꝰ in lib. cōfess̄ sic ait. Quid amo deus meus cum te
amo. non spēm corporis. non decus tp̄is. nō candorē lu
cis amicū oculis. nō dulces melodias suauiū cātilenarꝫ.

non florū vngentorꝝ et aromatū suaue olentia
non māna et mella. non membra acceptabilia
carnis amplexibus. Non hec amo cū amo deum
meū. et tamē amo quēdam lucem. et quēdā vocem
et quedā odorem. et quedam cibū. et quedā am=
plexū. cum amo deū meū. lucem. vocem. odorē
cibum. amplexū interioris hominis mei. vbi ful
get anime mee qđ non capit locus. et vbi sonat.
qđ non rapit tempus. et vbi olet qđ non spargit fla
tus. et vbi sapit. qđ nō minuit edacitas. et vbi heret
quod nō diuellit sacietas. hoc est qđ amo. cū deum
meū amo. hec aug⁹. Ecce quō spūales viri nō tēpa
lia vel que cernunt. sed pocius spūalia et meliora
bona diligūt. De effectibus caritatis et qđ est qđ prouocat ad dilectionem dei. capitulum

Cupio eciam aliqua scire de effectibus caritatis
et quid est quod possit hominem promouere
ad dilectionē dei. Debes scire quod ad dilectionem
dei excitandā. et eciam augmētandā in nobis. nichil
ita valet. sicut frequēs consideracio beneficiorum eius.
Testatur hoc beatus aug⁹ qui sic dicit. Ad dei dilectionem
in nobis excitandā. nutriendam et augmētandā
nichil ita valet. sicut beneficiorum eius frequēs et dili
gens consideracio. hec aug⁹. Debet namque homo
religiosus cogitare. et perpendere beneficia. et graciam sibi
a deo preteris collatā. Nam multe sūt generaciones
hominum. que sine fide ac agnicione. in perdicionem eternam
dilapse sunt. vel eciam in fide catholica existentes.
sed carnaliter et male viuētes. in perpetuā dampnacionem
inciderūt. Ipse vero pre omnibus hijs est a deo electus
et ad viam salutis vocatus. ac ipsius gracia roboratus
huiusmodi enim beneficia dei in mēte pertractare. dant
materiam magnā ipsum deū diligendi ac amandi
De talibus beneficijs dei beatus aug⁹. commemorat ita. dicens
O anima mea si cogitare potes. quid et quales in
comparacione tui abiecti sunt. qui graciam que data

tibi est consequi non valebat. Audisti certe ab inicio
usque nunc. quomodo multe generaciones hominum transierunt
que omnes sine cognicione dei. et precio sui sanguinis
in interitum eternum dilapse sunt. omnibus illis redemp
tor tuus amator tuus te pretulit. quomodo tibi graciam lar
gitus est. quam nullus illorum percipere meruit. Tu sola
pre illis electa es. et quare id in te factum sit. nullam
preter amatoris tui caritatem causam poteris assignare
nec aliquid habes. nisi quod saluum me fecit. quoniam voluit
me. Nunquid fortior. dicior. nobilior. aut virtu
osior omnibus illis fuisti. que graciam electionis
et familiaritatis pre omnibus consequi meruisti.
O quot fortiores nobiliores. virtuosiores ibi fuerunt
et tamen vniuersi abiecti perierunt. Hec Augustinus. Non solum
autem sunt beneficia dei recolenda. sed et peccata prius com
missa ad memoriam sunt reuocanda. non ad delecta
cionem in eis. sed quomodo per misericordiam dei et per graciam absolu
tus sit vniuersisque ab eis. Vt pro tanto beneficio sibi
a deo collato. feruencior sit ad ipsum diligendum et amandum
hoc faciebat beatus Augustinus. cum in libro confessionum sic diceret
Recordari volo transactas feditates meas. et carna
les corrupciones anime mee. non quod eas amem. sed
ut te amem deus meus. amore amoris tui facio. istud
recolens vias meas . nequissimas in amaritudine
recogitacionis mee. Vt tu dulcescas michi dulcedo non
fallax. dulcedo felix et secura. colligens me a disper
sione. in qua frustratim discissus sum. dum ab vno te
auersus in multa euanui. exarsi enim aliquando saciari
inferis in adolescencia. et siluescere ausus sum varijs
et vmbrosis amoribus. et contabuit spes mea et
computrui coram oculis tuis. placens michi. et pla
cere cupiens hominibus. Et quid erat quod me delectabat
nisi amari et amare. et exalabantur nebule. et de limo
sa concupiscencia carnis. et obfuscabant cor meum
vt non discerneretur serenitas dilectionis tue a caligine
libidinis. cum nichil blandius sit tua caritate. Nec quicquam

amatur salubrius. qm̄ illa preclaris formosa et lucio
sa veritas tua. Ubi requies certa reperitur. Tu enim
es plenitudo. et indeficiens copia incorruptibilis
suauitatis. Quies est apud te valde. et vita imp
turbabilis. Qui intrat in te. intrat in gaudium dn̄i
sui. et non timebit. et habebit se optime in optio.
Defluxi abs te ego et erraui deus meus. nimis
deuius a stabilitate tua. et factus sum michi
regio egestatis. hec Aug9. Perpendere debet etiam
quisqȝ deuotus misericordias dn̄i. quo enim per suam
graciam visitat et consolatur. ac si omnium oblitus
sibi soli intendat. Hanc pietatem dn̄i magnam
beatus Aug9 circa se senciebat cum dicebat. Cum
dei misericordias circa me attendo. sic michi videtur
quod si phas est dicere. quodammodo nichil agit deus. nisi
ut saluti mee provideat. et cum per me totum occupatum
video. quasi omnium oblitus. michi soli velit vacare.
hec Aug9. Item dicit. O bone deus omnipotens. qui
sic unumquemqȝ nostrum curas tamquam solum cures. et
sic omnes tamquam singulos. hec Aug9. Hec igitur bene
ficia iam premissa. et alia quecunqȝ fidelib9 a deo
ex hibita. dant materiam ipsum deum amandi et
super omnia diligendi. Unde et beatus Aug9 per huius modi
beneficia ad diligendum deum sic hortatur. d. Diliges deum
tuum. qui preciis tuis. iis. seruire facit virginem tuam summi
qui tibi destinauit angelos in ministerium. qui tibi de
dit celum cum siderib9. aerem cum volatilib9. terram cum
animalibus et germinibus. aquam cum piscibus. Maio
rem ergo eius ca ritati iniuriam facis. si dona
eius accipis. et diler cionis vicissitudinem non
rependis. Aut ergo dona illius si potes respue.
Uel si respuere non potes. dileccionis vicissitudi
nem rependere. hec Aug9. De effectibus vero caritatis
primo sciendum quod caritas non statim perfecta est
cum nascitur in homine vel habetur. sed nascitur

vt pficiatur. deinde roboratur. vltimo vero pficitur.
De hoc btus Aug. sup Canonicam Johis sic dicit. Aug.
mox vt nascitur caritas pfecta est. primo ut pficiatur
nascitur. cum fuerit nata nutritur. cum fuerit nutri-
ta roboratur. cum fuerit roborata pficitur. cum ad pfectum
venerit dicit. Cupio dissolui et esse cum xpo. hec Aug.
De hac igitur virtute videlicet caritate. cum possessa fuit
generantur alie virtutes. scilicet strenuitas morum. exequu-
cio bonorum operum. ac ceterarum virtutum. Unde dicit btus
Aug. O felix amor ex quo nascitur strenuitas mo-
rum. puritas affectionum. sublimitas intellectuum.
sanctitas desideriorum. claritas operum. fecunditas vir-
tutum. et dignitas meritorum. hec Aug. hec namque
caritas cum mentem hominis plene cepit. ad innumera
virtutum opera eandem multiformiter accendit. Quod
pbat btus Greg. in decimo libro moralium. exponens illa verba.
et quod multiplex sit lex eius. ita dicit. Bene igitur lex
dei multiplex dicitur. quia nimirum cum vna eademque
sit caritas si mentem plene cepit. hanc ad innumera
opera multiformiter accendit. Cuius nimirum legis mul-
tiplicitatem bene paulus enumerat dicens. Caritas paciens
est benigna est. etc. Paciens quippe est caritas. quia
illata mala equanimiter tollerat. Benigna est vero. quia
pro malis bona largiter ministrat. Non emulatur. quia
pro hoc quod in presenti mundo nil appetit. invidere terrenis succes-
sibus nescit. Non inflatur. quia cum premium interne
retribucionis anxie desiderat. de bonis se exterioribus
non exaltat. Non agit perperam. quia quo se in
solum dei et proximi amorem dilatat. quicquid a
rectitudine discrepat ignorat. Non est ambicio-
sa. quia quo ardenter intus ad sua sathagit. foris
nullatenus aliena concupiscit. Non querit que sua
sunt. quia cuncta que hic transitorie possidet. velut
aliena negligit. cum nichil sibi esse proprium. nisi quod
secum permanet agnoscat. Non irritatur. quia

iniuriis lacessita · ad nullos se vltionis sue motus
excitat · dum pro magnis laboribus · maiora post
premia expectat. Non cogitat malum · quia in amo
re mundicie mentem solidans · dum omne odium radicitus
eruit · versare non sinit in animo · quod inquinat
Non gaudet super iniquitate · quia quo sola dilectione
erga omnes inhyat · nec de perdicione adversantium ex
ultat. Congaudet autem veritati · quia ut se ceteros di
ligens · per hoc quod rectum in aliis conspicit · quasi de aug
mento proprii profectus hilarescit. Multiplex quoque
ista lex dei est · que contra vniuersa culpe iacu
lum quod perimenda mente impetit instructionis
sue munimine occurrit. Ut quia antiquus hostis va
ria temptatione nos obsidet · ipsa hunc de nobis mul
tipliciter expugnet · hec gregorius. Beatus eciam Bernhardus verba
apostoli iam recitata · et quedam alia in tractatu de
caritate · exponendo prosequitur sic dicens · Sola enim caritas
est · que in adversis non deficit · quia paciens est · que
inimicias non rependit · quia benigna est / quam feli
citas aliena non cruciat · quia non emulatur
Quam conscientia mala non pungit · quia non agit perperam
Que in honore non extollitur · quia non inflatur ·
Que in abiectione non confunditur · quia non est
ambiciosa · quam cupiditas non coartat · quia non
querit que sua sunt · quam contumelie non provocant
quia non irritatur · quam sinistre suspiciones non
fedant · quia non cogitat malum · quam aliena mala
non letificant · quia non gaudet super iniquitate · quam
errores non cecant · quia congaudet veritati · quam
persecutores non frangunt · quia omnia suffert · quam
perfidia non indurat · quia omnia credit · quam desperatio
non absorbet · quia omnia sperat · quam mortis separa
cio non intercidit · quia nunquam excidit. Quid mirum
si morte non vincitur · que fortis est ut mors · immo
morte fortior · que ipsam quoque mortem mori coegit.

in morte redemptoris. O insuperabilis virtus caritatis
que ipsum quoque insuperabilem superasti. et cui omnia
subiecta sunt. omnibus quodammodo subiecisti. Dum vincitur
amore. deus factus est. obprobrium hominum. et abiectio
plebis. Propter nimiam enim caritatem. qua dilexit nos
deus. continere vltra non potuit in ira sua miseri-
cordias suas. quoniam dilectam animam suam exponeret
inimicis propter amicos suos. Vt mortis timorem pariter
tolleret ab amicis suis et vigorem. Et si contra deum
fortis fuit. quanto magis adversus homines prevalebit.
hec Bernhardus. ¶ Vbi notandum quod habentibus caritatem. omnia
illis cooperantur in bonum. Teste beato Augustino qui dicit.
Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Tales enim
deus consolatur prosperis. et exercet adversis. Nam
propria corporis infirmitate exercetur humilitas. afflictione
paciencia. contradictione sapiencia. odio. benivolencia. hec
Augustinus. Caritas est magne efficacie est. ipsa namque
est salus morum. mors criminum. vita virtutum. causa
meritorum. et premium perfectorum. ¶ De hac prosper in libro
de vita contemplativa sic ait. Caritas est voluntas
recta. ab omnibus terrenis ac presentibus prorsus aversa
iuncta deo inseparabiliter et unita. igne quodam sancti spiritus
a quo est et ad quem refertur incensa. Inquinamenti omnis
extranea. corruptionis nescia. nulli vicio obnoxia.
Super omnia que carnaliter diliguntur excelsa divine con-
templationis avida. In omnibus semper invicta. salus
morum. mors criminum. vita virtutum. virtus pugnancium
palma victorum. causa meritorum. bonorum premium per-
fectorum. sine qua nullus deo placuit. cum qua non
potuit aliquis peccare. Fructuosa in penitentibus
leta in proficientibus. gloriosa in perseverantibus. victo-
riosa in martiribus. operosa in omnibus omnino fide-
libus. ex qua quicquid est boni operis viget. hec prosper.
Quisquis igitur hanc caritatem habuerit. et cuius cor et
animam hec nobilissima virtus possederit. talem magnum

anima superbia non inflat. invidia non devastat. avaricia non excecat. luxuria non inquinat. secura est in adversis. in prosperis temperata. mundum spernens. et deum super omnia diligens. hec tacens deum cogitat. loquens nil aliud nisi quod ad dei amorem pertinet loqui desiderat. alios ad caritatem exhortando inflammat. semper leta et semper benigna. hec et hiis similia deus operatur in anima devota. cum ipsam visitat per sue caritatis et dilectionis dona. De hoc hugo de sancto victore in libro de caritate sic ait. Anima in qua caritas habitat superbia non inflat. invidia non devastat. ira non dissipat. tristicia mala non vexat. avaricia non excecat. gula non inflammat. luxuria non inquinat. semper munda est. semper casta est. semper quieta. semper leta. semper pacifica. semper benigna. semper modesta. in adversis secura. in prosperis temperata. mundum contempnens. et deum diligens. omnium bona amando sua faciens. sua omnibus libenter inpartiens. non timens inopiam. non magnopere expetens habundanciam. In quo caritas dei est. semper cogitat. quomodo ad deum perveniat. quomodo mundum relinquat. quomodo scandala evadat. quomodo vitam eternam inveniat. semper cor suum habet ad desiderium in superna elevatum. Si quando ambulat si quando sedet. si quando agit. si quando quiescat. quidquid egerit cor a deo non recedit. Tacens deum cogitat. loquens nil preter deum. et quod ad dei amorem pertinet loqui desiderat. alios ad caritatem exhortando inflammat. caritatem omnibus commendat. Quam dulcis amor dei. quam amarus et quam impurus sit amor huius seculi. non solum voce. sed opere quoque omnibus demonstrat. deridet huius mundi gloriam. sollicitudinem arguit. et quam stultum sit in hiis que transeunt fiduciam habere ostendit. Miratur cecitatem hominum qui hec diligunt. miratur quo iam dudum vanitas hec transitoria et caduca omnes non contempnunt.

Istis indiciis caritas se prodit. et eos in quibus habitat
non solum intrinsecus voluntate. sed et foris conversacione
discernit. hec hugo. Qui ergo vult. prout ergo dicit Basilius
verum dilectionis pregustare. xpm discat suaviter amare
quia xps amor est. Amor autem secundum dictum hugonis
est dulcedo saporis intimi. et quanto ferventius quis
amat. tanto suavius gustat. Et notandum quod sola
caritas et dilectio est que discernit inter filios dei et
filios dyaboli quia qui habent caritatem. ex deo nati sunt
hoc probat beatus Augustinus ita dicens. Dilectio sola discernit inter
filios dei et filios dyaboli. Signent se omnes signo crucis
cantent omnes alleluya. baptisentur omnes intrent
ecclesiam. impleant parietes basilicarum. non discernun-
tur filii dei a filiis dyaboli nisi caritate. Qui habent
caritatem nati sunt ex deo. hec Augustinus. Nam omnes species
iusticie quas servi xpi habent in veritate. possunt eciam
~~et~~ perversi homines et servi dyaboli habere in simulacione
Solam autem caritatem habere non possunt. et ideo per nullum
signum sic cognosci potest. Ubi vel in quo habitet
spiritus sanctus sicut per graciam caritatis. hoc affirmat
Crisostomus cum sic ait. Omnes quippe species iusticie quas
habent servi dei in veritate. possunt habere servi dyaboli
in simulacione. Solam autem caritatem spiritus sancti non possunt
Ideo hanc privatam speciem caritatis sibi servavit spiritus sanctus.
quia per nullum testimonium sic cognoscitur. Ubi est spiritus
sanctus. sicut per graciam caritatis. hec Crisostomus. Sine caritate
ergo nulla virtus. nec aliquod exercicium spirituale homini
prodesse potest. et ideo solum amorem deus a nobis
exigit. Ut virtuose operaciones quas ipso donante facimus
per easdem domino mediante caritate placeamus. De hoc
beatus Bernhardus in tractatu de caritate sic ait. Solus igitur
amor est quem a nobis deus exigit. eciam cum beneficiis
obruit. vel flagellis corripit. vel instruit. vel man-
datis astringit. Plenitudo legis est caritas. et legem
continet et prophetas. quia quidquid lege divina indicitur.

vel mediatur ad solum amorem reducatur. Solue tributum
amoris et dño noueris satisfactum. Quid enim inquit
nobis prodest tanta in nostro victu parcitas. in habitu vili
tas. in vigilijs et disciplinis iugis austeritas pacienter
accipe. Quedam sunt caritatis obsequia placencia
et placancia si in caritate fiant. ac sine caritate inchoata
persunt. Hec est virtus in qua nec minimum opus respuitur
sine qua nec maximum acceptatur. Non predicacio est
si linguis fiat angelorum. Non fides est si montes trans
ferat. Nec elemosina est. si omnes facultates meas
in cibos pauperum distribuam. Non corporis afflicio
eciam si tradat corpus ita ut ardeat. Nec missarum
sollempnia quia ante fratris reconsiliacionem munus
offerri prohibet. hec Bernhardus. Bona enim opera que per fide
les exercentur. tanto magis sunt meritoria. quanto va
lenciius ex caritatis virtute procedunt. De hoc per quendam
sic dicitur. Bona namque opera qualiacumque sunt. tanto
magis meritoria fiunt. quanto vicinius ex intimis
caritatis visceribus procedunt. Ex quo contingit quod aliquis
in magno et arduo opere bono minus meretur. quam qui ex
minori caritate facit illud. quam alius in modico opere
quod facit ex maiori caritate. hec ille. Ipsa eciam
caritas debiles quosque ad bonum opus agendum
roborat. et facit iugum Christi suaue et onus eius
leue. et ut facilius homines vinceret. ipsa prius deum
superauit. quando impassibilem vulnerauit. et eciam
mortalem fecit. De hoc beatus Bernhardus sic ait. Vere
dulcis et suauis cibus est caritas. que fessos al
leuat. debiles roborat. mestos letificat. iugum
denique veritatis facit suaue. et onus leue. Cari
tas recte ut nos facilius vinceret. prius deum supa
uit. vulnerauit impassibilem. ligauit insupa
bilem. traxit in commutabilem. eternum fecit mor
talem. Nulla vero maior dileccio. nullus amor
sincerior. nullus affectus ardencior. Nulla ca

ritas sanctior. qm qz mortuus est pro nobis inno
cens. nichil quod in nobis amaret inveniens.
Hoc aut totu ut dura nra corda emolliret. et inse
sibiles et emortuos affectus nros qi excitando susci
taret. hec Bnh9. Unde omnis qui habet caritatem
dei non tepescit. nec pt amor xpi esse ociosus. ope
rat enim magna ubi adest. Si aut operari bonum
opus contempnit amor non est. De hoc dicit
btus Greg. in omelia. Numqz est amor dei ociosus
operatur enim magna si est. Si vero operari renuit
amor non est. Ergo probatio dilectionis exhibitio
est operis. hec gg. Dicit etiam de hoc btus Bnh9. O
bone ihu amor tuus no est ociosus. qui te dili
git non tepescit. Memoria tua sup mel dulcis
meditatio tua plus qm cibus suavis. loqui de
te plurima refectio. cogitatio de te pfecta cosolatio.
adherere tibi vita etna. hec Bnh9. Caritas etiam cu
cor hominis possederit. scdm dcm bti Bnhdi liberu
donat. timorem pellit. laborem non sentit. meritu
non intuetur. pmiu non requirit. et cu plus oi
bus urget. nullus terror sic sollicitat. nulla pre
mia sic invitat. hec Bnh9. Diligenda ergo est utl
caritatis. quia omnis qui possidet eam dives est. ois
vero qui illa caret. paup et miser est. De hoc dicit
Basilius. Thesaurus indeficiens amor est divinus
quem qui habet est dives. quo quis caret paup
est. Dicit etiam de hoc btus Aug9. Caritas est dulcedo
et salubre vinculu mentiu. sine qua dives paup
est. et cu qua paup dives est. quia dilectione dei
nichil dulcius. dulce verbum. sed dulcius factum
hec Aug9. Unde habens caritatem alia qz plurima
bona consequitur et percipit. Quisquis vero illa ca
ruerit. etiam hoc qd videbatur accepisse amittit. Tes
tatur hoc btus gg9 in quadam omelia sic d. Quis
qs caritatem habet. eciam dona alia percipit Quisqs

caritatē nō habet. etiā que percepisse videbatur
amittit. Hec greg. Et btūs Aug. idem sentit cū dicit.
Attende quāta est caritas. que si desit. frustra ha
bent cetera. Si aūt assit habent omnia. adde cari
tatē et omnia proficiunt. detrahe caritatē. cetera nichil
prosunt. Caritas ergo est vita virtutū. quā si abstu
leris virtutes illico moriuntur. Unde omnium divinarum scrip
turarum plenitudo. et plenitudo legis est dilectio dei
et proximi. Si non vacat omnes paginas perscrutari
omnia scripturarum secreta penetrare. tene caritatem
ubi pendet omnia. Hec Aug. Debemus ergo attendere
ad creatorē nrm. non gressu pedum. sed bonis
moribus et sincera dilectione. ut presencia ipsius in
cordibus nris hr̄e et sentire valeamus ad nram co
solacōm. De hoc btūs Aug. sic dicit. Ad deum qui
ubique presens est. ubique totus est. non pedibus
licet ire sed moribus. Mores aūt nri. nō ex eo
quod quisque novit. sed ex eo quod diligit diiudicari so
lent. Nec faciunt bonos vel malos mores. nisi
boni vel mali amores. Tanto aūt nobis melius
est. quāto magis in illū imus. quo nichil est melius.
imus vō non ambulando sed amando. Quē tāto
habemus presenciorē. quāto eundē amorē quo in eum
tendimus. poterimus habē puriorē. Hec Aug. Nichil
eciam terribilius est malignis spiritibus. quam fervens
dilectio dei. qua devoti estuant et afficiuntur. quam
cū hominibus religiosis adesse senserint. mox fu
giunt atque discedunt. Quod affirmat Raban. ita dicens.
Nil terribilius cunctis est demonibus. quam cū in dei
dilectione et desiderio estuamus. Dicit eciam de hoc btūs Amb.
Cum enim mens incendio caritatis xpi estuaverit
ab ea mox omnis maligni calliditas versuciaque
discedit. Hec Amb. Nam hostis antiquus casti
tatē abstinenciā et ceteras virtutes si sine caritate fue
rint non timet. Solam vō caritatē quā erga
deum habemus. et amorē humilem. quē nobis

vicissim impendimus pertimescat. Hoc testatur beatus
Gregorius sic dicens. Antiquus hostis castitatem in nobis si
sine caritate fuerit non timet. quia ipse carne
non premitur ut dissoluatur luxuria. Abstinentiam
non timet. quia ipse cibo non utitur qui necessitate
corporis non urgetur. distractionem rerum terrenarum non
timet. si eidem operi caritas desit. quia diuitiarum
subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis carita
tem veram. id est amorem humilem. quem nobis vi
cissim impendimus timet. et nimis concordie inuidet
quia hanc nos tenemus in terra. quam ipse nolens tenere
amisit in celo. hec Gregorius. ¶ Nondum ecce quod amantibus
deum nullus labor est difficilis. non amantibus vero
omnis labor qui ad spiritualem vitam pertinet est
grauis. Unde dicit beatus Bernhardus. Ubi amor est. labor
non est. sed sapor. quia amanti nil difficile est
Dicit etiam de hoc beatus Augustinus. Qui amat non laborat
Omnis enim labor non amantibus grauis est. Solus
amor est qui nomen difficultatis erubescat. hec
Augustinus. Unde amemus christum ne labor spiritualis sit
nobis difficilis. Ad hoc hortatur beatus Leo ita dicens.
Nichil amantibus durum. nullus labor difficilis est.
Amemus et nos christum et facile videbitur omne difficile
le. breuia putabimus vniuersa que longa sunt
et iaculo illius vulnerati dicemus. heu me quia
incolatus meus prolongatus est. hec Leo. Quisque
enim amore christi inebriatus fuerit. ad omne opus boni
faciendum hilarescit. labores et dolores sustinet. et
quodammodo pre dilectione non sentit. De talibus in dei
caritate feruentibus dicit beatus Bernhardus. Si quis gustu
caritatis inebriatus fuerit. ad omne opus bonum
hilarescit. laborat et non lacescit. dolet et non
sentit. deridetur et non aduertit. O ingens amoris
christi. quam dulciter capis. quam gloriose illaqueas. quam
fortiter stringis. quam suauiter premis. quam delectabiliter
oneras. hec Bernhardus. Dicit etiam beatus Augustinus. Omnia grauia

et inania. facilia et ppe nulla facit amor. Qui
igit pfectam dilcōne̅ dei possidet. nichil est q̊d
in aduersis non tolleret. Qr aut̅ impacient ad-
uersa tolleram᷒. idcirco fit. quia caritate̅ que
om̅ia tolleret non habem᷒. hoc pbat Orig. ita
d. Nichil em̅ est quod non tolleret. qui pfecte
diligit. plura aut̅ nō tolleram᷒. certu̅ ob hoc
quia caritate̅ que om̅ia tolleret non habem᷒.
q̊a si non fecerim᷒ aliqua pacient. idcirco est. q͞ ca-
ritas nobis que om̅ia patit̅ deest. In luctaīe q̊
quod est in nobis aduersum demones. eo frequent̅
cadim᷒. non dubiu̅ qu̅ ob hoc. q͞ non est in nobis
caritas illa que nu̅q̅m cadit. hec Orig. ¶ Ubi co-
siderandu̅ q͞ conditor n̅r nō nu̅q̅m pmittit ho-
mine̅ tribulacōib᷒ et temptacōib᷒ diuersis exercerī
vt post ereptacōne̅ tribulacōis. deus eo feruencius di-
ligat. De hoc btūs Bnh. sic dicit. Volt conditor in
alto quidem consilio sed salubri hominem tribu-
lacōibus exercera. vt dum defecerit homo et sub-
uenerit deus. deus ab homine deneretur. et p cōseq̄ns
adamet. hec Bnh. Et btūs Gg. eciā de hoc sic ait
Studet omps deus igne̅ sue caritatis apparent̅
extingue̅ p aduersa. vt tam felicia facta in pol-
lacōne validius quis attendat in dei dileccione
et amore. hec Gg. ¶ Nondu̅ eciā q͞ vtus caritatis
tante est excellencie. vt eciā deus appellet̅. Unde
in quocu̅q᷒ hoīe ipa fuerit. et eius cor possederit
talis nichil terreni. nichil corruptibile diligit
De hoc Orig. sup Can. sic ait. Nomē quippe cari-
tatis tm̅ extollit̅. vt eciā ipse deus caritas appellet̅
Sicut Johēs dicit. deus caritas est. In quo ostendit
et ipm̅ deu̅ caritate̅ esse. Et sciendu̅ q͞ hec cari-
tas que deus est in quo fuerit. nichil terreni nichil
materiale. nichil corruptibile diligit. Contra
natura̅ namq᷒ est ei corruptibile aliq̊d dilige.

cum ipsa sit incorruptionis fons. Ipsa est enim sola que
habet immortalitatem. Siquidem deus est caritas
et habitat lucem inaccessibilem. Quid autem aliud
immortalitas nisi vita eterna est. quam daturum se pro-
misit deus credentibus in ipsum solum verum deum. et
quem misit ihesum christum filium eius. Propterea ergo inpri-
mis et ante omnia hoc amabile et placitum dicitur
esse deo, ut diligat quis dominum deum suum ex toto cor-
de suo. et ex tota anima sua et ex totis viribus suis.
Et quia deus caritas est. et filius dei qui ex deo est
caritas est. sui simile aliquid requirit in nobis.
ut per hanc caritatem que est in christo ihesu deo qui est cari-
tas. velut cognata quadam per caritatis nomen affinitate
sociemur. Dicitur et ille qui iam coniunctus erat ei dicebat.
Quis nos separabit a caritate dei. que est in christo ihesu
domino nostro, hec origenes. hoc autem privilegium sola caritas
habet ut deus dicatur et sit. non enim dicitur. deus humili-
tas est. aut paciencia vel cetere virtutes. sicut dicitur. deus
caritas est. Unde sancti viri. totam substanciam suam
tradiderunt. et omnes delectaciones carnis. ac omnes iocun-
ditates cordis inordinatas contempserunt. ut hanc
virtutem compararent. et ipsam possiderent. De hac no-
bilissima virtute hugo sic dicit. O caritas si scirem quanti
vales precium appenderem pro te. sed forte excedis angusti-
as meas. nec invenire potero precium tuum penes me.
Dabo tamen quod habeo. et totum quod habeo. totam domus
mee substanciam te commutabo. et cum totum dedero. to-
tum quasi nichilum reputabo. omnes delectaciones carnis
mee. omnes iocunditates cordis mei pro te libenter impen-
dam. ut te solam possidere valeam. Tu sola michi
carior. tu sola valior. tu sola suavior. tu sola io-
cundior amplius delectas. habundancius sacias. tucius
salvas. felicius conservas. O caritas nescio enim si
forte maius sit te deum dicere. an deum te superasse.
Quod si maius est. et hoc libenter et fiducialiter de te dicam.

Deus caritas est. Numquid parum est deum in se manen-
tem habere. tantum est caritatem possidere. hoc privilegium
sola caritas habet. ut deus dicatur et sit. Non enim dicitur
Deus humilitas est. aut paciencia. quia cum omnis virtus
dei donum sit. nulla preter solam caritatem hoc habet
ut non solum donum dei. sed et deus dici possit. Reliqua
igitur gratiarum dona largitur etiam deus hijs quos reprobat
Solam autem caritatem quasi seipsum hijs tantum quos diligit
in perpetuum servat. Caritas igitur est fons proprius. de quo
non communicat alienus. quia quicumque illam habet
iam non alienus est a deo. hec hugo. Quid ergo
preciosius. quid securius. quid iocundius. quam ha-
bere caritatem. Unde beatus Johannes dicit. Deus caritas est. quid
preciosius. et qui manet in caritate in deo manet
quid securius. et deus in eo quid iocundius. Hanc
igitur toto cordis desiderio concupiscamus. et diligenti
studio requiramus. ut invenire ipsam et possidere
valeamus ad nostram salutem animarum. De duodecim fructibus spiritus. capitulum xxvij.

SEd nec hoc
pretereundum. quod apostolus paulus ponit.
duodecim fructus spiritus. inter quos pri-
matum tenet caritas. De quibus fructibus ipse dicit
ad Gala. v°. Fructus autem spiritus est caritas. gaudium
pax. etc. Circa varietatem istorum fructuum notandum
quod caritas precedit ut caput virtutum. Unde dicit beatus
Jeronimus. Nulla alia virtus inter fructus spiritus debuit habere
primatum nisi caritas. sine qua cetere virtutes
non reputantur esse virtutes. et ex qua nascuntur omnia
bona. Caritas ergo est primus fructus. lignum ve-
vite est ipsa vita spiritualis. que regnum dei per gratiam
in se continet. Juxta illud luce. xvij°. Regnum dei
intra nos est. fructus autem caritatis. multipliciter
habet virtutem. maxime quod ipsa sanat omnem infir-
mitatem spiritualem. Qui enim caritatem non habet.
huic non sapiunt virtutes quasi infirmo. sed caritas

est dispositio gustus spiritualis. Habent enim caritatem
sapiunt res prout sapere debent. Est enim caritas amor
ordinatus quo preciosa habentur. que vere preciosa sunt
et diliguntur. ut sunt virtutes et res spirituales. et vilia
respuuntur. que vere vilia sunt scilicet temporalia et carnalia
Hec virtus sanat languorem. qui propter peccatum anime est
inflictus. Unde dicit petrus in sua Canonica prima Ca
ritas operit multitudinem peccatorum. Operire est facere quasi
numquam peccata fuerunt. Nam prout dicit beatus Bernhardus. plene
et misericorditer remittit deus. Non dampnat vlciscen
do. nec confundit improperando. nec minus amat impu
tando. Sic fructus iste sanat omnes infirmitates spirituales
qui numquam fuissent. ¶ Secundus fructus spiritus est gaudium
qui est dulcissimus. Unde dicitur Ecci. xxx. Non est oblecta
mentum super cordis gaudium. In tribus autem excedit gaudium
cordis modum carnalis gaudii. primo in cotinuitate
Homo enim carnalis non sedet semper ad mensam cor
palem. sed secura mens quasi iuge convivium. prout dicitur
Prover. xv. Secundo in hoc quod gulosus multas habet amari
tudines annexas gaudio suo. ut est afflictio ex dilatione
deliciarum. quas vehementer appetit. et defectum que in eis
que sibi apponuntur invenit. Unde dicit Augustinus. Ubicumque
caro querit refectionem. invenit defectionem. preterea excedit
modum in sumendo delectabilia. Unde ledit consciam
et corporis naturam. ¶ Tercio in hoc quod gaudium cordis
est gaudium tantum de magnis bonis et veris. Unde dicit
glossa super illud verbum. Fructus spiritus est caritas. gau
dium. i. non est gaudendum. que indigna sunt gaudio
nimies gaudium spirituale. de hiis de quibus est dignum
gaudere. Et nondum quod gaudium spirituale facit hominem
de dyabolo triumphare. Unde dicit Augustinus. Unica racio vi
cendi inimicum est leticia spiritualis. Cum enim dyabolus videt
in aliquo spiritualem leticiam. multum displicet ei. quia
scit deum adesse. Unde Regum iii. Dixerunt philistei
qui tenent figuram demonum. Venit deus in castra. Ve

nobis. Non enim fuit tanta exultacio. heri et undi
tauus. Sequitur de tercio fructu. scilicet de pace. que co
stat esse preciosissimum. ex hoc quod filius dei. voluit
enim ita fregit esse more suo. Unde ipse dicit Johannis
xiiii. Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis.
Voluit etiam ut apostoli hunc fructum haberent more suo.
dicente domino Mathei x. Intrantes domum salutate eam
dicentes. Pax huic domui. Fructus iste pacis habet
triplicem virtutem. Primo filio dei assimilat. Unde dicitur
Mathei v. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. filii
inquam per imitacionem. tale officium habebit in terra. qualem
filius dei. Pacificavit enim nos deo patri. Secundo
hic fructus pacis locum preparat deo. Unde psalmus dicit
In pace factus est locus eius. Stude ergo ut et tu
fructum istum deo apponas pacem diligendo. et habebis
deum ad convivium tuum. Nam paulus dicit. pacem
habete et deus pacis et dilectionis erit vobiscum.
Tercio fructus iste pacis eternam pacem donat.
Unde ysa. ultimo. Erit sabbatum ex sabbato. Qui enim
in hac vita pacem diligunt et habent. in futuro seculo
possidebunt eam inter†. De qua pace dicitur ysa.
xxxii. Sedebit populus meus in pulchritudine pa
cis in tabernaculis fiducie et in requie opulenta.
Quartus fructus spiritus est paciencia. quo fructu nul
lus videtur magis esse necessarius in hac valle miserie
ubi inter tot mala sumus. Hic fructus corticibus
est. et duriciam habet in cortice. sed sub illa duricia
latet magna dulcedo. quia deus tribulatos consolatur
eciam in presenti. Ipsa eciam tribulacio est via ad eternam
dulcedinem. Unde dicitur ad hebr. xii. Omnis autem dis
ciplina in presenti videtur quidem non esse gaudii sed meroris.
Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per
eam reddet iusticie. tunc fructus facit hominem val
de fortem. Nam proverbiorum dicitur in proverbiis. Melior est
paciens viro forti. et qui dominatur animo suo

expugnatore urbium. Sine dubio maior virtus est in
patiendo mala. quam agendo fortia. Ideo melior est
paciens quam fortis. Dicit etiam de hoc Seneca. Magni
animi est iniurias in summa pacientia pati. et nobili
or triumphus est. et utilior victoria sui ipsius. quam
expugnatio urbis. Qui enim seipsum vincit. non
solum urbem. sed et regnum celorum capit. Unde dicitur
Mathei xi°. Regnum celorum vim patitur. et violenti
diripiunt illud. Nam pacientes habent litteras paten
tes ewangelii. quod regnum celorum ipsorum sit dicente domino
Mathei v°. Beati qui persequutionem paciuntur propter iusticiam
quoniam ipsorum est regnum celorum. ¶ Quintus fructus spiritus est
longanimitas. et consistit in sustinendo et expec
tando deum. Unde psalmista Expecta dominum viriliter age et conforteter cor
tuum et sustine dominum. Debemus ergo deum expectare
et sustinere. quia non fallit se expectantes. dicente psalmista
Universi qui te expectant non confundentur. Non
enim derelinquit sperantes in se. et si non accipit quis
quod petit. hoc differtur non aufertur. Unde dicit Gregorius
Nemo qui tardius audit. credat quod a superna cura
negligatur. Nam electis sepe negatur quod petunt.
ut in afflictione et expectatione cruciati et purgati
digni sint illud accipere. Habet autem iste fructus tri
plicem virtutem. primo in hoc. quod hominem fidelem
reddit deo. Soli namque longanimes deum in
tribulatione non deserunt. Et ideo merito audi
turi sunt illud dulce verbum a domino. Vos estis qui per
mansistis mecum in temptationibus meis. et ego dis
pono vobis regnum. Secundo cum omnes virtutes meant.
hec vero virtus mercedem recipit. currunt alie et hec
apprehendit. Unde dicit prima ad Chorinthios ix°. Omnes quidem
currunt. sed unus accipit bravium. scilicet longanimis
Longanimitas enim sive perseverantia est singularis
filia summi regis. quasi heres regni celestis. Tertio
coronam vite eterne augmentat. Unde dicitur Ecclesiastici ii°.

Coniungere deo et sustine ut crescat in novissimo vita
tua. ¶ Sextus fructus spiritus est bonitas. Dicitur autem
bonitas animi dulcedo secundum glosam. qui fructus
preciosus est. quia non solum dulcis. sed ipsa dul-
cedo. que tanta est. que omnem amaritudinem huius
mundi homini dulcorat. Quid enim comparabit illa dul-
cedo. que mortem quoque facit dulcissimam. ut patet
in martiribus sanctis. qui mortem passi sunt pro domino. et
que adversitas resistere potest unctioni illi. quam spiritus
sanctus operatur in cordibus fidelium. Huius fructus figuram
videtur habere manna. quod erat in archa testamenti
cum virga aaron et tabulis. In virga intelligitur
correctio. in tabulis discrecio. in manna dulcedo.
que tria maxime debent habere prelati. virgam videlicet
correctionis tamen discretione tamen et dulcedine. ut eorum
subditi eo melius possint proficere in bonis moribus
et in animarum salute. ¶ Septimus fructus spiritus est
benignitas sive liberalitas. Istum fructum patet esse
preciosum. ex hoc. quia pertinet ad nobiles personas.
Avaricia enim est hominum servilium. sed largitas no-
bilium. Quanto autem aliquis benignior. et liberalior
tanto nobilior. Unde videmus solem. et alia corpora
celestia. que sunt nobiliora liberalius communicare bona
sua. Hic autem fructus habet quadruplicem virtutem. Prima
est quod facit hominem amari. et tantum efficax est. quod
inimicos amicos facit. Unde dicitur prov. xxv. Si esu-
rierit inimicus tuus. ciba illum. si sitit da illi aquam
bibere. Prunas enim congregabis super caput eius. id est eum
accendes ad diligendum. Secundo facit hominem hono-
rari. prov. xxii. Victoriam et honorem acquirit. qui
dat munera. Tercio deo assimilat. qui liberalissimus
est. Unde dicitur Jac. primo. Dat omnibus affluenter. et non
improperat. et Seneca. Qui dat beneficia deum imitatur
specialiter. Namque deum imitatur homo misericors. Quar-
to hominem ad bonum finem perducit. Unde Jeronimus

Non memini me vidisse mala ~~tua~~ morte mortuum
qui liberalem ante duxit vitam. ¶ Octavus fruc-
tus spiritus est mansuetudo qui preciosus est et delicatus
Unde psalmus. Mansueti autem hereditabunt terram. In quo
innuitur preciositas. ut per mansuetudinem terra promissio-
nis habeatur. Iste autem fructus habet tres virtutes. Pri-
ma est. quod hominem conservat in statu virtutum. Ecclesiastici
x°. Fili in mansuetudine conserva animam tuam. Homines
enim inmansueti frequenter franguntur per impaciam. vel
igne ire succenduntur. Mansueti autem in statu virtutum
conservantur. Secundo. amorem et graciam hominum comparat.
Unde Ecclesiastici iii°. Fili in mansuetudine opera tua perfice
et super gloriam hominum diligeris. Et de Moyse dicitur.
Ecclesiastici xlv°. Dilectus a deo et hominibus. cuius causa
tangitur. Numeri xii°. ubi dicitur. quod Moyses erat mitissimus
hominum qui morabantur in terra. Tercio etiam
salutem tribuit. Iuxta illud psalmiste. Cum exurgeret
in iudicio deus. ut salvos faceret omnes mansuetos
terre. ¶ Nonus fructus spiritus est fides. que fructum
patet esse preciosum. ex hoc quod dominus amat talem
fructum. Unde dicitur Ecclesiastici primo. Beneplacitum est deo fides
et mansuetudo. Habet autem hic fructus quatuor virtutes
Prima est. quia facit hominem laudari. Proverbiorum xxviii°.
Vir fidelis multum laudabitur. Secundo facit exaltari
Mathei xxiiii°. Quis putas est fidelis servus et pru-
dens quem constituit dominus super familiam suam. Tercio
facit hominem multum amari a deo et a domino terre-
no. Ecclesiastici xxxiii°. Si tibi est servus fidelis sit tibi
quasi anima tua. et quasi fratrem tuum tracta illum.
Quarto facit coronari. Mathei xxv°. Quia super
pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra
in gaudium domini tui. ¶ Decimus fructus spiritus est
modestia. que fructum patet esse preciosum et dul-
cem. quia valde redolet iste fructus. Unde dicitur ad
Philippenses iiii°. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus

id est racionabilis conuersatio. Dicit glo. hanc volt
apostolus notam esse hominibus. Et odore eius. si
mortui sunt vivificet. si vero vivi confortentur
Et habet fructus iste quadruplicem virtutem.
Prima virtus est. quod hominis vitam conservat tam
spiritualem quam corporalem. Unde dicit Seneca. me
diocria volo utilia que sunt nimia eo quod superflua
nocent. Sic segetem nimia frangit ubertas. sic
et rami onere franguntur. Secundo vitam iocundam facit
sicut nimietas iniocundam. De hoc dicit Boetius. Pau
cis minimis que natura contenta est. cuius satietatem. si
si superfluis urgere velis. aut iniocundum fiet quod
infundis aut noxium. Tercio deo assimilat. qui
in mensura et pondere et numero omnia disponit. ut
dicitur. Sap. xi°. Quarto facit hominem sufficientem. sicut
e contrario prodigalitas facit hominem indigentem. De hoc
dicit Seneca. pecuniam magnam habet quis. si
avarus est non habet. si prodigus non habebit.
¶ Undecimus fructus spiritus est continencia. quem
fructum patet esse preciosum ex illo verbo. Ecci.
xxvi°. Non est digna ponderatio continentis anime
huius fructus quadruplex est virtus. Prima est
quia vitam prolongat. Unde dicit Seneca. potest
ista prudentia longiorem prorogare huic cor
pusculo moram. si voluptates quibus maior pars
eius subditur poterit regere et cohercere. Et Ecci.
xxxvii°. Qui abstinens est adiciet vitam. Secundo
ad iocunditatem spiritualem parat. iuxta illud. Psalme.
Renuit consolari anima mea. memor fui dei. et
delectatus sum. Et beatus Bernardus. delicata est con
solatio divina. et non dabitur admittentibus alie
nam. Dominus enim non volt saciare plenos. vel
potare ebrios. Tercio deum et angelos letificat
unde gen. xxi° legitur. quod Abraham grande fecit
convivium die ablactationis filii sui. Sic deus gau
det cum aliquis de filiis suis separatur a latte temporalis

consolacionis. Dicit etiam de hoc Tulius. Si ab hiis et
potibus parte vteim et nos immaculatos custodi
remus. fueremus consorcio et affabilitate deorum id est
angelorum. Quarto a pessimo hoste quem habemus
nos custodit. scilicet a voluptate. Hec est que corpus
morte temporali. et post mortem eternam corpus et animam
interficiat. Unde dicit Seneca. Voluptatem inter omnes res
vilissimas penitus extirpa. que more latronum nos
amplexatur in hoc vt strangulet. ¶ Duodecimus et
vltimus fructus spiritus est castitas. quem fructum
preciosum patet esse. ex hoc quod ad sponsas regis ce
lestis pertinet. Iste fructus habet quadruplicem vir
tutem. prima est quod animam facit esse mirabilis pul
chritudinis. Unde dicit Sap. iiij. O quam pulchra est
casta generacio cum caritate. Secundo angelis assimi
lat. de quo dicit Bernhardus. Quid castitate decorius. que
hominem angelum facit. Differt inter se homo pu
dicus et angelus. sed felicitate non virtute. Sed si
angeli castitas felicior. hominis tamen fortior esse
cognoscitur. Tercio ad modum balsami a spirituali cor
rupcione hominem conseruat. Unde Bernhardus. Castitate
instar balsami odorifera. quo condita cadauera
incorrupta seruantur sensus et actus continet et
constringit. Quarto in stabilitate glorie quodammodo po
nit hominem. de quo idem Bernhardus iterum dicit. Casti
tas sola in hoc mortalitatis loco et tempore. statum
quendam immortalis glorie reputat. Per hos igitur xij
fructus spiritus. Unusquisque animam suam impinguare
studeat in illis se exercendo. Ut alimonia eterne glorie
post hanc vitam a domino percipere mereatur. Quomodo sit deus

Habita igitur informacione diligendus. Cap xxxiiij
de effectu caritatis. et de xij. fructibus spiritus
Nunc quomodo sit deus diligendus. de hoc cupio
edoceri. ¶ Scire debes primo quod pius et misericors deus
vult a nobis amari. quia ipse nos amat et prior
dilexit nos. Debemus ergo vicem rependere in amando. xxxiiij

Ut ipsum feliciter possidere valeamus. De hoc beatus Bernhardus
sic dicit. Cum amat deus nichil wlt aliud quam ama
ri. Certissime quia aliud non amat nisi ut ametur
sciens ipsos amore beatos qui se amaverint. Me
rito ergo ceteris renunctians affectionibus. fidelis anima
tota eius incubat amori. quia summum et verum
bonum deus est. solus ille feliciter amat. et tanto
felicius quanto amplius. Hec Bernhardus. Iubet ergo
dominus se amari. ne miseriam que extra eius amorem
est incurramus. Unde dicit beatus Augustinus. Quid tibi sum
bone ihesu ut amari te iubeas et precipias. et nisi
faciam irasceris. et minaris michi ingentes mi
serias. Hec Augustinus. Exigit ergo dominus a suis fidelibus
ut honoretur ut pater. timeatur ut dominus. ametur ut
sponsus. sed amor habitus reverenciam nescit. quia
amor ab amando non ab honorando denominatur. De
hoc dicit beatus Bernhardus. Exigit dominus honorari ut pater
timeri ut dominus. amari ut sponsus. Amor vero re
verenciam nescit. ab amando quippe amor. non ab
honorando denominatur. Hec Bernhardus. Et non dum. quod pri
cipaliter propter tria beneficia nobis a deo impensa ipse
summe est diligendus. Hoc est propter creacionem.
propter redempcionem. et propter peccati dimissionem. Primo
propter creacionem. quia ipse fecit nos et non ipsi nos.
Secundo propter redempcionem. quia sua amara passione
et morte redemit nos. Pro tantis igitur beneficiis
sine modo a nobis amari deus meruit. De hoc
beatus Bernhardus in libro de diligendo deum et alibi sic
ait. Quid si me totum debeo pro me facto. quid
addam iam et pro refecto et refecto hoc modo. Non
enim tam facile refectus quam factus. Siquidem de
me non solum. sed de omni quod factum est scriptum est.
Dixit et facta sunt. At vero qui me tantum et semel
dicendo fecit. in reficiendo profecto et dixit multa
et gessit mira. et pertulit dura. nec tamen dura. sed
et indigna. Quid igitur retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi

In primo opere me michi dedit. in secundo se. et ubi se dedit
me michi reddidit. Datus ergo et redditus me pro
me debeo et bis debeo. quid deo retribuam pro se.
Nam et si me millies rependere possem. quid sum
ego ad deum. Hoc primum vide quo vel quomodo sine
modo a nobis amari deus meruit. qui prior dilexit
nos. tantus et tantum et gratis tantillos et tales. Quod
ergo diligendi deum est sine modo diligere. Denique
dilectio que tendit in deum tendat in immensum
tendat in infinitum. Nam et infinitus est deus et
immensus. Cuius nam queso finis debeat esse vel
modus amoris. Sed vicem rependimus cum mensura.
Diligam ergo te pro dono tuo et modo meo. minus quidem
iusto sed plane pro posse meo. Qui et si quantum debeo non
possum. non possum ultra quam possum. Potero vero
plus cum plus donare dignaberis. nunquam tamen prout
dignus haberis. Inperfectum meum viderunt oculi
tui. sed tamen in libro tuo omnes scribentur qui quod
possunt faciunt. et si quod debent non possunt. Hec Bernardus
Amandus est igitur valde a nobis dominus. non solum
quia nos creavit. sed et quia redemit. Nam devo
ta corda multum alliciuntur ad Christi amorem per illius
amare passionis recordacionem. Unde dicit beatus Bernhardus
Valde michi omnino amandus est per quem sum vivo
et sapio. Dignus plane est morte qui tibi domine
Ihesu recusat vivere et mortuus est. et qui tibi non
sapit desipit. et qui curat esse nisi propter te pro nichi
lo est. et nichil est. Propter temetipsum deus fecisti omnia.
Et qui esse vult sibi et non tibi. nichil esse incipit
inter omnia. Pro hiis ergo ita sum amabis te quantum
possum. Sed est quod me plus movet. plus accen
dit. super omnia magis reddit te amabilem michi
Ihesu bone calix quem bibisti. opus redemptionis
nostre. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat totum
sibi. Hoc est quod magis devocionem et blandius allicit.
et iustius exigit. et arcius constringit. et afficit vehemencius.

hec Bern. Tertio diligendus est deus propter pecca-
ti dimissionem. quia nichil dignius potest peccator re-
pendere deo pro peccato. nisi dilectionem. Reddat ergo
amorem pro suo debito. et cui plus dimittitur amplius
diligere debet. De hoc beatus Ambrosius sic dicit. Quam nichil
est quod digne deo referre possimus pro peccato nisi dilectionem
Reddamus ergo amorem pro debito. Amplius vero diligere
debet cui donatur amplius. hec Ambrosius. Et sciendum
quod quicumque amat deum. ipse etiam amatur a deo. Quomodo
enim non reamabit se diligentes. quos amavit et
necdum amantes. Dedit namque nobis duplex pignus
spiritum sanctum. et fidelem testem Jhesum et hunc crucifixum
Ecce geminum et firmissimum erga nos dei amoris
signum. Cristus moritur. et meretur amari. Spiritus
sanctus afficit. et facit amare. in illo cernimus quod
amemus. ab isto sumimus unde amemus. Ista commendat
beatus Bern. in quadam auctoritate ita dicens. Nemo se
amari diffidat qui iam amat. libenter dei amor
nostrum quem prevenit subsequitur. Nam quomodo reamare
pigebit quos amavit et necdum amantes. Habes
enim dilectionis pignus spiritum. Habes et fidelem testem
Jhesum et hunc crucifixum. O geminum ipsumque firmissi-
mum. erga nos dei amoris argumentum. Cristus mo-
ritur et meretur amari. Spiritus afficit et facit amare
Ille facit cur ametur. iste ut ametur. Ille multam suam
dilectionem commendat in nobis. iste dat. In illo cernimus
quod amemus. ab isto sumimus unde amemus. Caritas igitur
ab illo occasio ex isto affectio. Quanta confusio. dei
filium oculis magestatis cernere morientem. quod quidem
facile contingit si desit spiritus. Nunc autem quia caritas dei
diffusa est in cordibus nostris. per spiritum sanctum qui datus
est nobis. Amati amamus. amantes amplius
meremur amari. Cum ergo teneamus geminum salu-
tis nostre indicium. neutra sine altera prodest. Nam
nec spiritus datur. nisi credentibus in crucifixum. nec
fides valet si non operatur ex dilectione. Dilectio autem

donu spus sancti est. hec Bnh. Debet ergo quilibz
religiosus dilige deum. vt ipe viceuersa diligat
a deo. Nam ipe dicit. Ego diligentes me diligo.
Vnde non est aliquid p ut dicit honori. sup Can.
quid mentem deo cariore faciat qm si in ipo
intime delectetur. et hoc fit p validam caritate
Qui vo diligit deum. delectacom non pdit. sed
mutat in melius de hoc dr btus Bnh. Si diligim
deum delectacones non pdim. sed mutam a corpe
ad animu. a sensibus ad consciam. hec Bnh. Cum
ecl xpi amore inebriatus fuerit. illicitas delcaco
nes. et extraneas delicias non querit. Vnde idem
Bnh dicit. O xpi dulcis amor. felix ille que semel
tu inebrias. hic novit quid sapiat. hic nullas
extra vnqm querit delicias. hec Bnh. Quto ecl
maior dei dilectio in homie fuerit. tanto de eius
pietate plus psumit. et fiducia fortiore habet
Qd affirmat btus Bnh. ita d. Qui plus diligit
plus psumit. que duo qnto in homie fuerint for
tiora. tanto fiducia exigent fortiorem. hec Bnh.
Deinde notandum qp deus gratis est diligendus. no
enim debet aliquis amare deum pter rem aliqua
quia illam dat. sed quia se dat. De hoc dr bte aug
Deus gratis vult se coli. gratis vult se diligi. hoc est
caste amari. non pt hoc illu ama quia dat aliqd
preter se. sed quia dat se. hec Aug. Vnusquisqz
aut pbet seipm et intus discuciat. vtru bona opa
que facit procedant ex caritate ordinata. vt videlz
pter bona que agit. no expectet retribucom qua
cuqz tpalem. sed pmissum dei. hoc est visionem
illius. Ad hoc hortat btus Aug. in li. de vbis apli
ita d. Vnusquisqz se intus aspiciat. et pbet se in oi
bus factis suis. et bonis opibus suis. que faciat
cum caritate. non expectans retribucone tpalem
sed pmissum dei faciem dei. Omo me no saciaret
deus. nisi pmittet michi seipm deu. Quid est tra

celum mare · sol sidera · quid excercitus angelorum
omnium istorum creatorem sicio · ipsum sicio · ipsum esurio ·
ipsi dico · Quoniam apud te est fons vite · Quid michi
dicit · Ego sum panis qui de celo descendi · Esuriat
et siciat peregrinacio mea ut saciet presencia mea · Arridet mundus
multis rebus pulchris varijs fortibus pulchrior est ille qui fecit
forcior clarior et suavior est ille qui fecit · Saciabor cum
apparuerit gloria eius · hec Augustinus · Debemus ergo castum
amorem erga nostrum conditorem habere · ipsum solum dili
gendo · Nam spiritualiter fornicari est nimius deum
diligere · et aliud quodcumque plus quam oportet amare ·
De hoc dicit glossa in libro de celesti Ierarchia · Castum ha
bet amorem qui deum gratis amat · id est non quia dat
aliquid preter se · sed quia dat se · Deus enim propter se
solum amandus est · non propter aliud · omnia enim
que amantur propter eum sunt amanda · talis quippe
dileccio casta est · Nam spiritualiter fornicari est fri
gescente caritate nimis diligere · et aliud plus quam
oportet amare · Sic enim elongatur et recedit ab eo ·
de qua fornicacione scriptum est · Qui elongant se
a te peribunt · perdidisti omnes qui fornicantur abs te ·
Ubi et de hac castitate subdit · Michi autem adherere
deo bonum est · hec glossa · Non debet ergo quisquam ex
tra eum aliquid ab eo petere · quia ipse sufficiat uni
cuique quantumlibet avarus sit · Unde dicit beatus Augustinus
Non est castum cor si deum ad mercedem colit ·
Noli extra eum aliquid ab eo querere · ipse tibi suf
ficiat quantumlibet sis avarus · sufficiat tibi deus · hec
Augustinus · Istud summum bonum videlicet deus idem beatus
Augustinus super omnia habere desiderabat cum diceret · Quicquid
michi vult dare dominus meus · auferat totum · et se mi
chi det · Quid enim michi preter illum est · dulce non
est · vilescat ergo totum quicquid preter deum est · hec Augustinus
Non solum autem debemus a rebus transitorijs nostrum
affectum abstrahere · verum eciam nec nos ipsos debemus
diligere ut Christum possimus lucrifacere ac possidere ·

quia inordinatus amor proprius est causa perditionis
humane. De hoc glo. in li° de celesti Ierarchia sic dicit
Causa namque perditionis humane proprius amor est.
Amor igitur proprius inimicicia est. Nescio enim quo
explicabili modo quisquis seipsum non deum amat
non se amat. Et quisquis deum non seipsum amat ipse
se amat. Qui enim non potest vivere de se. moritur utique
amando se. Non ergo se amat. qui ne vivat se
amat. Cum enim diligitur ille de quo vivitur. non se di
ligendo magis diligit. qui propterea non se diligit. ut
eum diligat de quo vivit. Hec glo. Quisquis ergo lo
cum tutum et quietum anime sue desiderat invenire
deum studeat diligere. Nam quidquid boni in creaturis
est sparsum. in deo invenitur collectum. ergo deum per
caritatem possideamus. et in ipso habebimus quidquid
sancte desideramus. De hoc beatus Aug. sic ait. In omnibus
que mente percurro. non invenio tutum locum anime
mee et quietum. preter te domine in quo colliguntur sparsa
mea. quia quidquid boni in creaturis est sparsum. in
eterno bono invenitur collectum. Unde si in hoc seculo
aliquid possidere delectat. deum qui possidet omnia
expedita mente possideamus. et in ipso habebimus
quidquid feliciter et sancte desideramus. hec Aug. Solus
namque est deus. qui sine molestia amatur. et cum
iocunditate amplectitur. et si quid difficile est. hoc ipsum
amanti leue est. Ista affirmat idem beatus Aug. sic
d. Solus deus sine molestia amatur et cum iocunditate
amplectitur. cum securitate desideratur. quem quanto quis
ardencius amat. tanto melior efficitur. et quanto nunc
amor ferventior dei. tanto eius visio erit suavior
et quanto nunc ardencius desideraverimus. tanto eum
intuebimur clarius. Etiam qui amat laborat. vis
non sentire laborem cogita mercedem. quidquid dif
ficile est in precepto leue est amanti. si enim cum
avaris tanta portat cupiditas nobiscum. quanta
non portat caritas. et qui id solum diligit. quod

amanti auferri nō pt. Ille indubitanter invictus
est. Amore igitur eius ab amore seculi migremus
amore sursum habitemus. hec aug. Diligamus ergo
virtutē caritatis. quia qui caritatem habet. deum
habet et possidet. Unde dicit hugo. Qui habet cari
tatem. deum habet. deū possidet. in deo manet.
O bona caritas p quā deum diligimus. deū eligimus
ad deū currimus. ad deū pvenimus. deū possidemus.
hec hugo. Nam qui ex caritate deum desiderat
indubitanter iam habet quē amat. Teste bto grego.
qui dicit. Qui mēte integra deū desiderat. pfecto iā
habet quē amat. Nec enim posset quisquam deū diligere
si hunc quē diligit nō haberet. hec greg. Qui vero deū p quē oīa
fcā sunt incordis hospicio cōtinet. procul dubio cū ipso oīa habet
ergo nō p avariciā. sed p pietatē tā magnū bonū querendū est
De hoc bts aug. sic dicit. Si desideras oīa possidere nō p avari
ciā sed p pietatē hoc querē. Si enim ita quesieris possidebis. Tene
bis enim eū p quē fcā sunt oīa et cū ipso oīa possidebis. hec aug.
Et nōndū prout dicit hugo. quod verū bonū nunquam di
ligi potest. nisi dū habetur. nec haberi potest
nisi cū diligitur. Bona ista que foris sunt sepe ama
tur. cū non habentur. et cū habentur nonnunquam despi
ciuntur. Non tale est bonū quod deus est. si amatur habetur.
si diligitur gustatur presens dilectio. hec hugo. Consi
derandū est. quod deus debet diligi. ex toto corde et ex
tota aīa. et ex tota mente. p hoc quod dicit. ex toto. in
certā non recipit sectionē. Nam inquantū anima
ab ipsius dilectione ad illicita emanaverit. intantum
minuitur in ea amor dei. De hoc Basilius sup illo
vbo. Dilige dnm deum tuū. ex toto corde tuo. sic dicit.
Qz dicit. ex toto in certa non recipit sectionem. nā quantū
cumque dilectionis in infirmis expenderis. hoc tibi ne
cessario a toto deficiet. Sicut enim in vase aliquo
pleno liquore. inquantū emanat foras. intantum necce
est plenitudini derogari. Sic aīa inquantū ema
naverit ab ipsius dilectione ad illicita. intantum minui

necessarium est amorem ad deum. hec Basilius. Unde sanctus ad
theophilum. Oportet nos omnem virtutem anime divino amori
subicere. et hoc viriliter et non remisse. propter hoc enim
precipimur deum ex toto corde. ex tota anima. et ex
tota mente diligere. Ut cogitationes nostras et vitam
nostram. et omnem intellectum nostrum in illum transferamus
a quo fruamur. Quod affirmat beatus Augustinus ita dicens.
Deum ex toto corde diligere precipis. ut omnes cogitatio-
nes tuas. ex tota anima ut omnem vitam tuam. ex tota
mente tua ut omnem intellectum tuum in illum transferas.
a quo habes ea que confers. nullam ergo vite nostre
partem reliquit que vacare debeat. et quasi locum dare
ut alia re velit frui. sed quicquid aliud diligendum
venerit in animum. illuc rapiatur quo totus dilectionis
impetus currit. Tunc est enim optimus homo. cum
tota vita sua pergit in incommutabile bonum. hec Augustinus.
Oportet ergo qui vult ex toto corde diligere deum. ut
cor suum retrahat. ab omni amore inordinato. hoc
est ab honoribus. a possessionibus. ac ceteris huiusmodi seculi
rebus. et animum non habeat inclinatum ad alicuius
rei dilectionem plusquam dei. quia si amor cordis in
aliquo horum fuit occupatus. iam non ex toto cor-
de amatur deus. De hoc Crisostomus super illo verbo. Dili-
ges deum tuum ex toto corde etc. sic ait. Quid est deum
diligere ex toto corde. ut cor tuum non sit inclinatum
ad ullius rei dilectionem amplius quam dei. non in ho-
noribus non in auro vel argento. non in possessi-
onibus aut vineis. aut in ornamentis. aut in bes-
tibus. et in ceteris rebus. Sed hec omnia existimes
tibi esse in deo ut pro hiis omnibus deum ames. Si
autem in aliquo horum amor cordis tui fuerat occupa-
tus. iam ex toto corde tuo non amas deum. Pro quanta
enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem. pro tanta parte
minus est ad deum. Unde omnis anima xpistiana que
sponsa est xpisti. ita debet diligere deum. ut nichil sit
in mundo quod amplius amet quam eum. Quid est

in tota anima dilige deum. idest certissimum animum habe in veritate et firmum esse in fide. Quid est in tota mente dilige deum. idest ut omnes sensus tui qui pertinent ad mentem deo vacent. Cuius intellectus deo ministrat. cuius sapientia circa deum est. cuius cogitatio ea que divina sunt tractat. cuius memoria que bona sunt recordatur. Et nondum quod diligentes deum et mandatis illius obedientes desursum perceperunt. vere sapientie gustum. et eius suavitate ingiter delectantes. non se in elatonem inde extollunt. sed humiliter senectes tamquam parvuli in innocencie puritate persistunt. hec Cassiodorus. Tales autem qui toto corde tota anima et tota virtute diligunt deum in suis cordibus. locum viciis non relinquunt. nec habet dyabolus quo intret. quia videt totum animum deo esse occupatum. De hoc Cassiodorus sic dicit. Qui deum toto corde et tota anima. et tota virtute diligit. locum viciis non relinquit. Non enim intrat dyabolus cum deo totus occupatus est animus. Dyabolus enim vacancia desiderat mundata perquirit. sed ubi deum reperit. sub magna confusione discedit. Visibilia cum aliquo plena sunt liquore superveniencia augmenta non capiunt. Ita nos divina caritas si totos repleat. non erit quo crimen introeat. hec Cassiodorus. Et nondum diligent quod hec totalitas. scilicet dilige deum toto corde. tota anima et tota virtute non potest impleri in via. nisi forte ad tempus breve. et hoc a perfectissimis viris. hoc testatur beatus Augustinus ita dicens. hec totalitas scilicet dilige deum toto corde. tota anima. et tota virtute. hoc intendit quod omnes motus anime ad deum referantur. quod non impletur in via. nisi forte ad tempus breve a perfectissimis viris. hec Augustinus. Ergo hoc preceptum plene et perfecte implebitur in patria. In via vero implebitur. sed imperfecte. et tanto magis perfectius unus pre alio implebit. quanto magis accedit per quandam similitudinem et puritatem cordis ad patrie perfectionem. De hoc Thomas de aquino sic dicit. Per hoc preceptum. diliges dominum deum tuum ex toto

corde tuo etc. intendit deus ut homo totaliter uniatur.
quod fiet in patria quando deus erit omnia in omnibus.
et ideo plene et perfecte in patria implebitur hoc precep
tum. In via vero implebitur sed imperfecte. et tamen in
via tanto magis alio perfectius implet. quanto magis
accedit per quandam similitudinem ad patrie perfectionem.
hec Thomas. Ubi considerandum quod duplex est caritas
Est enim caritas in actu. et est caritas in affectu. De
illa igitur que est in actu mandatum datur hominibus.
Illam vero que est in affectu. quis ita habet ut man
datur. Ut videlicet diligat deum ex toto corde. ex tota
anima. et tota virtute. et inimicos secundum quod dicitur.
Diligite inimicos vestros. Sed mandata impossibilia
non faciunt homines prevaricatores. sed humiles. Ut
omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mundus
deo. Ista commemorat beatus Bernhardus in quadam auctoritate ita
dicens. Est caritas in actu. est et in affectu. De illa quidem
que est operis puto mandatum datum esse hominibus. ita
in affectu quis ita habet. Ut mandatur. Ergo illa
mandatur ad meritum. ista datur in premium. Cuius initium
profectum quoque vitam presentem expertam divina gratia posse
non negamus. sed plane consummationem deferimus
future felicitati. Quid ergo iubenda fuit. que
implenda nullomodo erat. Certe mandando impos
sibilia non prevaricatores constituit homines. sed hu
miles. Ut omne os obstruatur. et subditus fiat
omnis mundus deo. Quia ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro coram illo. accipientes quippe
pe mandatum. et sencientes defectum. clamabimus
in celum. et miserebitur nostri deus noster. et sciemus in
illa die. quia non ex operibus iusticie que fecimus nos
sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Unde cum
dominus dixisset. Diligite inimicos vestros. mox de operi
bus infert. benefacite hiis qui oderunt vos. quod
actuali caritati convenire videtur. Item scriptura
Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Et dominus.

Si diligitis me sermone͂ meū s̄uate. Supuacue iste de ope monuisset. si in affectione iam fuisset dilectio. hec Bnh⁹. Impletio ergo hui⁹ mandati. nō est de necessitate salutis. alias eni omnis homo esset in statu dampnatōis. sed conatus ad pficiendum qd mandat de necessitate est salutis. Unde hui⁹ pcepti incōpletio non cōstituit homies trāsgressores sed cōtemptus. licet eni impossibile sit pdictu pceptum in hac vita posse attingere. trāsgressione tame͂ eius euadim⁹. si infimū gradum caritatis attingamus seu teneam⁹. Est aūt infim⁹ gradus diuine caritatis. Ut nichil supra deum vel equalit deo diligat. a quo gradu qui deficit. deficit a salute quia nullo mō manet in caritate. Et q̄uis caritas in statu vie nō possit ita pfca pfecte vt mandat. debz tame͂ quilibz deuot⁹ face quod in se est. ipm deū diligendo scdm totam possibilitate͂ suam. quia solus est amor p que͂ aīa pt. et si non ex equo suo creatori mutuā rependere vicem. De hoc btūs Bnh⁹ Sup Can. sic dr. Solus est amor ex omnibus anime motibus et sensib⁹ in quo potest creata. et si non ex equo suo respondere auctori. et de simili mutua rependere vicem. et si min⁹ diligit creatura. qm minor est. tame͂ si ex toto se diligit. nichil deest Ubi totū est. hec Bnh⁹. Debz ergo quilibz fidelis dilige͂ deum scdm totū posse suum. Nam Bm Aug⁹ qz possibilitas erat eius mensura. et q̄nto quis pl⁹ amat tanto felicior est. Dilatet ergo cor hoīs. p pum affectū. Ut totū impleat quod in eo est. Ad hoc faciendū hortat hugo ita d. Q̄ntū potes tantū dilige. Possibilitas tua erat mensura tua. q̄nto plus amas. tanto plus habes. et q̄nto plus habes tanto plus felicior es. Extendere igit et dilatare q̄ntu potes. Ut totū impleat quod in te est. etc si totū non capiat qd in illo est. Noli time͂ q̄si defice͂ debeat ille. si nimis capax fuis. si vas nō

desiciat oleu sufficiat. cor tuu vas est. amor illius
oleum est. qdiu vas habes. ille infundere non
cessat. et cum tu vas amplius no habueris. ille
adhuc oleum habet; hec hugo. In dilectione ergo
dei nulla mensura habenda est. nisi hec sola. vt
tm exhibeat quisq qntu habet. Si aut minus fe
cerit qm potest. iam in illo no est caritas debita et
ordinata. De hoc augt. sup. Can. sic dt. In diligedo
deum nullus modus. nulla mesura habeda est
nisi hec sola vt tm exhibeas qntu habes. In xpo
em ihu diligendus est deus ex toto corde ex tota
anima et ex totis virib. In hoc g nulla mesura
est. dilige vo pximu est et aliqua mensura. Pxim
inquit tuu diliges sicut teipm. Si ergo aut in dei
dilectione min aliquid feceris qm potes. et qm
in tuis viribus est. aut int te et pximu no serua
ueris equitatem. sed aliquid differencie habueris. no
est in te caritas ordinata nec ordine suu tenes
hec augt. Discam igit xpm dnm nrm amare
dulcit prudent et fortit. ne illecti p carnalia de
lectameta. ne decepti p dyabolica temptameta
ne oppressi p hui mudi aduersa ab amore domini
euellam. Ad hoc faciendu suadet btus Bnh sic d.
Disce xpiane a xpo. queadmodu diligas xpm.
Disce amare dulcit. amare prudent. amare fortit
dulcit ne illecti. prudent ne decepti. fortit ne oppssi
ab amore dni euellam. Ne mudi glia seu carnis
voluptatib abducaris. dulcescat tibi p hijs sapia
xps. Ne seducaris spu mendacij et erroris. lucescat
tibi veritas xps. Ne aduersitatib fatigeris. cofir
met te vtus dei xpc. Dilige dnm deum tuu. toto
et pleno cordis affectu. dilige tota racois vigila
cia et circuspeccione. dilige et tota vtute vt nec mori
p eius amore ptimescas. Vnde no abducat bladicije.
nec seducat fallacije. nec iniurijs frangi. toto corde
tota anima. tota vtute dilige est. Hec Bnh. Sed

ect. q deus qui fecit nos. exigit a nobis nosmet
ipos totos. sed gaudeam9 quia ipse solus p suam
dulcem pñciam suffiãt corda hom̃ adimplere.
De hoc btus Aug9 sic dit. Totum exigit a te qui
fecit te. sed noli tristis esse. q̃i vel nichil unde gau
deas remaneat inte. Ex hoc em̃ diligis te q diligis
deum. ex toto te. nec mirũ si deus velit habẽ cor
integrũ. cum sufficiat illud implere. hec augusti9
Debem9 ect nosmetipos totos offerre creatori nro.
et hoc p vite puritate. et ipius intima caritatem
pp̃ter bñficia nobis abeius pietate impensa. videlz
quia fecit et redemit nos. et vitã etñã nobis dare
disposuit. De hoc anshelm9 in li° meditacionũ sic ait
Ecce dñe quia me fecisti. debeo me ipm amori tuo
totũ quia me redemisti. debeo me ipm amori
tuo totũ. quia tanta pmittis. debeo me ipm amori
tuo totũ. ymo tñ debeo. plus q̃m me ipm. qñto
tu maior me es p quo dedisti te ipm. hec anshelm9
hec igit bñficia. debent stimlare vniuq̃qz fidele
ad diligendũ deum solum sup omnia. De signis et coniecturis
Desidero ect scire. p q̃ ho aliqlr intellige pt se hre caritate gr̃a q̃ ad iap xxix
aliqua de signis et coniecturis. quib9 possit
homo aliqualit intelligẽ. se habẽ caritatẽ
gratuitã. et de hijs cupio edoceri. Scire debes. q
pp̃ter imp̃fectionẽ. et multiplices defectus nros. non
possum9 certitudinalit scire. vtrũ habeam9 habitũ
caritatiue affectois. et ideo oportet nos esse contẽ
tos aliquib9 signis et coniecturis. quib9 aliq̃lr co
fidam9 nos habẽ caritatẽ gratuitam. Ista vo sig
na et coniecture oriũtur ex actibus caritatis. quorũ
aliqui actus caritatis sunt incipienciũ. aliqui p
ficienciũ. et aliq sr caritat pfectorũ. pp̃t q̃d aliqua
sũt signa caritatis iam genite. atqz alia signa ca
ritatis iam roborate. et alia sũt signa caritatis iã
pfecte. Signa caritatis iam genite siue infuse. que
ptinet ad incipientes. sicut dit btus Bnh9 in sermone

de omnibus sanctis sunt quatuor que ibi enumerantur ita
d. Primum signum caritatis iam genite vel infuse est
dolor de culpa preterita. Ratio huius est quia caritas et
culpa mortalis opponuntur et ideo simul stare non possunt
in eadem voluntate. Igitur quando caritas est in voluntate
expellit culpam per dolorem contricionis. Unde Augustinus
omelia viii super Iohannem sic dicit. Radix omnium bonorum est
caritas. Et radix omnium malorum est cupiditas. et simul
ambe esse non possunt. quia nisi una radicaliter fuerit
evulsa. alia plantari non potest. Ergo dolor contricionis
signum est habite caritatis. Secundum signum caritatis
genite secundum Bernhardum ibidem. est firmum propositum cavendi
futura peccata cum effectu. Cuius racio est quia habere pro
positum cavendi omnia peccata mortalia cum effectu. nec per
amorem naturalem. nec per acquisitam dilectionem. potest
haberi sine caritate adiuvante. Unde Augustinus in libro primo
retractationum. capitulo viii sic dicit. Voluntas ipsa nisi
gratia liberetur a servitute dyaboli qua facta est serva
peccati. et per gratiam ordinetur. recte pieque vivere a mor
talibus non potest. Licet enim propter libertatem possit vi
tare quodlibet mortale. non potest tamen propter infir
mitatem diu omnia in communi vitare. quin in aliquod
madat. Igitur diu esse sine consciencia mortalis peccati
signum est caritatis iam genite. Tercium signum di
lectionis est in auditu sermonis divini. Racio huius
quia amantes delectantur in sermonibus amatorum sive
sint sermones inspirati sive scripti. sive exterius
auditi. Ut ex illis capiat experimentum mutuorum af
fectuum. quos caritas silencio tegere non potest. Nos enim
animatum est ait Crisostomus. Ut amatorem suum silencio
tacere negat. Et dominus dicit. Qui est ex deo verba dei audit.
Ex hiis patet quod delectacio in auditu tali est signum
caritatis genite. Quartum signum dilectionis est promp
titudo boni operis. Racio huius est. quia caritas
est maxime operativa. et ideo imperat omnem actum
ordinatum et ordinabilem. Unde dicit beatus Gregorius.

Nunquam amor dei est ociosus. operatur enim magna si est. Si autem operari renuit. amor non est. Ergo prumpta operacio bonorum operum est signum habite caritatis. quia secundum eundem beatum Gregorium. probacio dilectionis exhibicio est operis. Quintum vero signum caritatis genite ponit beatus Ambrosius in libro de simili tudinibus. ubi dicit quod quando aliquis de defectu spirituali aliorum tristatur. et de profectu aliorum letatur signum est caritatis. Et beatus Augustinus in una epistola sic dicit. Qui non dolet de malis proximi. non est in eo caritas christi. Unde secundum apostolum. Caritas non congaudet iniquitati. sed magis congaudet veritati. Igitur tristari de defectu spiritualium. et gaudere de eorum profectu. est signum caritatis genite. quod pertinet ad incipientes. De signis caritatis roborate que ad proficientes. Capitulum

Secundo videndum est de signis caritatis iam roborate que pertinet ad proficientes. De quo sciendum quod quinque sunt signa caritatis iam roborate. Primum signum proficientis caritatis est frequens et iusta confessio examinata non solum de peccatis mortalibus sed etiam de venialibus. Racio huius est quia sicut caritas opponitur peccato mortali ita fervor caritatis opponitur peccato veniali. Ut ipsum expellat ab anima. ne spiritui sancto displiceat. qui omnes officinas mentis visitat et mundat. Unde dicit beatus Bernhardus. Spiritus sanctus profecto monet. monet et docet. Monet memoriam monet voluntatem. et docet racionem. nec minimam paleam peccati intra cordis habitaculum quod possidet patitur residere. sed statim igne subtilissime circumspectionis exurit. De quo igne Ambrosius super illud luce xii. Ignem veni mittere in terram. dicit. Ignem qui aurea vasa domus domini meliorat. Fenum vero consumit et stipulam. Aurea vasa sunt anime ad ymaginem dei facte. secundum tres potencias. secundum quas dei capaces sunt. quas ignis caritatis innovat et perficiat. cum peccata deformancia tam maiora quam minora liquescendo consumit. Cum igitur frequens confessio

examinacio sit a spiritu sancto per feruorem caritatis ex-
planum est quod ipsa est signum roborate caritatis ¶ Secundum
signum proficientis caritatis iam roborate est concupiscentie
diminucio. Racio huius signi est. quia quanto caritas di-
ligens deum magis augmentatur. tanto magis homo
a concupiscencia temporalium elongatur. et in eo ipsa concupiscentia
minuitur. Unde beatus Augustinus dicit. quod minuitur concupiscencia
caritate crescente. donec veniat ad magnitudinem. qua
maior esse non possit. Ubi autem non est caritas. ibi
regnat cupiditas. Regnat autem cupiditas. quando desiderium
et saporem veri boni expellit. ergo concupiscentie
diminucio est signum caritatis roborate. ¶ Tercium
signum caritatis proficientis est sensuum interiorum sive
spiritualium vitalis exercitacio. Racio huius est. quia sicut exer-
citacio sensuum corporalium signum est corporalis vite. ita
exercitacio spiritualium. signum est spiritualis vite. Sunt namque
quinque sensus interiores in mente. sicut sunt quinque exteri-
ores in corpore. sicut dicitur in libro de spiritu et anima.
Unde sicut habitare in corpore animam probant sensus vita-
les. ita habitare in anima spiritum probat vita spiritualis. Illud
ex visu et auditu demonstratur. Istud ex caritate et aliis vir-
tutibus probatur. Quia igitur ex caritate sive dilectione que
est vite anime sensus anime interiores vivificantur et exercitantur.
Ideo profectus interiores sive spirituales exercitaciones sig-
num est roborate caritatis ¶ Quartum signum caritatis profi-
cientis est studiosa mandatorum obseruacio. Racio huius
signi est quia obseruacio mandatorum. sine vera dilec-
tione fieri non potest. Unde dominus dicit. Qui diligit me
sermonem meum seruabit. et pater meus diliget eum.
quod exponens glossa in omelia sic dicit. In quorundam corda venit et
mansionem non facit. quia tempore temptacionis ab eo recedunt. In quorundam
corda venit et mansionem facit. quia sic amor sive caritas eius interius
eos penetrat. ut ab amore illius tempore temptacionis non recedant.
Dicit eciam de hoc beatus Augustinus. Tu qui veram requiem quam post
hanc vitam promittit queris eciam hic eam inter amarissimas
vite huius molestias suauem iocundamque gustabis.

si eius qui prumsit precepta seruauerit et dilexerit. h
de quarto signo. Quartum signum caritatis proficientis est
diuinarum veritatum manifestatio. Ratio huius signi
est. quia amor est causa reuelacionis. et ideo amicus
reuelat et communicat amico suo secreta sua. sic deus
facit illis quos diligit. De hoc Rich. de sancto vic. sic dicit
Vis nosse quia subtilitas diuinarum reuelacionum sit
maioris diuine dileccionis indicium. audi. Iam non dicam
vos seruos. sed amicos meos. quia omnia quecumque au
diui a patre meo nota feci vobis. Unde ex magnitudine
diuine dileccionis. dependet modus diuine reuelacionis.
Sic igitur patet quartum signum caritatis iam roborate
quod pertinet ad proficientes. De signis caritatis perfecte. cap. xx

Tercio videndum est de signis caritatis iam
perfecte. prout potest perfici iam in via. dicit
enim prouerbiis iiij. Iustorum semita quasi lux splen
dens crescat et proficit vsque ad perfectum diem. scilicet perfecte
caritatis. Et ideo sciendum quod in viatoribus. est perfectis
viris duplex est perfeccio caritatis. Una est necessitatis
et sufficiencie. alia est priuilegiate sanctitatis. et
excellencie. has perfecciones tangit prosper. libro tercio
de vita contemplatiua. ubi sic dicit. In hac vita perfecti
sunt illi qui perfecte deum diligunt. qui volendo quod
vult deus. nullis peccatis quibus deus offenditur acquiescunt
et semper ad virtutes habendas et diligendas se exten
dunt. perfeccionem necessitatis tangit cum dicit. volendo
quod deus vult. et hanc habent quicumque manent in cari
tate. Et ad hanc perfeccionem inuitat dominus. deutero.
xviij. dicens perfectus eris. et absque macula coram domino
deo tuo. absque macula scilicet criminali. ait glossa. per
feccionem autem excellencie tangit cum dicit. et semper ad
virtutes habendas se extendit. Nam indefessum proficiendi
studium. et magnum conatum ad perfeccionem reputat
perfeccio. sed quia sicut dicit apostolus. velle adiacet
michi. perficere autem non inuenio. Ideo plena perfeccio
caritatis qualis erit in patria nullo modo haberi in via potest. propter quod

signa tris perfecte caritatis hic non ponuntur sed signa perfectionis caritatis
ut in via haberi possunt. Est igitur notandum quod signa
caritatis perfecte dupliciter considerari possunt. quia
quedam habentur ex actionibus exterioribus. quedam ex
actibus interioribus. et de utrisque actionibus tam ex-
terioribus quam interioribus huiusmodi signa habentur et assig-
nari possunt. Primum igitur signum extrinsecum cari-
tatis perfecte sit si pro salute proximi mori paratus sit. Ratio
huius signi potest esse talis. sicut dicit Augustinus libro de
gratia et libero arbitrio. Parua caritas non sufficit
ad implenda magna mandata. ut sunt mori pro Christo
vel fratribus etc. huiusmodi sed requiritur ad hoc caritas mag-
na perfecta. Unde super epistolam Johannis idem Augustinus sic dicit.
perfecta caritas hec est. ut quis pro fratribus paratus sit
eciam mori. Ex hac igitur virtute patet signum perfecte cari-
tatis. Secundum signum extrinsecum caritatis perfecte
est. si inimicos diligit. et eis pro deo bene facit. Ratio
huius signi est. sicut dicit Hugo de arra anime. Amor
transformat amantem in similitudinem amati in quan-
tum potest. non solum quantum ad substantiam. sed etiam
quantum ad operaciones arduas. et difficiles. Tunc igitur
deus amatur ab eo qui diligit inimicos. et bene
facit eis. sequens verbum domini dicentis. diligite inimi-
cos vestros. benefacite eis etc. ut sitis perfecti. sicut et pater
vester perfectus est. et hoc non potest fieri per qualibet dilec-
tionem. sed perfectam. quia talis dilectio. sicut dicit
Augustinus perfectorum est. Et Origenes super Canticum dicit quod exhibicio
pietatis probat magnitudinem amoris. Ideo illud
signum verum est. scilicet diligere inimicos propter deum
Tercium signum extrinsecum caritatis perfecte est. si
omnia aduersancia gaudenter suscipit. et pacienter
fert. Ratio huius signi est. quia caritas perfecta men-
tem ab amore huius vite quasi totaliter auertit. et quodam mo-
do insensibilem reddit. quia penas temporales et mor-
tem contemptibilem facit. De hoc beatus Gregorius ita dicit. Sicut
mors corpus interimit. sic caritas vite eterne ab

amore tpaliu mentem auertit. vel occidit. Na
mentem qua pfecta caritas absorbuerit. ad terrena
foris desideria insensibilem reddit. Neqz sanctorum
quilibz p dno mori potuisset in corpe. si prius
a terrenis desiderijs non fuisset mortuus in mente.
Caritas ergo omnia sustinet. ait paulus. Unde
apli ibant gaudentes a conspectu concilij. 2c. Sic
igit patet veritas huius signi videlz pfecte caritatis
Quartu signu extrinsecu caritatis pfecte. est
si omnibus renunciare quis paratus sit. et sequi xpm
Racio huius signi est. quia pfecta caritas oia remou
et. que eius impedivit officiu. Unde aplus omnia
arbitratus est vt stercora. vt xpm lucrifaceret. sed
tpaliu concupiscencia maxime impedit officium
caritatis. Dicit enim btus Augus. qd caritatis venenu
est spes adipiscendorum. aut retinendorum tpaliu. et nu
trimentu caritatis est imminucio cupiditatis. pfectio
vero caritatis est. vbi nulla est cupiditas. hec Augus
De hoc eciam dicit btus Grego. Sunt nonnulli iustorum qui
ad apphendendum culmen pfectionis. dum altiora in
ternis appetunt. exterius cuncta derelinquunt. qui re
bus habitis se nudant. gloria honoris se expoliant
qui desideriorum interiorum assiduitate se affligunt. et
de exterioribus hre consolacionem nolunt. hec Grego. et
sic patet qd renunciacio omnium. et sequi xpm. signum
est caritatis pfecte. Quintu signum extrinsecu cari
tatis pfecte est. si quis nichil aliud qm solu deu
diligit. et eundem timore filiali timet. Racio huius
signi est. quia pfecta caritas foris mittit timorem
Unde dicit Johes in sua Canonica. quod exponens Gilbertus
sic dicit. Caritas pximi caret timore. sed caritas
xpi caret timore. hec enim nichil penale habet
timor autem penam habet. Igitur in caritate xpi. non
erit timor nisi filialis. hec Gilbertus. Ubi notandum
put dicit btus Augus. in glo sup psalmum. quod sunt nonnulli
homines qui habent timorem. et p timorem continent

se a pctō. Timet quidem sed non amant iusticiā
Cum aut̄ p timore se cotinet a pctō. fit consuetudo
iusticie. et incipit qd durū erat amari. et dulcescit
deus. et iam incipit homo ꝓptea iuste viue. quia
nō timet penas. sed quia amat eternitatē. Exclusꝰ
est ergo timor a caritate. successit timor castus ve
niens de amore. Ille aut̄ timor non est castꝰ qui
timere facit quidq̄ boni facit. Non timore amit
tendi illud bonū. sed timore paciendi illud malū.
Non timet ne pdat amplexus pulcherrimi spō
si. sꝫ timet ne mittat' in iehennam. hec Aug'.
Unde vera et pfecta obsequia deo non reddimꝰ nisi
cum eum ꝓpter amoris fiduciam non timemꝰ. et
cū ad bona opa agenda non nos metus ducit. sꝫ
affectus. De hoc btūs Greg' in li° moralium sup illo vbo
Neqꝫ eū possum metuens respondere. sic ait. Deo
quippe respondere. est eius donis pcedentibus vera
obsequia reddere. Creatum quippe deus hominem con
didit. eumqꝫ ad puersa defluentē cū longanimitate
tolleravit. cottidie culpas aspicit. et tn̄ vivendi spacia
non citius abscidit. Dona largit' benignitate sua
et erga malos vtit'. Respondere homo tot bnficiis
debet. sed tamē respondere metuēs nō valet. quia
hūani generis conditorem. qui adhuc similit' for
midat. pculdubio non amat. Nam tūc solum
deo vera obsequia reddimꝰ. cum tn̄ ꝓpter amoris
fiduciam non timemꝰ. cum nos ad bona opa
affectus non metus dirigit. cum malū nostre
menti iam non placet. etsi licet. Nam qui
apuersitatis ope ex timore restringit'. puersa libent'
ageret si liceret. Nequaquā ergo veraciter rectus est
qui adhuc a pravitatis desiderio liber non est
Unde vera obsequia deo non reddimꝰ. si ex timore
mandatis illius. et non potius ex amore sumꝰ
hec Greg'. Ex hiis dictis patet. qz diligere deum sup
omnia. et illiꝰ preceptis nō ex timore. sꝫ ex amore obedire.

ac illa pfice sunt signa caritatis pfecte · Cap xxxvi ·
Postquam igitur De signis intrinsecis caritatis pfecte
pertractatum est de signis extrinsecis caritatis
pfecte ¶ Nunc videndum est · de signis intrin
secis eiusdem pfecte caritatis · Sunt autem quedam
actiones caritatis · que intus manentes a caritate eli
cite vel imperate · et illa sunt signa tanto veriora · quan
to intimiora · Quanto enim caritas est pfectior · tanto
est acutior · ad intima pertingens · et ideo intimiores
et pfectiores elicit actus ¶ Primum igitur signum intrin
secum caritatis pfecte sunt pfunda · et intima suspiria
mentis · Ratio istius potest esse talis · quia quando
memoria rei amate intima mentis amantis tangit
statim suspiria amorosa · que intrinsecus amoris expel
lit · donec eam presencia dilecti visitet et reficiat · Unde
gregorius quinto li° mor · adducens illud Job · Antequam come
do suspiro · dicit · Quia mens ad inspectionem fulgoris pri
tima suspiria vegetata convalescat · quia eam amor
veritatis reficit vel afficit · et refectio contemplacionis
pascit · hec gregorius · Tepidus autem amor · hoc facere non potest
sicut amor pfectus · Patet igitur quod intima suspiria
sunt signa caritatis pfecte ¶ Secundum signum intrinsecum
caritatis pfecte sunt alta desideria · Racio huius signi
est · quia augustinus li° xiii° confessionum · dicit · Omnia ponderibus suis
aguntur · et loca sua petunt · gravia deorsum ut lapis ·
et levia sursum ut ignis · sed quod est pondus in corporibus
amor est in spiritibus · Unde augustinus ibidem dicit · Amor
meus pondus meum · eo feror quocumque feror · Dono
tuo accendimur · et sursum ferimur · Inardescimus et imus
et ascendimus ascensiones in corde · ad pacem celestis
hec augustinus · Ergo quanto amor magis accendit · tanto
desideria amorosa pfectius sursum ferunt · nec quies
cunt donec ad locum suum · scilicet ad amatum deum perve
niant · Dicit ergo de hoc beatus gregorius · in li° mor · Sancti
viri cum eternitatis desideriis anhelant · in tanta altitu
dine vite se sublevant · ut audire que mundi sunt

grave sibi ac deprimens pondus credant. Valde enim
intollerabile estimat quidquid illud non sonat
exterius quod intus amat. Multiplicata etiam
caritate maioribus desideriis estuat. et iam pervenire
ad vitam spiritus eius paucitatem corporis anhelat. hec
gregorius. Ex hoc patet quod alta desideria que in summum
desiderabilem solum tendunt. signa sunt perfecte
caritatis. Tercium signum caritatis intrinsecum perfec
te sunt cogitationes languide. Racio istius signi est
ista. Fulgencius enim in quodam sermone sic dicit. Neces
se est ut quo processerit dilectionis thesaurus. idest a
matum. illuc sequatur cogitationis affectus. idest de
siderium amorosum. Ideo veritas ait. Ubi est the
saurus tuus. ibi est et cor tuum. Ut ergo in celestibus
thesaurizemus celestia diligamus. Vis ergo nosse ubi
thesaurizas. attende quid amas. attende eciam quid
cogitas. et ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore
cognoscas. et amorem tuum indicio tue cogitationis
intelligas. hec Fulgencius. Si igitur cogitationis affectus est
ibi ubi est thesaurus amoris. idest amatum. planum
est quod cogitatio fastidit omne aliud ab amato.
Unde dicit glossa super illud Can. v. Adiuro vos ut an
nuncietis dilecto quia amore langueo. sic dicat.
Pre magnitudine amoris omnia temporalia sunt
michi fastidio. Unde langueo. Languor autem iste
causatur ex amore perfecto. Unde origenes ibidem
distinguit inter simplicem amorem. ardorem et
languorem dicens. Amant inquit incipientes. Ardent
proficientes. languent perfecti. Igitur cogitationes langui
de sunt signum amoris perfecti. Quartum signum in
trinsecum caritatis perfecte sunt expectationes tediose
Racio huius signi est. quia sicut dicit Lincolniensis su
per ca. angelice Ierarchie. amore tendente in rem
amatam. nichil velocius. nichil acucius. nichil
subtilius. nichil penetrabilius. quia sua natura
non quiescit donec supernaturaliter penetraverit tota.

pfunditatem. et trāsient amabilis totalitatē
qūtum potest. Et ideo qn̄ cursus istius amoris
impeditur vel tardatur. qualitercumque tota mens tur-
batur et expectacōne attediatur. quia sicut dicit Rich.
Amanti omnis hora nimis videtur longa. et expec-
tatio onerosa. Ut clamet cū sc̄o Job. Tedet aīam
meam vite mee. q̄d exponens bt̄s greg. sic dicit
presens vita vilescere. id est tedere incipit. cum di-
uinꝰ amor dulcescē incepit. Unde amor caritatis
pfecte. quodam incendio succensus. fastidit omē
quod cursū sui amoris impedit. et sic patet
quartū signū caritatis pfecte. Quintum aūt
signū caritatis pfecte sūt affectiones extatice.
Extasis vero est excessus mentis. ait papias.
Racio huiꝰ signi est. quia sicut dicit dyonisꝰ iiijo de
diuinis noībꝰ. Amor in deum tendens. est faciens
extasim spūs. et reddens racōnem ibidem dicit
quia amor non pmittit amatores esse sui ipsorum
p mentis sobrietatē. sed eorum qui amantur p mentis
excessum. Sed illi qui sui non sūt sed aliorum ex-
tra se sūt. Quia ut dicit bt̄s Bnhꝰ. Non est psen-
cior spūs noster vbi animat quam vbi amat. q̄d tamen
intelligēdū est qūtū ad conatū affectionis sue
hūc aūt excessum nō potest facere. nisi caritas p-
fecta. que p suam fortem inclinacōm causat
tendenciā vehemētem in rem amatam. Quod os-
tendit dyonisꝰ p exemplū. allegans paulū ita d.
Btūs paulus in amore dei magnifice excellens
dicit ad Gal. ijo. Viuo ego iam non ego. viuit aūt
in me xp̄s. Hoc aūt dicit sicut verus amator.
et extasim passus. viuēs deo non sibi. Hoc expo-
nens vercellensis in plogo sup Cān. sic dicit. Viuo
ego vita nāli. iā nō ego p imitacōm excessiuam
ad eternitatis īmensitatē. qūi absorbta. et suo of-
ficio suspensa. dirigor. moueor. doceor. et regor
vita supsbali. cui viuo qua repleor. Viuit aūt

in me xps. id est sicut anima sobria me regit na
turaliter et disponit ad omnem actum interiorem. Sic
virtus christi cum vivior gratuite me vivificat. et ad
omnia disponit. Sequitur. hoc dixit sicut verus ama
tor. Verus autem amator est. qui in solum summe. et
vere diligibile et desiderabile immediate et propter
ipsum solum super intellectualiter tendit. Hec ille. Debet
ergo adherere deo per purum amorem. quia in ipso est
plena refectio. et requies perpetua animarum sanctarum
Unde dicit beatus Bernhardus. O bone ihesu amor tuus non
est transitorius. sed eternus. non est ociosus. quia qui
te diligunt non tepescunt. meditatio tua super mel
dulcis. loqui de te plena refectio. nosse te perfecta
consolatio. adherere tibi vita eterna. a te separari mors
perpetua. Hec Bernhardus. Sic igitur patet quintum et ultimum
signum intrinsecum caritatis perfecte. **Quid boni conferat
anime ipsa caritas. capitulum xxxiij.** xxxiij

h Habita informatione de
signis et de coniecturis ipsius caritatis. Nunc
quid boni conferat anime. hec eadem cari
tas. de hoc capitulo edocemur. Scire debes quod virtus cari
tatis efficiat animam hominis sponsam xpi. et templum
spiritus sancti. Nam omnis anima fidelis. que est
in caritate et in statu gratie est sponsa xpi. que co
pulata est ipsi deo per sacramentum baptismatis. et acce
pit ab eo arram videlicet remissionem peccatorum. et donum
spiritus sancti. De hoc Theophilus sic dicit. Omnis anime
sponsus xps est. sponsalium vero locus ubi coniunctio
efficitur. locus est baptismatis sive ecclesia. dat vero
arram sponse peccatorum remissionem. et spiritus sancti
communionem. perfectiora vero in futuro seculo retribuet
dignis. Nullus autem est alius sponsus nisi solus
xps. hec Theophilus. Hunc ergo sponsum anima
sibi copulat. quando ei per verum amorem inheret. Unde
dicit Richardus de sancto victore. Verus anime sponsus deus
est. quem tunc veraciter nobis copulamus. quando ei per verum
amorem inheremus. ymmo vero tunc sibi nos ille coniungit.

qm̄ nos quibusdam internis cōmercijs ad suū
amorem accendit. et arcius astringit. Unde fit
ut que prius cōsueuerat multū formidare. inci
piat postmodū ardentꝰ amare. Hec Rich'. Ubi no
tandum. quod sicut violacō corporis que fit per peccatū
carnale corrumpit virginitatē. Sic violacō fidei
corrūpit integritatē mentis. Quamdiu ergo seruā
mus deo fidem per vite puritatē. tam diu mentis
integritatē quā per virginitate accepimꝰ custodimꝰ
De hoc btūs Augꝰ sic dicit. Sicut violacō corpis
violat et corrūpit virginitatē. Sic violacō fidei
corrūpit integritatē mentis. Uirginitas carnis
corpus intactum. sed virginitas mentis fides in
corrupta. Quamdiu ergo seruamus deo fidei veri
tatem. ipsi fideliter adherentes. tamdiu mentis
integritatē quā per virginitate accepimꝰ custodimꝰ
Et si fidem violauerimꝰ. pietas nos nequiter pster
nentes. per penitenciam et satisfaccionē reparemꝰ. et in
posterum similia caueamꝰ. et deo iterum per amorē ad
hereamꝰ. et eadem adhesio et continencia nobis
iterū pro virginitate reputatur. et si non quātū ad
aureolam. saltem quātū ad meritū. Hec Augꝰ.
Unde anima per peccatū corrupta. et per vicia carnalia
fedata ac polluta. debet suam deformitatē per
veram penitenciam deponere. et se ipsam virtutibus
ac bonis operibus decenter adornare. Ut tanti sponsi
amplexibus videlz xpi digna valeat existere.
Quia sanctimonia vite et dei amor solet corrup
tis per peccatum integritatē reddere. et nondū corruptos
in castitate cōseruare. De hoc hugo de sancto Vic.
in tractatu de arra anime. cū ipsa anima quasi cōfendo. sic dicit.
Si ego electa sū. quid queso adhuc differor. quoniam ad
amplexus sponsi necdum peruenire possim. Nescis
o anima mea. nescis. quoniam feda prius fuisti. quod
deformis. quoniam polluta. omni horrore et enormitate

plena. Et quo tam cito in illum pudoris et cas
titatis thalamum introduci expetis. nisi prius sal
tem cura aliqua et studio exculta ad pristinum de
corem repareris. hoc est quod iste sponsus tuus. ad
huc suam presenciam tibi subtrahit. et nec dum
in mutuos amplexus. et dulcia oscula te admittit
quia videlicet nec polluta debet mundum tangere nec
turpem decet mundum videre. Cum autem preparata et
decenter ornata fueris. demum in illum celestis spon
si talamum sine confusione permansura intrabis.
Prius ergo stude faciem ornare. habitum componere
maculas tergere. mundiciam reparare. mores corrigere
disciplinam servare. et omnibus tandem in melius
commutatis. digno sponso dignam sponsam reddere.
Serva te illi intactam. serva impollutam. serva
integram. serva incontaminatam. Si olim meretrix
fuisti. modo virgo facta es. quemadmodum amor il
lius consuevit corruptis integritatem reddere. integre
castitatem conservare. hec hugo. Non solum autem dicenda
est continencia a carnis illecebris abstinencia. sed
omnium delectabilium carenciam continenciam debemus intel
ligere. Nunquam enim in spirituali studio potest proficere
religiosus vel in statu salutis persistere. nisi a car
nalibus delectacionibus. que sine peccato mortali ad
mitti non possunt. ex integro renunciet propter deum.
Unde secundum doctorem beatum Bernhardum. digne dei spirituali ma
trimonio illi copulantur. qui eius dilectionis intuitu
viciorum connubia. carnis delicias. mundi gloriam
contempnunt. hec Bernhardus. Debet ergo anima devota. que
iam per fidem et vite meritum sponsa christi meruit
appellari et esse. semet ipsam a viciis omnibus
abstrahere. et omni studio et diligencia pro vite
puritatem se illi conservare. ac ipsum solum
diligere. Ut per hoc aliqualem vicissitudinem dilec
tionis possit rependere. hec et quedam alia

beatus Aug. de sponsa et sponso spirituali commemorat
ita d. O sponsa sponsum habes et nescis. pul
chrior omnibus est. sed tamen speciem eius non vidisti
Ille te videt. quia nisi te vidisset non te diligeret
Quid ergo ages nunc videre illum non potes. quia
absens est. et ideo non times. nec erubescis illi in
iuriam facere. quod singularem eius amorem contempnis
te quasi alieno amori turpiter et impudice prostituis
noli sic facere. si adhuc scire non potes. qualis ille
sit qui te diligit. Considera saltem arram quam
dedit tibi fortassis in ipso munere eius quod penes te
est poteras cognoscere. quo affectu illum diligere. quo
studio et diligencia te illi debeas conservare. Mag
num ergo est quod tibi dedit. sed maius est quod in te
diligit. Quid tibi dedit o anima sponsus tuus.
Respice universum mundum istum. et considera si in eo
aliquid sit. quod tibi non serviat omnis natura.
Ad hunc finem cursum suum dirigit. ut obsequiis tuis
famuletur. et utilitati deserviat. Quis putas hoc
instituit certe deus. Beneficium ergo accipis. et aucto
rem eius non agnoscis. tamen quippe diligens suo
dono diligendus demonstrat. et quam stultum est amo
rem tam potentis non concupiscere. et quam impium
tam multum diligentem non amare. Caue ergo o
anima. ne quod absit meretrix dicaris. si munera
dantis plus quam amantis affectum diligis
maiorem caritati eius iniuriam facis. si dona illius
accipis. et tamen vicissitudine dileccionis non rependis.
Dilige igitur illum propter se. dilige te propter illum
dilige illum ut fruaris illo. dilige te ut diligaris
ab illo. Dilige in donis illius que data sunt ab illo
illum tibi et quasi te illi dilige. Hec pura et casta di
leccio nichil habens sordium. nil amarum nil transitorium
hec Aug. Anima igitur que sic diligit xpm me
bitur eius amplexu circumplecti cui et coniungi
per huiusmodi amplexum spiritualem. Valde est deliciosum

et iocundū. Nam ipsius amplexus nō maculat
sed mundat. non inquinat sed sanctificat. De hoc
p quedam sic dr. Heu mundana mollities. tactum
meū nimis miserabilit decipiebat. et ignoraui
q tam suauis o bone ihū esset amplexus tuus
tam honestus attactus tuus. tamqz deliciosum
tibi coniugi. Tuus o dulcissime ihū amplexus
non maculat sed mundat. Tuus attactus non
inquinat sed sanctificat. O ihū fons vniuse dul
cedinis et suauitatis. qntū habet deliciositatis.
honestatis et iocunditatis. qn leua tue sapiētie
etne et cognicōis est sub capite. i. sub racione
et dextera tue diuine clemētie et dilectionis am
plexabit me in volūtate. Heu me miserā. qs
vnqm tam dulce tam suaue. tamqz deliciosum
experiri poterit. qm inter brachia tanti sponsi
requiescere. inter oscula tanti regis. et amici
feliciter obdormire. hec ille. Anima vō que sic
sponso celesti et inuisibili iungit. in eius desiderio
ardet. nulla iam que in mūdo sūt concupiscit.
nec aliquā vite pntis consolacōn recipit. sed ad
illum solū quē diligit medullit suspirat. donc
inueniat. ac in eius amore quiescat. quia anima
que deum diligit. in solo deo quietem habet. De hc
btus ggs. in lo. sup ezech. expones illa vba. et tha
lamū vno talamo in longū xc. sic dicit. In tala
mo quippe sponsus ac sponsa federant. sibiqz in
amore iungunt. Quid ergo sūt in sancta ecclia ta
lami. nisi corda in quibz aīa sponso inuisibili
iungit. vt eius desiderio ardeat. Nulla iam que in
mūdo sunt concupiscat. pntis vite longitudine
penam deputet. exire festinet. et amoris amplexu
in celesti sponsi visione requiescere. Hec itaqz que
iam talis est. nullam pntis vite cōsolacōn recipt
sed ad illum quē diligit medullit suspirat. fer
uet. anhelat. anxiatur. vilis ei fit ipa salus.

ſui corpis · que tūſſixa eſt wlnē amoris · Vnde
in Canticꝭ cāticoꝝ dīt · Vulneata caritate ego ſū
Mala aūt ſalus eſt cordis · que dolorem huiꝰ
vulneris neſcit · Cum vō anhelare iā in celeſti
deſiderio · et ſentire vulnus amoris cepit · fit
anima ſalubrior ex vulnere · que prius egrotabt
ex ſalute · hec ǵgſ · Et ſciendū · ꝙ pius et miſericors
dn̄s deſideriū deuotoꝝ hominū puocat · quia
amorē ſuū in eis excitat et inflāmat · ſed eiudem
dilcōis affc̄ū ſubito ſubtrahit · Vt eo feruencius
poſtmodū poſt illū curtāt · qui cū iterū p ſuam
pn̄ciam et amorē illoꝝ aiās viſitauerit · ampliꝰ
et habundanciꝰ ex tali conſolacōne tripudiāt et letāt
De hoc hugo ita dīt · deus naqꝫ deſideriū nrm̄ irri
tat vt augeat · qn̄ amorem ſuū in nobis excitat
ſed fugiendo vt ſe ſequamᵃ inflāmat · Tale eīm
eſt cor homīs vt ſi quid diligit adipiſci nō vale
at · ampliori deſiderio inardeſcat · Sic in Cāticꝭ cātīcoꝝ
ſponſus venit · ſtat poſt parietem · pſpicit p feneſ
tras · vt qi lateat et non lateat · Mittit manum
ſuam p foramē · tangit ſponſam · et voce tenui
vocat eam · et dicit veni · Illa ut audit ſponſum
adeſſe · ſurgit mox · feſtinat aperit · brachia ad
amplexus parat · liqueſcit aīa eius · feruēt pcor
dia eius · exultat · gaudet · tripudiat · Sed ille cū
teneri putat̄ declinat · et ſubito qī de medijs elap
ſus amplexibus fugit · Quid eſt hoc dū nō q̄rit̄
querit · dum nō vocat̄ venit · Dum aūt querit̄ᵃ
declinat · et dum vocat̄ᵃ fugit · Si nō diligit q̄re
venit · Aut ſi diligit · quare fugit · Diligit aūt et
ideo venit · ſed quia hic nō diligit · ideo fugit · hic
nō diligit · i · in hoc mūdo in hoc exilio · ſed vocat
nos ad terrā ſuam · ad patriā ſuam · quia nō de
cet talis amor pn̄ciam iſtam · Iocūdus amor ame
nū querit locū · hec hugo · Vnde aīa deuota ǭmis
nōdū videat ſpēm ſponſi ſui · hoc eſt xp̄i · tamē

ab ipsius amore non recedit. sed in eius desiderium
semper anhelat et gemit. et per consequens propter dilectionem
quam ad illum habet. ab omni amore alieno se
retrahit. De hoc beatus Gregorius super Cantica exponens illa
verba. pulchre sunt gene tue vt turturis. sic ait
Turtur postquam parem amiserit suum. nunquam
alteri se iungit. sed semper solitarie ambulans in
gemitu perseuerat. quia quem diligebat non inueniens
querit. Sic anima sancta que dum a sponso absens est
ab eius amore non recedit. in eius desiderium semper
anhelat et gemit. et dum illum quem valde di-
ligit non inuenit. ab omni amore alieno se retrahit.
et que in generatur verecundia castitatem cordis ipso habitu
et actu exteriori ostendit. hec Gregorius. Ex hys verbis
colligere possumus. quod pia et deuota corda. cum xpistum
sponsum suum in suis animabus per sciam et dulcem amo-
rem adesse senciunt. de eius presencia valde iocundantur.
ac in eius desiderium profundum affectum trahuntur
et in ipso summe delectantur. Cum vero sua peccata
per subtractionem gracie et p̄y sui amoris. ab ipa
anima abstulerit. ipa quidem dolenter hoc sus-
tinens. fidem tamen quem erga suum sponsum habet
non derelinquit. sed omnem diligenciam adhibet quo
se illi qui eciam absens esse videtur. immaculatam
conseruet. et ideo suum affectum ab omni alieno et
in ordinato amore retrahit. non solum peccata
mortalia. sed eciam venialia in quantum possibilitas
admittit vitando et illis resistendo. vt suo di-
lecto domino ac sponso. quamuis per graciam absenti
valeat placere. et cum ipo post hanc vitam gau-
dium eternum possidere. quia talibus sic fidem erga
suum dominum seruantibus promittitur et debetur vita eterna
Vnde per Thobiam ii° ca° dicitur. Filij sanctorum sumus. et vitam
illam expectamus. quam deus daturus est hys qui
fidem suam nunquam mutant ab eo. Vbi eciam consi-
derandum. quod quamuis anima in presenti vita conspicere

Vultum dei nō valeat. tamē pius dn̄s deuotū cor
consolari eciā in hac peregrinacōe nō obmittit. Ipse
namq; affectū suī amoris per grām sancti spūs
anime imprimit. per quē ipm̄ deum spūalit̄ deos
culat̄. et per cōsequēs ob hoc multiplicat̄ cōsolat̄.
Nam put dr̄. btūs Gg̃. sup. Canͣ. Tociens aīa
deum deosculat̄. quociēs in eius amore cōpungit̄
hec Gg̃. Sed magis supra modū amoris indicāl
osculū est. Quid aūt sit hoc osculū. quia spūa
lis est grā. non facilit̄ innotescat, nisi viris spūa
libus. et in amore dei flagrātibꝫ. q̄d melius impres
sum cordi. qm̄ vbis expressum cognoscat̄. est eī
māna absconditū. et nisi gustantibꝫ penitus ig
notū. De hoc spūali osculo btūs Bnh̄ ita dicit
Ego arbitror neminem scire facile. quid sit osculū
nisi qui accipit. Est quippe māna absconditum
et solus qui edit adhuc esurit. fons signatꝰ. cui
non communicat alienus. sed solus qui bibit. adhuc
sitiet. nō est cuiuslibꝫ hominis. sed si quis ex ore xp̄i
semel accepit. habet ppriū expimentū. q̄d pfecto
sollicitat. et cogit amplius ad petendū. Hoc oscu
lum sola et rara recipitur pfeccio. Oportet enim
sponsam xp̄i. Vt p̄sumat hoc osculū petē. ama
re caste. sancte. ardent̄ ipm̄ sponsū. Caste ut
ipm̄ solū non aliud amet petat vel querat.
sancte quia nō in cōcupiscēcia carnis. sed in pu
ritate spūs. ardent̄ ut ita amore sponsi inebri
etur q̄ maiestatē nō cogitet. nam si cogitaret. nō
p̄sumeret hoc osculū petē velut ab equali. Quis
eīm p̄sumeret. Vt ab eo qui respicit t̄ram et facit
eam tremere peteret. Hoc aūt osculū. nichil aliud
esse credimus nisi spm̄ scm̄. ad cōsolacōem anime
sancte missum. Sicut eīm osculatum spiramē
se pmiscet. Vt vnius anhelitus iudicet̄. Sic sp̄s
scūs spiritui nr̄o immissus fit vnus spūs cū eo.
Et hoc est q̄d dr̄ aplūs. Qui adheret deo. vnus

efficitur spiritus cum eo. Sed quid anima humana retri-
buet domino pro tanto beneficio sibi ab ipso impenso. Scilicet
ut vocaretur sponsa christi et esset. Illius inquam cuius
pulchritudinem sol et luna mirantur. O felix sponsa
que tali coniugio efficitur digna. De ista tam magna
dignatione et pietate quam christus exhibet unicuique
devote et ferventi anime. beatus Bernhardus sic dicit. Unde tibi
o anima humana. tam inestimabilis gloria. ut sponsa
merearis esse. in quem desiderant angeli prospicere. Unde
tibi hoc scilicet ut sit tuus sponsus. cuius pulchritudinem
sol et luna mirantur / ad cuius nutum universa mutantur
quid retribues domino pro omnibus que retribuit tibi
ut sis socia mense eterne. socia denique thalami. ut
introducat te rex in cubiculum suum. Si te viderit
ob amorem suum christus sponsus tuus marcescere
sive pallescere in pacienti desiderio accelerabit ad te
copule divine se offeret oscula prebebit. iunget am-
plexus. O letam diem talium nuptiarum. o felix spon-
sa tali coniugio digna. hec Bernhardus. Et non dubium quod non
poterunt dulciora verba inveniri. per que christi et anime
dulces ad invicem exprimuntur affectus. quemadmodum
sponsus et sponsa. quibus omnia sunt et debent esse
communia, hoc commemorat beatus Bernhardus ita dicens. Non sunt
inventa eque dulcia verba. quibus verbi animeque
dulces ad invicem exprimuntur affectus. quemadmodum
sponsus et sponsa quibus quippe omnia communia sunt
nil proprium. nil a se divisum. habentibus una utriusque
hereditas. una domus. una mensa. unus thorus
una corona. et secundum apostolum. deo adherens anima
unus spiritus est. hec Bernhardus. Post talem vero tam feli-
cem coniunctionem inter christum et animam. fiunt inter eos
quedam colloquia spiritualia. per que sibi mutuo in-
notescunt. Nam lingua christi ad animam est favor
dignationis. Anime vero lingua erga christum est fervor
devotionis. De hac mutua collocutione sponsi et sponse
beatus Bernhardus sic dicit. Attende spiritum loqui. et ideo spiritualiter

oporte intelligi que loquunt. Quociens audis vel
legis sponsum vel sponsam deum et aiam pit
colloqui. noli tibi ymaginari qi corporeas interuir
re voces. nec corporeas colloquencium apparere ymagines
sed audi quid tibi in huius sit intelligendum. Sponsus
est deus. spus est aia. et habet linguas spuales.
quibus se alterutrum colloquunt presentes se indicent.
Lingua sponsi est favor dignationis eius. Anime vero
lingua fervor est devotionis. et elinguis est omnis aia.
que non habet hanc linguam. et non potest ei esse
sermocinatio cum sponso. Cum vero sponsus lin-
guam suam movet loquens aie. non potest anima
non sentire. Et rursum cum aia linguam suam movet.
sponsum latere multo minus poterit. non solum
quia ubique presens est. sed propter hoc magis. quia
nisi ipso stimulante. lingua anime ad loquendum mi-
nime movet. Itaque locutio sponsi. infusio doni
est. Responsio vero anime. cum gratiarum actione ami-
ratio. Hec Bnhc. Post talia ergo colloquia tam suavia
inter xpm et animam nonnumquam sequitur. quoddam
canticum amoris quod non fit per strepitum oris. sed
potius per iubilum cordis. De quo cantico idem Bnhc
sic ait. Canticum amoris sola unctio docet. sola ad
discit experiencia. experti recognoscant. inexperti inar
descant. non est enim strepitus oris. sed iubilus cor
dis. non sonus labiorum. sed motus gaudiorum volun
tatum. non vocum consonancia. sola quod cantat. et
cui cantat audiunt. idest sponsus et sponsa. xpc
et anima. Hec Bnhc. Non solum autem virtus cari
tatis efficit aiam sponsam xpi. sed etiam templum
et habitaculum dei vivi. qui in aiabus devotis.
et in caritate ipsius fervescentibus libenter inhabitare
dignatur. Ubi primo notandum. quod domus sive habitaculum
dei potest dici iste mundus ecclia catholica. et una
quaeque fidelis anima in mundo est. Ut Imperator

in regno. In ecclesia est ut pater familias in domo. In
anima est ut sponsus in thalamo. De hoc hugo de
sancto victore in 3o li. de archa noe sic ait. Domus quippe
dei totus est mundus. Domus dei ecclesia catholica est
Domus dei eciam est quelibet fidelis anima. Sed aliter
mundum inhabitat. aliter ecclesiam. aliter fidelem animam
In mundo est ut imperator in regno. In ecclesia ut pater
familias in domo. In anima est ut sponsus in
thalamo. Fideles quippe in domo eius sunt. quia
eos per dilectionem inhabitans possidet et regit. Si autem
in domo dei fueris per caritatem beatus es. quia non
solum tu in domo dei. sed tu domus dei esse cepisti
ut ipse tecum habitet in te qui fecit te. Ibi pacem
invenies et requiem. Ibi ille habitare dignatur
cuius locus in pace factus est. preparemus illi locum in no
bis. ipse enim libenter ad nos veniet. qui ideo nos fe
cit ut in nobis habitaret. Duobus autem modis deus
cor humanum inhabitat. per cognicionem videlicet et amorem
Una tamen mansio est. quia et omnis qui novit eum
diligit. et nemo diligere potest qui non novit. Et
ideo si deum amare cupimus. primum eum agnoscere sa
tagamus. presertim cum ipse talis sit. qui nequeat
sciri et non amari. Tanta enim est species pulchri
tudinis eius. ut qui potest eum videre. non possit
eum non diligere. Hec hugo. Templum ergo dei sunt
sancti homines modo per fidem et dilectionem ambulantes
Postmodum vero hoc est post hanc peregrinacionem erunt
templum dei. etiam secundum speciem. qualiter nunc templum dei
sunt. eciam ipsi angeli. hoc testatur beatus Augustinus ita dicens. In
templo inquit suo habitat deus. scilicet in sanctis suis
qui sunt templum dei. modo secundum fidem ambulantes
et templum dei erunt. aliquando eciam secundum speciem. qualiter
eciam nunc templum dei sunt angeli. Sed dicat aliquis
antequam faceret celum et terram. antequam faceret sanctos
ubi habitabat. in se habitabat deus. apud se ha

bitat deus et apud te est. Non ergo sic sunt sancti
domus dei ut ipsa subtracta cadat deus. ymo sic ha-
bitat deus in sanctis ut si ipse discesserit cadant.
Et notandum quod deus ubique et in omnibus creaturis
essencialiter presencialiter potencialiter est. In sanctis
vero et habitat. in quibus est per graciam Non enim
ubicunque est inhabitat. Ubi vero habitat. ibi est in
solis bonis. qui sunt templum eius et sedes eius.
Unde per Ysayam dominus ait. Celum michi sedes est
terra autem scabellum pedum meorum. Quia in celis
qui sunt celum habitat deus et regnat. qui
eius voluntati devote obtemperant. Malos vero qui sunt
in terra iudicii districcione calcat. Unde etiam in libro
Sapiencie dicitur. Thronus sapiencie anima iusti. quia in
sanctis specialius est. quam in aliis rebus in quibus
tamen omnibus est totus. quemadmodum anima per
omnes particulas corporis tota adest simul. nec mi-
nor in minoribus. nec in maioribus maior est. sed
tamen in aliis intensius. in aliis remissius operatur
cum in singulis particulis corporis essencialiter sit. Ita
et deus cum sit in omnibus essencialiter ac totus in
illis. tamen plenius esse dicitur quos inhabitat. id est
in quibus ita est ut faciat eos templum suum
et hii tales cum eo sunt iam experte. sed in beatitu-
dine perfecte erunt. Mali vero et si ibi sunt ubi ipse
est. qui nusquam deest. non tamen sunt cum eo
De hoc beatus Augustinus super Iohannem sic dicit. Non satis
fuit dicere. Ubi ego sum et illi sint. sed addidit
mecum. quia et miseri possunt esse ubi et ille est
qui nusquam deest. sed beati sunt cum illo. quia
non sunt beati nisi ex eo qui cum illo sunt. quia
fruuntur eo. Videbunt enim illum sicuti est. Fate-
ndum est igitur ubique esse deum per deitatis presenciam
sed non ubique per inhabitacionis graciam. Propter enim
hanc inhabitacionem gracie. non dicimus Pater
noster qui es ubique. cum et hoc verum sit. sed qui

es in celis id est in sanctis. in quibus est quodam excel-
lenciori modo. Dicit eciam de hoc quedam glosa sic
Per caritatem namque tota trinitas inhabitat men-
tes iustorum. sicut amans habitat in amato. et
econuerso quia caritas est quedam participacio
diuine nature in nobis. propter quod dicitur. Qui ma-
net in caritate in deo manet et deus in eo. Sic autem
non est in peccatoribus. licet sit in eis per essenciam presenciam
et potenciam. per quem modum eciam est in ceteris creaturis
hec glosa. Debemus ergo parare locum deo in cordibus
nostris. per vite puritatem. et non dyabolo per malam
concupiscenciam. et carnis voluptatem. Ut domi-
nium habeat deus in nobis et non dyabolus. De
hoc dicit beatus Augustinus. Cum igitur xpistus sedet in corde
quid potest iubere nisi bona. Cum possidet dyabolus
quid potest iubere nisi mala. In tuo autem arbitrio te esse
deus voluit cui pares locum deo an dyabolo cui pa-
reris cum possidebit ille imperabit. hec Augustinus. Opor-
tet igitur animam que desiderat xpistum in suum domicilium
suscipere a voluptatibus carnis a cupiditate ab odio
et a ceteris vicijs abstinere. et se virtutibus ac caritati
mancipare. quia quanto maior caritas fuerit in
anima. tanto spaciosius habitaculum et magis
ornatum exhibebit factori suo in semetipsa de hoc
beatus Bernhardus super Cantica sic dicit. O quanta illi anime
beate latitudo. quanta et meritorum prerogatiua. que
diuinam in se presenciam. et dignam inuenitur susci-
pere et sufficiens capere. que illa et cui et suppetunt
spacia deambulatoria. ad opus quidem tante
maiestatis. non est profecto intricata forensibus causis
curis ve secularibus ne certe vent[...] et luxurie dedita
sed nec curiosa spectandi. seu cupida omnino dominandi
vel eciam tumida dominatu. Oportet namque primo quidem
hijs omnibus vacuam esse animam ut celum fiat atque
habitacio dei. Alioquin quomodo poterit vacare et videre
quoniam ipse est deus. sed et odio sine inuidie aut rancori

anime prorsus indulgendū. qm in maliuolam
aīam non introibit sapīa. Deinqȝ necesse est eā
crescere ac dilatari. vt sit capax dei. Porro latitu
do eius dilectio eius. sicut dicit aplus. Dilatamini
in caritate. Nam et si anima nimie cū sit spūs
corporeā recipit q̄ntitatē. tn̄ cōfert illi grām q̄d
negatū est a natura. Crescat quidem et extendit
sed spūalit crescit. non in substācia sed in v̄tute
crescit et in gloria. crescit et in templū sanctum
in dn̄o. ergo q̄ntitas cuiꝰqȝ anime estimat. de
mensura caritatis quā habet. vt v̄bi gr̄a. que
multū habet caritat magna est. que parū parua
que v̄o nichil nichil est dicente aplo. si caritatem nō
habuero nichil sum. hec bnh̄s. Edificemꝰ ergo tem
plum deo in aīabus nr̄is. quia ipā sola pt esse
capax illius. Vnde dit bt̄s bnh̄s. Non capit deum
nisi ymago sua. aīa capax illius est. que nimirū
ad ymaginem eius est creata. ꝓpter quod toto de
siderio et digna cū grāꝝ actōne studeamꝰ ei tem
plum edificare in nobis. hec bnh̄s. hoc v̄o tem
plū q̄d est aīa. maxīe edificari oportet p caritat
v̄tutem. De hoc btūs Augꝰ in libᵒ de v̄bis apli sic
dit. Nondū q̄ sumꝰ templū dei. sicut dit aplus
ꝓpter quod dit. inhabitabo in illis et deambulabo
Deambulat aūt in nobis p̄ncia maiestatis. si
latitudinē inuenit caritatis. Vnde idem aplus
~~aplus~~ ait. Dilatamini. Si dilatemꝰ deambulat
in nobis deus. sed ut dilatemꝰ opetur ipe deus
Videte quia deus sibi in nobis latitudinē fecit. di
cente aplo. Caritas dei diffusa est in cordibꝰ nr̄is
p spm̄ scm̄ qui datus est nobis. ꝓpter hāc lati
tudinē in qua in nobis deambulat deus. hec
Augꝰ. Debemꝰ ergo amare deum. vt illi tēplum
et locum aptum valeamꝰ ꝓparare in nobis. Vn
idem btūs Augꝰ. in glō. sup p̄s sic ait. Hospi
tari aput te volt deus. fac illi locū. Noli amari

te ipm̄ · illum ama · et sic facis illi locum · Si te ama
ueris contra illum claudis · si illū amaueris apis
illi · si aūt aperueris et intrauerit non pies sed inue
neris cū amante hec Aug̃ · Si quis ergo cupit videre
deum · caritatē habeat · et cōsciam suam attendat
et ibi videat deum · Testat᷑ hoc btus Aug̃ in glo · sr̄
p̄s ita · d · Si amamꝰ videamꝰ · Quid videmꝰ · deū vbi
est · est ipse deus · interroga Iohem · deus caritas est ·
Quisquis habet caritatem vt quit illū intuerꝰ loge
vt videat deum · cōsciam suam attendat · et ibi videt
deum · Si caritas ibi non habitat · nō ibi hītat deus
Si aūt caritas ibi habitat · deus ibi habitat · Volt
forte illum videre sedentē in celo · habeat caritatem
et in illo hītat sicut in celo · hec Aug̃ · Nam sedm eū
dem Aug̃ · Caritas est via dei ad homines · et via hoīꝰ
ad deum · P caritatē namqꝫ venit deus ad homies
venit in homies factus est homo · P caritatē deū dili
gūt homines · et ad deum currūt · et ad deū veniunt
hec Aug̃ · Quicūqꝫ ergo habet caritatem · talis iam
non est alienus a deo · sed ipse in deo · et deus in eo ma
net · Sic namqꝫ familiaris est deo caritas / ut ī illo
homine ipse mansionē hr̄e nolit vbi caritas nō fuit
hoc pbat Hugo de sancto vic · in iijo · lio · de archa noe
sic · d · Quicūqꝫ habet caritatē · non iam alienꝰ est
a deo · sed ipse in deo · et deus in eo manet · Sic familiaris
est deo caritas · vt ipse māsionē hr̄e nolit · vbi caritas
non fuerit · Si ergo caritas tecum est · veniet deus ad
te et manet aput te · si tu recedis a caritate · recedit et
ipse a te · Si caritatē nuqm̄ habuisti · nuqm̄ venit ds̄
ad te · nec mansit aput te · Si caritatē ceptam dese
ruisti recessit deus a te · Si in caritate cepta pmāsisti
deus tecū est · et pmanet aput te · hec Hugo · Et no
tandum qꝫ non solum spūs scūs habitat in anima
sed etiam in corpe · vt et corpa nr̄a templum
sint spūs sancti · quē habemꝰ a deo · Quod affirmat
btus aug̃ ita · d · vita corpis aīa est · vita aīe deus est /

Spus dni habitat in anima. et p aiam in corpe
vt et corpa nra templu sint spus sancti que habe
mi a deo. venit enim spus ad aiam nram. quia caritas
diffusa est in cordibus nris. p spm scm qui datus
est nobis. et totu possidet. qui pncipalem tenet. Te
nes deus quod melius est. idest cor tuu. mete tua.
aiam tuam. pfecto p meliore possidet et inferiore
qd est corpus tuu. hec Aug. Considerandum ec
q anima huana nulla res implere potest. pter
solum deum. Cum aut illu habuerit plenu est
desideriu eius. Quia cu deus sit summu et ome
bonu. non habet anima quod amplius desideret
si possidet ome bonu. Implet aut deus eos visitan
do p gram suam. quia nichil aliud desiderant
pter ipm. De hoc beatus Aug. in li. soliloquior
sic ait. Mundum cenaclm decet te dne deus. qui
nequam nisi mundis cordibus videri potes. multo
magis nec haberi. Quos aut pdestinasti. ipos
et vocasti. et sanctificasti et mundasti. vt dignum
habitaclm sint tue maiestati. cum quibus et in
quibus tu delectaris et letificas iuventutem eor
habitas cum eis in medio. i. in memoria et cogi
tatione eor. Anima enim nra ita capax facta est
maiestatis tue. q a te solo et a nullo possit impleri
Cum aut habet te plenu desideriu eius. et iam
nil aliud qd desiderat exterius restat. Dum aut
aliud exterius desiderat. manifestu est q te no habz
interius. quo habito nichil est qd vltra desideret
Cum enim sis summu et ome bonu. non habet qd
desideret amplius si possidet ome bonu. Imples
aut eos. qui nichil aliud desiderant pter te. et
facis eos dignos te. sanctos beatos immaculatos
et amicos dei. qui omnia reputant ut stercora.
vt lucrifaciant te solum. hec est btitudo quam
homini contulisti. hic honor quo eu inter omes
creaturas honorificasti. Ecce domine deus meus.

inueni locum ubi habitas. quia in anima quam creasti
ad ymaginem et similitudinem tuam. que te solum querit
et desiderat. Ego erraui sicut ouis que periit. querens
exterius te qui es interius. et laboraui multum querens
extra me. et tu habitas in me. si tamen desidero te. hec
Augustinus. Hunc excellentissimum hospitem. idem beatus Augustinus
aduenire in cor suum desiderabat. cum sic diceret. Quis
michi det. ut uenias in cor meum domine. et inebries illud.
ut obliuiscar mala mea. et unum bonum meum am-
plectar te deus meus. Fecisti enim nos. et inquietum
est cor nostrum. donec requiescat in te. hec Augustinus. Cum
vero secundum dictum beati Ambrosij. xpistum recipit in cordis
domicilium. maximis delectacionibus exuberancium pascat
uoluptatum. et dominus libenter ibi ingreditur. et in eius re-
cubitu affectu. hec Ambrosius. Felix est ergo illa anima
que cor suum cottidie mundat. ut inhabitatem in se
deum suscipiat. negare siquidem illi requiem celestem
patrie non poterit. qui sibi in hac vita requiem in
mente preparauit. De hoc beatus Bernhardus sic dicit. O felix
anima que cottidie cor suum mundat. ut inhabitantem
deum suscipiat. O quam beata anima. aput quam deus
requiem inuenit. quia dicere potest. Qui creauit me
requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem ei
rex celi requiem non poterat. qui sibi in hac vita re-
quiem in mente preparauit. O anima. deus tuum desi-
derat hospicium. tuum cenaculum plus quam celeste palla-
cium appetit et exoptat. Delicie enim sue sunt esse cum
filijs hominum. hec Bernhardus. Unde gaude prout dicit beatus Augustinus
O felix anima que potes esse tanti hospitis hospita
Si igitur possidere cum deo celestem gloriam querimus
necesse est. ut ei nosmetipsos prius hic interius habi-
taculum per vite sanctimoniam prebeamus. quia si eum in hoc
seculo in cor nostrum suscepimus. ille post hanc vitam
suscipiet nos et presentabit vultui suo interim. Unde de
hoc beatus Augustinus exhortando sic dicit. Purga cor. ut ipse
dominus illuminet. ut que innotas intret. esto domus eius.

et erit domus tua, habitet in te et habitabis in eo.
Si eum in hoc seculo exceperis in corde tuo. ille post
hoc seculū excipiet te in voltu suo. hec Aug. Dicit
etiā de hoc petrus damiani. Qui possidē cum deo pa-
disi ianuam q̄rimꝰ hic necesse est ut ei nosmet ipos
prius habitaclm p̄beamꝰ. quatꝰ dum ipe in nob-
habitat et nos in eo. sic studeamꝰ non ignobilis
ocij. sed laboriose quietis sabbtm colere. Ut ex hoc
mereamr. in diem dn̄cū qui nullo clauditr fine tra-
sire. hec petrus. Ecce q̄m iocūdum et q̄m fructuo-
sum est ipm dnm in cordis hospiciū in p̄nti vita
suscipe. quia ipe vicevsa post exitum huiꝰ pegri-
nationis suscipiet talem aīam in suam eternam
mansionem. De quinq̄ gradibꝰ potioribꝰ caritatꝰ. cap. xxxiii.

Vellem etiā aliqua scire de gradibꝰ carit.
et qui gradus sint potiores et magis vali-
di ad p̄ducendū ad amorem violentū indu-
centem languorē spūalem. Scire debes ut dicit
Thomas de aquino. q̄ diversi sūt gradus caritatꝰ
scdm diversa studia. ad que homo p̄ducit p carit
augmētū. Nam quidem p̄mo incūbit homini
studiū p̄ncipale ad recedendū a pcc̄o. et resistendū
concupiscencijs eius. que in cōtrarium caritatis mo-
vet. et hoc ptinet ad incipiētes. in quibus caritas
est nutrienda uel fovenda ne corrumpatr. Scdm
aūt studiū succedit. Ut p̄ncipalitr intendat ad hoc
q̄ in bono pficiat. et hoc studiū ptinet ad pficiē-
tes. qui ad hoc p̄ncipalitr intendunt. Ut in eis cari-
tas p augmētū roboretr. Terciū aūt studiū est.
Ut homo ad hoc p̄ncipalitr intendat. Ut deo inhe-
reat et eo fruatr. et hoc ptinet ad pfectos. qui cu-
piūt dissolui et esse cum xp̄o. hec Thōs. Ubi no-
tandum q̄ q̄nto pfectior est vita in hōie. tanto
est vehemencior et fervencior amor in illius corde
ad diligendū deum solum sup omīa. Iste vero
amor vehemēs sive fervēs. habet sex gradus ex
se p̄cedentes. Primꝰ gradus est amor inrōpabilis

et iste est cōmunis oīm electorꝝ. ¶ Scd̄s grad⁹ est amor
in cōtaminabilis. et iste est mūdi conteptorꝝ et religi
osorū ¶ Tercius gradus est amor in fatigabilis. et
iste est iugit̄ pficienciū. et xp̄i confessorꝝ ¶ Q̄rtus
amor est insepabilis. et iste est sanctorꝝ cōtempla
tiuorꝝ ¶ Q̄ntus est amor in supabilis. et iste est xp̄i
martirū siue victorꝝ ¶ Sextus est amor insaciabilis
et iste est iugit̄ desiderancium vt solitariorꝝ. hys sex
gradibus decursis. sequit̄ amor violent⁹ inducens
languorē. Prim⁹ igit̄ et infim⁹ gradus caritat̄ siue
amoris istius est amor incorrupabilis. qui est cōis
omnibus elc̄tis. qui est tante v̄tutis. q̄ oīne peccatū
mortale ab anima expellit. et deum sup omnem crea
turā diligit. Et hic gradus est necessitatis. Vt dn̄s
ostendit in ewn̄. Mathi. Vbi sic dr̄. Qui diligit prem
et matrē plus q̄m me non est me dignus. Ergo sr̄
omnia est diligendus deus. Vnde Anshelm⁹ dr̄. q̄ crea
tura racionalis nichil debet diligē nisi sūmā essenciā
alia aūt ppter istam. Racio istius est. quia in quo est
sūma diligibilitas. sūme debet diligi. sed hoc est in
deo. ergo sūme est diligendus ¶ Scd̄us gradus amoris
caritatiui. est amor in cōtaminabilis. et hic gradus
est mūdi cōtemptorꝝ. qui tante est v̄tutis vt hominem
a mūdana cōuersacione abstrahat. ne mēs polluat̄
et ne caritas ab opacione sua impediat̄. Vnde Joh
in pma sua Canōica dr̄. Si quis diligit mūdū nō
est caritas patris in eo. q̄m oīne quod mundo est
aut est cōcupiscēcia oculorꝝ. aut cōcupiscēcia car
nis. aut supbia vite. Sed huiꝰ dī cōcupiscēcie. illā
mentē p cōsensū prauū non supant. que veraciter
deum amat. Vnde dr̄ beatus Greg̃. Ille vere deum
amat. cui⁹ mentē praua delectacio. ex consensu nō
supat. Nam tanto quisq̄ a supno amore disiungit̄
q̄nto inferius delectat̄. hec Greg̃. Racio istius est. q̄a
ignis amoris dei. sepat oīne inquinamēs amato
ab amante ¶ Tercius gradus amoris caritat̄ est
amor infatigabilis. et iste est iugit̄ pficiencium

et xpi confessorū. qui est tante v̄tutis. vt et aīam
non sinat quiescē. donec inueniat quem diligat. vn̄
in li° Cant. dr̄. In lectulo meo p noctem quesiui. 7c.
Quod exponens orig. dr̄. Querendus es dn̄e cū freq
tia laboris. nō in lecto. in luce veritatis. nō p noctes.
cū feruore caritatis. abiecta supsticione n̄alis cōmis.
Solus enī amor te inueniat. quia qui te amat. te
habet. habet ut amet. amat ut habeat. ne te met
im̄ pdat. ¶ Quartus gradus amoris caritatiui. est
amor insepabilis. et iste est assidue cōtemplatiū.
et hic gradus tante est v̄tutis. vt cōtinuis stimlis
agitet mentē cōtemplatiuā. ad apphendendū dilcm̄
donec tandem dicatur. Inueni quē diligit aīa mea
tenui eū nec dimittam. Vbi dr̄ btūs bn̄ḡ. Quis te
nō teneat dn̄e ihu. qui tenetem spe fortificas. pfec
tione decoras. pseuerancia conducis. remuneracione per
ducis. Ego non dimittam te nisi bn̄dixeris michi. nūq̄
dimittam te quia nō bn̄dicis nisi tenetem te. hec bn̄ḡ.
Istum gradum videtur habuisse aplus cum dixit. Ad
Rom̄ viij°. Quis nos sepabit a caritate xpi 7c. ¶ Quīt
gradus amoris caritatiui est amor insupabilis. et
hic est martirū in adūsitatibus non cadenciū. qui est
tante v̄tutis et fortitudinis ut dicat Aug. in li° de mo
rib. eccl̄ie. Nichil tam durū tam ferreū. qd non amoē
ignis. vel ignis amore vincatur. Et ideo idem bt̄s Aug.
alibi dicit. Nichil amantibus durū est. nullus labor
difficilis. quia qui amat non laborat. Amem igit
et nos xpm. et facile videbit omē difficile. Racio hui
est quia scdm eundem Aug. Nullomodo onerosi sūt
labores amanciū. sed ipi delectant sicut venanciū aucu
panciū et piscanciū labores. In eo enī quod amat
aut non laborat. aut labor amatur. amor aūt reddit
mim̄ sensibilem. ¶ Sextus gradus amoris caritatiui
est amor insaciabilis. et hic est iugit desiderancium et
solitarior. hic gradus tante fortitudinis est. vt nichil
sibi sufficiat pter vnū solum quod amat. et sic id

ipsum semper amplius in hac vita sitit et desiderat. Racio
huius est. quia ut dicit Rich. de sancto vic. Caritas ista
semper invenit quod adhuc concupiscere possit. quia
quidquid fiat desiderium ardentis anime non saciat. si-
tit et bibit. bibendo tamen sitim suam non extinguit.
sed quo amplius bibit eo amplius sitit. avida enim
ymo insaciabilis anime sitis vel esuries non sedatur
sed irritatur. Quid queso illo amore molestius et acer-
bius. cum sitim suam non resistendo temperare nec ine-
briando extinguere possit. hec Rich. Ecce quo iste gradus
caritatis iam se extendit ad quandam violenciam amoris.

Istis namque sex gradibus **De violento amore et eius gradibus cap. xxxv.**
decursis. sequitur amor violentus. qui habet ortum
ex magno fervore caritatis dei. qui cor penetrat
atque transfigit. hec vero caritas sive amor violentus
quatuor habet gradus. Nam caritas violenta animam
seu corda devotorum hominum primo vulnerat. secundo ligat
tercio languidum facit. quarto huiusmodi caritas defectum indu-
cit. De hijs gradibus violenti amoris. loquens Rich.
de sancto vic. in tractatu de caritate circa principium
sic dicit. Magna vis dileccionis. magna virtus caritatis.
multi gradus in ea. et in illis magna differencia. Super
hos tamen omnes gradus dileccionis est amor ille ardens
et fervens qui cor penetrat. et medullitus transfigit. ut
veraciter dicat. Vulnerata caritate ego sum. Cogitemus
ergo que sit supereminencia caritatis Christi. que dileccionem
parentum vincit. prolis sive carnis affectum transcendit
vel eciam extinguit. Insuper et animam suam in sui odium
vertit. O violencia dileccionis. o excellencia et super-
eminencia caritatis Christi. hec est de qua loqui volumus.
Attendo namque ad opera violente caritatis. et invenio
quod caritas vulnerat. caritas ligat. caritas languidum
facit. caritas defectum inducit. quod horum non violentum
quod horum non validum. Primus ergo gradus violen-
cie est. quando mens desiderio suo resistere non potest. quin vul-
neret. Nonne tibi corde percussus videtur. quando igneus ille

amoris aculeus mentē hoīs medullitus penetrat
affectū q₃ tm̄ suerberat intim̄. vt desiderij sui estum co-
hibere omīno non valeat. desiderio ardet. affectu fer-
uet. estuat anhelat. pfunde ingemiscens. et longa
suspiria trahēs. vt dicat vulnerata caritate ego sum.
hec Rich⁹. ¶ Et nondū q̄ anima pspecta pulchritudīe
filij dei. et cum illius speciem et decorem adamare
cepit. ex ip̄o quoddam telum. et vulnus suscipit amo-
ris. cum vero tam amabili confixa fuerit telo. mag-
no erga ip̄m dn̄m accendit̄ desiderio. ita ut nō velit
nec possit aliud cogitare ac desiderare preter ip̄m.
De hoc orige. sup Can̄. sic d̄r. Amore celesti agit̄ aīa
cū pspecta pulchritudine et decore vbi dei spēm eius
adamauerit. et ex ip̄o telum quoddā et vuln⁹ accepit
amoris. Est enī verbum hoc ymago et splendor dei
inuisibilis p̄mogenit⁹ omīs creature. in quo crea-
ta sunt omnia. que in celis sūt et que in t̄ris. siue vi-
sibilia siue inuisibilia. Igit̄ siquis potuit capaci
mente concīee et considerare hor̄ om̄ium que in ip̄o sc̄
creata. decus et spēm. ip̄a rerū venustate pcussus
et splendoris magnificencia. seu iaculo vt ait pph̄a
elc̄o terebrat⁹. salutare ab ip̄o vulnus accipiet. et
beato igne amoris eius ardebit. Si quis vero amore
dei arserit. et iaculis eius dulce vulnus accepit. et
eius amabili cōfixus fuerit telo. ita ut ad eū deside-
rijs diurnis nocturnis q₃ suspiret. aliud quid loqui
non possit audire. aliud nolit cogitare. aliud nesci-
at desiderare p̄ter ip̄m̄. aut cupe aliud. vel spare
non libeat. istius anima merito dic̄e pt̄. vulnerata
caritate ego sum. quia ab illo vulnus accepit. De q̄
dicit Ysaias. et posuit me sicut iaculū electū. Tali
vulnere decet deum pcutē aīas. talib⁹ telis iaculis
q₃ cōfigē. ac salutarib⁹ eas vulneribus sauciare. Ut
quia deus caritas est. dicat et ip̄e. quia vulnerata
caritate ego sum. hec orig̃. Cum igit̄ amore dei
sic vulnerat̄. sui dilecti dn̄i faciē semp ymaginat̄

et ipsum intrinsecus inter brachia cordis sui · et intima
dilectione amplexatur. Hic talis a concupiscentia sui de-
siderati quiescere non valet. quia eius cor sagitta quadam
divini amoris dulciter vulneratum est. De hac caritate
Iohannes abbas · in tractatu de xxx gradibus sic ait · Ca-
ritas secundum qualitatem est similitudo dei · in quantum
hominibus possibile est. Secundum vero operationem est ebrietas
anime · secundum autem proprietatem est fons fidei · abissus lo-
ganimitatis · mare humilitatis. Et nondum qui sine timo-
re est aut caritate repletus est · aut animam mortuam habet
ex perfecta tamen caritate · verus et sanctus timor domini gig-
nitur · ex sancto vero timore domini · iterum amor. Beatus
ille qui ad deum possidet amorem. Non enim mater
ita lactanti puero sicut caritatis filius semper deo adhe-
re naturam habet · quoniam qui vere diligit · dilecti faciem
semper ymaginatur · et hanc in dilectione intima intrin-
secus amplexatur. Hic talis deinceps nec in sompniis
a concupiscentia desiderati quiescere valet · sed tunc con-
cupito ibidem exercitatur. Ista sagitta quidam plagatus
dicebat. Ego dormio propter necessitatem nature · cor autem
meum vigilat propter multitudinem amoris. Si dilecti
facies manifeste et efficaciter totos nos transmutat · et
claros et hilares efficit · quanto magis faciet vultus · et fa-
cies regis et domini nostri hospitantis in anima munda. Ca-
ritas etiam quosdam vulnerare consuevit · Unde quidam
dicit · Vulnerasti cor meum · quosdam autem aliquando facit exul-
tare. Nam epulante corde · vultus hilarescit et pullu-
lat. Quando igitur totus homo · dei caritati · quodammodo
coaptatur et iungitur · tunc exterius in corpore · tamquam
speculo aliquo anime claritatem ostendit. Qui vero
talem gratiam accipiunt · multotiens cibo corporali obli-
viscuntur. Arbitror autem quod nec eundem frequenter appetunt
nec ipsum cibum quem sumunt · cum delectatione de cetero su-
munt. Caritas est etiam mater · pacis fons · ignis im-
mortalitatis · et glorie radix. et qui primum diligit
numquam detrahentes sustinebit · sed magis fugiet ·

tamquam ab igne. hec Johannes abbas. Et considerandum quod
amor violentus non solum vulnerat amatrices animas.
sed etiam ipsum fontem amoris deum vulnerat. Unde ver
cellensis exponens illud Can. 1°. Filii matris mee pugna
verunt contra me. dicit. Pugnantes enim corporaliter spiculis
acutis mutuo se feriunt et pungunt. Sic mentes contem
platiue feruencia desideria subtilia et acute penetra
tiua inmittunt. Primo quidem in paranymphos. per ipsos
eisdem pertransitis in sponsum sicut sagittas acutas
volatiles violenta scilicet amoris. Ut dicat vulnerasti cor
meum soror mea. Et sic patet de primo gradu violenti
amoris qui vulnerat. ¶ Nunc de secundo gradu violenti
amoris videndum est. qui ligat. De quo Richardus in tractatu
de caritate sic dicit. Primum gradum videlicet violenti amo
ris diximus qui vulnerat. Secundum qui ligat. Nonne vere
et absque ulla contradiccione animus ligatus est. quando omnium
obliviscitur. ut aliud meditari non possit. quia quidquid
agat. quidquid dicat semper hoc in mente revolvit. per
hennique memoria retinet. hoc dormiens somp(n)iat
hoc vigilans omni hora tractat. Unde facile est perpen
dere ut arbitror. quomodo hic gradus priorem transcendat
qui mentem hominis nec ad horam quietam esse per
mittit. Recte itaque dictum est. quod prior gradus sit
ille qui vulnerat. Secundus ille qui ligat. Licet enim liga
ri quamquam sit minus quam vulnerari. tamen maior viole
ncia videtur si postquam aliquis percussus deicitur. deiec
tus comprehenditur. abducitur. incarceratur. atque ligatur
et iam omnino captivus tenetur. Quid horum queso ma
ius est et violentius. Ille liber est. iste autem a loco in
quo detinetur recedere non potest. Sic utique qui ab
hoc secundo gradu violente caritatis absorbetus est. quidquid
quidquid agat. Vel quocumque se vertat ab illa una et intima
sollicitudinis sue cura avelli non potest. quia ligatus
est. hec Richardus. Sed que sunt vincula quibus spiritus
sive animus. cum liber sit ligari potest. Richardus ibidem
declarat. d. Voltis audire de caritate ligante. Propheta

Osee xi° ca° dr. In funiculis adam traham eos. in funi
culis caritatis. Sed qui sunt isti funiculi adam p̄im
patris mei. nisi munera dei. in magna enim gl̄ia creat⁹
fuit. Quid inquam sunt ista caritatis vincula. nisi dei
b̄n̄ficia. Bona nature. bona gratie. et bona glorie.
Hys enim b̄n̄ficientie vinculis. debitores nos fecit obnoxi
os. quia naturam bonam condidit. gr̄am obtulit. glo
riam repromisit. Ecce funiculus triplex. Funiculus aūt
triplex difficile rumpitur. Adiecit aūt dn̄s ad hec no
ua vincula caritat⁹ manum valida multiplicare sup
nos. Vt nos sibi arcius astringat. que enumerari nō
possunt. Vbi nōndū q̄ omēs res que in mūdo sūt. cor
hominis saciare non possunt. p̄ter vnū solū bonū q̄d
est deus. qui cordis desideriū implere potest. quia in
ipso plena et p̄fecta sacietas est oīm bonorum. habens
in se om̄e delectamētū suauitatis. De hoc hugo super
celesti ierarchia sic dicit. Multa in hoc mūdo sūt. et
hec om̄ia cor hominis saciare non possunt. vt p̄bat ex
periencia. Vnū aūt est bonū. et p̄ hoc solum cum ca
pit sacietas inuenit̄. ergo non in multitudine. sed in
vnitate sacietas est. Vnū est igit̄ necessariū bonū q̄d
nobis p̄parauit deus. sic ergo in mensa dei. nō nisi
vnū ferculū nobis apponit̄. sed noli inq̄t cōtēpnere.
sacietas enim multa est. Saciabor inquit p̄pheta. cū
apparuerit gl̄ia tua. noli timere cū audis vnū. Vnū
quidem est bonū. sed in illo bono om̄e bonū est. Vnā
refectionē. vnū cibum. Vnū panē p̄parauit nobis deus
habentē in se om̄e delectamētū suauitat⁹. Ista v° diui
na refectio singularis dr̄. quia cum aliena delectacōe
et dulcedine extranea non capit̄. Dicit̄ etiā vnifica
quia vnū secum efficit om̄es. quibus sumendā et ca
piendam prebet. hec hugo. Consideranduū etiā. q̄
corpus cū ligat̄. de loco in quo est moue se nō potest
Sic amor sp̄ualis diuinus mentem violent̄ ligat. in
deum solum et non in res alias intendē facit. Nam
s̄c̄d̄m b̄tm aug̃. Quid est pondus in corporib⁹. hoc est

amor in spiritualibus. Unde ait. pondus meum amor meus
eo feror quocumque feror. primo igitur corpora per pondus
in loca sua tendunt. Secundo locis suis uniuntur. Tercio locis
suis assimilantur. quarto in eis conservantur. quinto ibidem quies
cunt ut gravia. Sic amor spiritualis facit nos in deum ten
dere. nam proprie talis amor est divinus. et in omnibus
facit nos habere deum tamquam finem. quia omnia facit
nos diligere propter ipsum. et pertractis facit nos desiderare deum
et in ipsum per desiderium tendere. Secundo huiusmodi amor. habet
nos deo unire. quia hoc est commune amori. quod sit quedam
virtus unitiva amantis non reamata. Tercio huiusmodi
amor habet nos in deum transferre. quia secundum dyonisium
amor ponit rem extra se. et collocat ipsam in re ama
ta. Quarto amor divinus facit nos de deo gaudere. quia
quilibet libenter persistit in actu delectabili. et quid delecta
bilius deo. Ideo inter cetera signa, hoc est valde magnum
signum quod homo sit in caritate, et quod habeat huiusmodi amorem
quando delectatur in deo et in rebus spiritualibus. Quinto amor
facit nos in deo quiescere. quia mens delectata in aliquo
quiescit in illo. et maxime si delectatur in eo finaliter
Erit ergo hic modus. quod huiusmodi amor caritatis primo
incipit. secundo proficit. tercio fit perfectus. et sic facit aman
tem dicere. Cupio dissolvi. scilicet racione delectacionis divi
ne. et esse cum christo. id est quiescere in ipso. Ergo secundum
hunc amorem incipientes per desiderium in deum tendunt
proficientes uniuntur. perfecti deiformes existunt. quia
in deum transformati. in solo deo delectantur. et delectati
in eo requiescunt. Ideo diligere volenti deum primo oportet toto
affectu in ipsum tendere. secundo ei uniri. tercio in eum transformari. quarto in eo delec
tari. quinto in eo quiescere. Sic igitur patet de secundo gradu violenti amoris
qui ligat. Deinde videndum est de tercio gradu violenti amoris. Tercius
igitur gradus violente caritatis. est quidam languor spiritua
lis. qui animam ex ferventissima dileccione quam ad deum
habet languidam facit, ad quem gradum tunc anima
ascendit, quando omnem affectum alium a se excludit. quando
nichil preter unum vel propter unum diligit. De hoc gradu

in time caritatis. Rich. de sc̄o vic. in tractatu de caritate
sic ait. In hoc igitur gradu violente caritatis. nichil
omino satisfacere potest preter vnū. vnū amat. vnum
diligit. vnū sitit. vnū concupiscit. ad vnū anhelat.
in vnū suspirat. et vno inardescit. in vno requiescit.
vnū solū est in quo reficitur. vnū solum ex quo saciatur
nichil dulcescit. nil sapit. nisi hoc vno condiatur. quidquid
vltro se offerat. quidquid sponte occurrat cito reicitur cito con
culcatur. quod suo affectui nō militat. vel huiusmodi desi
derio non deseruiat. Sed quid huiusmodi affectus tirannide
digne describat. qui omne desiderium expellit. omne studium
excludit. omne exercicium opprimit violenter. quod sue concu
piscencie deseruire non prospicit. quidquid agat quidquid co
gitat. et inutile. ymo intollerabile videtur. nisi in vnum
desiderii finem concurrat. Cum aūt frui potest eo. quod
diligit. omnia pariter se habere credit. sine illo aūt abhor
ret omnia. corpore deficit. corde tabescit et languescit.
consiliū non recipit. racioni nō acquiescit. nullam conso
lacionē admittit. sed clamat cū sponsa. Nunciate dilecto
quia amore langueo. languor aūt amoris. nichil est
aliud nisi tediū quoddā impaciens desiderii. quo afficitur
mens vehementer amantis eo absente quem amat. valde
namque consternatur animus. subtracto sibi tanto solacio
nec potest mitigari doloris amaritudo. nisi presentem
habeat quē sic amat. De hoc beatus Bernhardus sic dicit. Quanto
putas consternatur animus stupore. subtracto sibi tanto so
lacio. Subtraccio enim rei amate. augmentū desiderii est.
et quod ardencius optat. caret egrius. et hic languor amo
ris. non est aliud nisi tediū impaciens desiderii. quo ne
cesse est affici mentē vehementer amantis. eo abeunte
vel etiam absente quē amat. nullo igitur humano solacio
mitigatur. seueritas doloris sacia amaritudo. quod dilectus
considerans quippe. qui eundem languorē inspirat. vt
ex eo occasionem habeat redeundi reuertitur. loquitur que ei
verba amatoria. verba ineffabilia. verba que nō licet
homini loqui. hec Bernhardus. Sciendū aūt est. quod hic languor.

ex tribus affectibus contemperatur. scilicet ex dolore pudore. et
odore. qui affectus confluentes in anima diligentis
faciunt hunc languorem. ¶ Primo igitur iste languor nascitur ex
dolore. timet enim quod deus ex indignatione recesserit. et
offensus nolit ei de cetero suam presenciam indulgere. et
hic dolor affligit amantem vehementer. Dicit enim de hoc beatus
Bernhardus. Anima que didicerit. et acceperit semel a domino
intrare ad seipsam. et in intimis dei presenciam suspirare.
et querere faciem eius. talis inquam nescio. an gehennam
ipsam experiri ad tempus horribilius penalius ne du
cat. quam post spiritalis studii. huius seculi gustatam suavi
tatem exire. denuo ad illecebras et molestias carnis. Dico
ergo vobis nichil est. quod intantum formidet. quisquis hoc
beneficium semel acceperit. quam ne gratia derelictus. necesse
habeat egredi denuo ad carnales consolaciones. et rur
sum carnalium sensuum sustinere tumultus. hec Bernhardus. ¶ Secundo
hic languor contingit ex pudore. Nam subtracta gratia
et dei presencia. ex cuius virtute omnia serena fuerunt et fuerunt
et ad notum omnia pervenerunt. homo miser relinquitur
sibi et vicia pariter et defectus. que prius omnia latita
bant. progredi incipiunt. et erit miseria illius multa
nimis. quibus cognitis hoc rubore perfunditur. quod tam
vilis et abhominabilis apparet coram deo. Unde audi
beatum Bernhardum subtracta gratia querulantem atque dicentem
Currebam bene et ecce lapis offensionis. in via impe
gi et corrui. et dominus declinavit in ira a servo suo. hinc
ista sterilitas anime mee et devocionis quam pacior. quam
ita exaruit cor meum. factum est sicut terra sine aqua (
nec compungi ad lacrimas queo non sapit psalmus
legere non delectat. orare non libet. meditaciones so
litas non invenio. Ubi illa inebriacio. Ubi mentis sere
nitas. gaudium et pax in spiritu sancto. hec Bernhardus. ¶
Tercio hic languor surgit ex odore. Deus enim subtrahens
se anime dilecte. relinquit post se virtutis sue odorem
qui urget animam. ut dilecti absenciam impaciencius ferat
clamans sine intermissione post tergum abeuntis.

Reuertere reuertere. Nam ut ait beatus Bernhardus. Subducto sibi tam
dulci sponso. interim nichil aliud. non dico desiderare
sed nec cogitare libebit. Itaque reuocat verbum. id est sponsus
et hoc desiderio anime. sed eius cui aliquotiens indulsit
suauitatem sui. Nam gustato aliqualiter quoniam dulcis est
dominus. et cum quasi derelicta a domino ad se redierit. in cordis
palato saporem retinet. quo fit ut impacienter ipsum desi
deret cum languore. et ex hoc languore mirabiliter perficitur
anima. eo quod suspiriis et inquietudinibus vehementer ex
agitata languere non cessat. donec deus. eius impaciencia
allectus. cum maiori familia graciarum. et maiori cumulo
reuertitur bonorum. Anima vero tam salubri amore affecta
et liquefacta. nichil extra suum conditorem diligit. et que
prius ipsam delectabant. fiunt postmodum vehementer illi one
rosa. quia solum deum quem amat videre desiderat. De
hoc beatus Gregorius super illo verbo. Anima mea liquefacta est. sic dicit
Mens namque hominis conditoris sui speciem non querentis
male dura est. quia in semetipsa remanet frigida. At si
ardere iam ex desiderio ceperit. ad sequendum quem diligit
liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia.
vilescunt in seculo cuncta que placebant. nichil est quod extra
conditorem libeat. et que prius delectabant animum. fiunt
postmodum vehementer onerosa. Nil eius mesticiam con
solatur. quousque adhuc qui desideratur non aspicitur.
Meret mens. lux ipsa fastidio est. Exoquitur in mente deco
quitur rubigo culpe. et succensus animus quasi auri more
quia per vsum speciem perdidit. per incendium clarescit. hoc amore
arsit. quisquis ad veritatem peruenire potuit. hec Gregorius. In hoc
ergo gradu violenti amoris plene compescitur turba carna
lium desideriorum. quia mens a seipsa alienata. et dum in illud
diuini archanum secretarium rapitur. et ab illo diuini amo
ris incendio tepescit. Quod Richardus affirmat in eodem
tractatu de caritate sic dicens. Tercius itaque amoris gradus
est. quando mens rapitur in diuini luminis abissum. ita quod ani
mus humanus in hoc statu exteriorum omnium oblitus. penitus
nesciat semetipsum. totusque transeat in deum suum. In hoc

itaque gradu plene compescitur carnalium desideriorum turba
et fit in celo silencium. quasi dimidia hora. In hoc itaque gradu
dum mens a se ipsa alienatur. dum in illud divini archa
ni secretarium rapitur. dum ab illo divini amoris incendio
circumdatur. et intime penetratur. usquequaque inflammatur.
se ipsam penitus exuit. et quendam divinum affectum indu
it. et inspecte pulchritudini configurata. tota in aliam
figuram transit. Vide quid sit inter ferrum ignitum
et ferrum frigidum. Primo procul dubio in
ignem tam nigrum quam frigidum. Sed dum in ignis
incendio moram faciat. paulatim nigredinem de
ponit. ferrumque candens paulatim in se similitudi
nem ignis trahit. donec totum liquefiat. et a se ipso
plene deficiat. et in aliam penitus qualitatem transeat.
Sic anima divini amoris incendio in ardoris flamma
absorbta. et interiorumque desideriorum gloria undique circumsepta
primo incalescit. postea incandescit. tandem autem tota
liquescit. et a priori statu penitus deficit. Voltis audire
ex hiis quidem igne incalescentes. et interiorum desideriorum estibus
iam incandescentes. Nonne inquiunt cor nostrum ardens erat
in nobis de Ihesu. dum loqueretur nobis in via. Nonne
et illi exterius fusa divinitatis flamma. et inspecta gloria
incandescunt. et divine lucis configurati. iam quasi in aliam
gloriam transeunt. qui revelata facie gloriam dei speculan
tes in eandem ymaginem transformantur a claritate in cla
ritatem tamquam a domini spiritu. Voltis audire adhuc animam
divine locucionis igne liquescentem. Liquefacta est anima
mea ut dilectus locutus est. Statim siquidem ut ad
illud divini archani secretum admittitur. pre admiracionis
magnitudine. iocunditatisque habundancia in se ipsam
ymo in ipsum qui loquitur tota resolvitur. dum incipit
audire archana illa verba. que non licet homini loqui
et intelligit. ~~et~~ incerta et occulta divine sapiencie mani
festari sibi. In hoc statu qui adheret domino. spiritus unus
est. In hoc statu anima in illum quem diligit tota li
quescit. Unde dicitur. Fulcite me floribus. stipate me

malis. quia amore laqueo. Hec Rich. Sit igitur pater
tertius gradus violente caritatis. Quartus autem gradus
violenti amoris. ut ait Rich. ibidem in tractatu de
caritate. est quando estuantis animi desiderio. nichil iam
omnino satisfacere potest. et ideo ad defectum ducit. Quis
huius supremi gradus violenciam digne pensare sufficiet
Quid queso cor hominis profundius penetrat. veheme
cius exagitat. cum sitim suam nec resistendo temperare
nec inebriando possit extinguere. In hoc quarto gradu
amoris est amor insuperabilis. quia alij affectui ec
maiori non cedit. inseparabilis est. quia a memoria
nunquam recedit. singularis est. quia socium non recipit
Insaciabilis est. quia ei satisfieri non potest. Quanta
est ergo excellencia istius amoris. qui omnem alium
affectum excedit. Quanta queso vehemencia. que mentem
quiescere non sinit. Quanta obsecro violencia caritatis. que
omnem alium affectum violenter expellit. Quanta supereminen
cia emulacionis. cui omnino nichil sufficiat. O excellencia
amoris. o violencia dileccionis. o caritatis vehemencia
o emulacionis supereminencia. In primo gradu aque mul
te non potuerunt extinguere caritatem. In secundo gradu anima
ponit dilectum suum sicut signaculum super cor suum. eo
quod illum omnino oblivisci non potest. In tercio autem gradu. si
dederit homo omnem substanciam suam. scilicet pro dileccione. quasi
nichil despiciet eam. eo quod in re alia delectari non possit
In quarto gradu. fortis est ut mors dileccio. eo quod ei sit
dulce. quicquid pro deo facere vel sustinere possit. hic enim
omnem alium affectum expellit et vincit. Si enim ad ali
quid affectum habemus quod propter deum non diligimus
profecto adulter affectus est. qui summe caritatis con
stanciam frangit. Vires quoque eius minuit. inquantum
ad aliena animam trahit vel impellit. In hoc eciam
gradu. secundum aliquem modum. anima efficitur immor
talis et impassibilis. Immortalis quia a vita sepa
ri non potest. Certus sum inquit apostolus. quod neque
mors neque vita poterit nos separare a caritate dei.

Impassibilis ecc̄ sc̄d'm aliquē modum videtur. que
nulla dampna non sentit. que in omni iniuria hila-
rescit. et quidq̄ ei infertur ad penam. totū p̄sumit
ad gl'iam. Ut cum ap'lo dicat. libent' gloriabor in
infirmitatibus meis. vt inhabitet in me v'tus xp̄i
Et de ap'lis legit'. q'd ibāt ap'li gaudentes a cōspectu
concilij. qm̄ digni habiti sunt p̄ noīe ih'u cōtumeli
am pati. In talib' aūt cordibus que sic afficiuntur
caritate dei est fortis ut mors dilectio. quia sicut
mors exteriores sensus ab omni p̄prio et natali appe
titu interficiat. Sic violenta dilectio in deuotis et religi
osis viris omīa t'rena contempn'e. et mentē ad alia in
tendere compellit. De hoc b'tus gg' sup' Can. exponens
illud v'bum. Fortis est ut mors dilectio. sic ait. Bene
fortis ut mors. dilectio esse p̄hibet'. quia p̄ dilectōnē
a vicijs mortificam'. quod eni agit mors in sensib'
corporis. hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis.
Sunt eni nōnulli qui sic diligūt deum. Ut omīa vi
sibilia negligant. et dum ad eterna mente inten
dūt. ad omīa t'palia pene insensibiles fiūt. In hys
nimirū dilectio ut mors fortis existit. quia sicut
mors exteriores sensus ab omni p̄prio et natali appe
titu interficiat. Sic dilectio in talibus viris omīa ter
rena cōtempn'e. et mentē ad alia intendere cōpellit.
hm̄'di mortuus et viuus ap'lus dicebat. Mortui eni
estis. et vita v'ra abscondita est cum xp̄o in deo. hy
procul dubio vitam suā in xp̄o abscondūt. quia dū
omīa que vident' postponūt. in hys q̄ nō vident'.
in b'titudine scilicet veraci' et secrete viuūt. hec gg'.
De hac ecc' morte quedam glō. in lib°. de diuinis noi
bus sic di'. Est quedā mors qua quis amoris vir
tute diuini sexpm̄ et omīa excedens. forti conatu
in amatū se ferens. nil oīno preter eum. qui sol'
est anime b'titudo querens quā mortem elegit Iob
ossibus suis. id est vigorosis sue anime affectibus
dicens cū ap'lo. Viuo ego iam non ego. viuit v'o

in me xpus. Et tales amantes non sinuntur esse sui
ipsorum sed amati. hec glo. Unde nondum qd sol divi-
nus. cum se animabus nris infundit. facit nos inca-
lescere suam ferventissimam in nobis caritatem accendendo
Cum igitur dicatur deus ignis consumens. sic ex presencia
sui fervore sue caritatis in aiam iaciat. propter quod
et ipsa incipit ferventissime incalescere et fervere.
in quo fervore stetit Iere. cum dicebat. Factus est in
corde meo quasi ignis estuans. claususqz in ossibus meis
et defeci ferre non sustinens. hec fortissima flama sui ois
pficiat in nobis gram unionis. Sicut enim ignis ma-
terialis convertit in se materiam in qua agit. Sic ig-
nis divinus convertit in se aiam quam accendit. Et
quemadmodum varia metalla confluunt in unum soluta ig-
ne. Sic deus et anima longe a se diversa in unum conflu-
unt. Nam ex hoc igne corda liquescunt, liquescendo de-
ficiunt. deficiendo transeunt. transeundo uniunt. Unita
pficiuntur. dum in illam unitatem transeunt quam salva-
tor optat et orat pro nobis ad patrem d. Rogo pater ut
sint unum. sicut et nos sumus unum. Ex qua unione illa
nobis gloriosa resultat gra. Ut omnia que dei sunt sint
mea et mea dei. De hac violenta et ferventissima cari-
tate btus dyonisius sic dicit. Violencia amoris aman-
tem transformat in amatum. quia ubi amor. ibi omnis
tenor interioris hominis se recipit. colligit. et se transfert
et sic deo feliciter unitur. ex quo fit ut omnia mea dei sint
et que dei mea. sicqz fit ut sancti homines deo uniti ex
bonis eius ditentur. et opera eorum ex eo qd dei nobiscum
sunt per omnia nobilitentur. Ut dicat nobis dns illud ewan-
gelicum. omnia mea tua sunt. De hac unica gra dei per
dnm dr. Pater sanctifica eos in veritate. Ut sicut tu
pater in me. ita sint ipsi unum in nobis. Et paulus.
Qui adheret deo unus spus est. Felix igitur illa hora
et desiderabile tempus. quando anima in tali dilectionis
iocundissimo actu constituitur. Ubi ipsa totaliter in deum
transformatur. et velut sponsa. suo celesti sponso. cantus

amplexibus coniugitur. De hac excellentissima cari
tate et tam felici hora beatus Bernh. sic ait. Scio anima
mea. si deum diligis ubi amoris in eius similitudinem
transformaris. Felix ergo tempus et expectabilis hora
quando anima in huius dilectionis actu iocundissimo con
stituitur. per quam ipsa totaliter in deum transformatur. per quam
mens eius ab hijs que sunt sibi secundum virtutem superioris
nature in lumen inenarrabile et incorruptibile rapitur. Ubi intra
quandam et ingenti delectatione animus eius absorbetur
quam nullus sensus potest estimare. nullus sermo va
let explicare. quia tunc in actu iocundissimo perseverat.
cum ipsa sponsa suo celesti sponso. caritatis amplexibus
coniugitur. et ad eius osculum inclinatur. et sic ad eius
tactum subito quadam celesti dulcedine animus perfun
ditur. quam quidem sentire potest. exprimere non potest.
Sic ergo cum interna suavitatis in anima sentitur
perfruendi insatiabilis aviditas generatur. Ut possit di
cere cum Paulo. Cupio dissolvi et esse cum Christo. hec
Bernh. Cum igitur sic divino amore inebriatus fuerit. ta
lis obliviscatur omnium que sunt. et totus pergit in deum
gustans quandam dulcedinem ineffabilem. quam nemo
novit. nisi qui accipit. Ad hunc amoris gradum. et si
interdum in hac vita hominibus sed valde perfectis per
venire datur. diu tamen stare in tam iocunda suavi
tate prohibentur. quia etsi sancti viri cum in contemplacione
supra se rapiuntur. habent quidem crebram de dei visi
one leticiam. sed nullam copiam. Ista affirmat beatus
Bernh. in tractatu suo de caritate ita dicens. Igitur dum animus
divino debriatus amore obliviscitur omnium. totus pergit
in deum. gustans illud quod nemo novit. nisi qui
accipit. At quotiens illam felicitatem participat. istam
miseriam nesciat. necesse est. cum utique simul esse non
possunt. Ad hunc tamen amoris gradum. et si mor
talibus interdum pervenire detur. diu tamen stare pro
hibetur. donec corruptibilibus exuta anima cru
ciatibus libere evaserit. in libertatem filiorum dei.

Allicitur aut̄ et trahitur illius faciei desiderio. quā iuxta
ꝓphetam pater vt adamantem posuit. vt ferrea queqꝫ
corda attrahere possit. Tractus ille et si suauē quandam
habeat violenciam. magis tamē immortalitatis im-
potenciam notat. qua mole grauata misera anima
a suo volatu sepe decidere cogitur. et deficere a conatu.
Habet enī amatorij spūs corporis corrupcione distenti
crebram de dei visione leticiam. sed nullam copiā. dū
nec plena esse sinitur nec morosa. Unde et quodā iocū-
do ioco interim ludere videtur cum filijs homiū. a qui-
bus dum teneri putatur. e manibus labitur. Insecta-
tus se patit̄ cōꝓhendi. et disparēs rursus nō videt̄
donec denuo lacrimis et ꝑcibus vocatus reuertat̄.
Et ita licet delectet visitacio. molestat tū vicissitudo.
Sed quāto putas stupore ꝑfundit̄ anima. subtracta
illa dulcedine. et ad hos sensuū laqueos captiua re-
tracta. Nonne q̄i de patria spirituū pulsa in valle
corporū. in aliud quoddā ignotū sclm̄ sibi cecidisse
videtur. longe priori dissimile. in quo caritas friget.
sensualitas regnat. caligat oculus mentis. et sensus
alget cordis. meret racio. et alta suspiria trahens inde
misera. Unde bta efficitur. Nam quo graciora fuerat
expta. eo molestius sibi ferret esse subtracta. Subtractō
enī rei amate. augmētacio desiderij est. et quod ardencius
optas. cares egrius. hec bnh̄. Tales vero qui sic diui-
no amore inebriant̄. se cohibere non possunt. quia tpe
illius feruētissime deuocionis. quā tūc senciūt. in mag-
na suspiria prorumpunt. et in verba quedam incōsue-
ta ꝓsiliūt. De hoc idem btūs bnh̄ sic dicit. Flagrans
amor ꝑsertim diuinꝰ. cum se intꝰ se cohibere nō potest
non attendit quo ordine. qua lege v̄ boꝛp interdum
ebuliat. nec vllas voces requirat. solis cōtent̄ suspi-
rijs. que de ꝓfundissimis affectibus vltro ascendunt.
que videlꝫ suspiria ipā deuocio. si interrūpe interdum
nitit̄ volens effundere v̄ba. sed non ꝑualens. loqt̄
quidem ex affectu aliquid non ex intellectu. nō cōsidat

quid qualit᷑ eloquat᷑. sed quid q̄ͥ in buccas venerit
urgente amore non emittat sed eructuat. hec Rich᷑.
Nec mirum quia sc̄dm dc̄m beati Greg᷑. tanta est ve
hementia caritatis. q̄ eum quē semel acciderit. ext᷑
se constituit. et gustum in cōp̄hensibilis dei dulcedi
nis inebriat et infundit. hec Greg᷑. Ex hac igit᷑ sp̄ua
li ebrietate hu̇ōi suspiria et gestus inconsueti ori
unt᷑. Sic ergo patet q̄rtus gradus violenti amoris.
De fructu vero istoꝝ quatuor graduū Rich᷑ in
tractatu de caritate cōcludendo sic dicit. In p̄mo g̃du
deus intrat aīam. et anim᷑ redit ad seip̄m. et ele
uat᷑ ad deū. In sc̄do ascendit supra seip̄m. et eleuat᷑
in deum. In tercio eleuat᷑ anim᷑ in deum. et totus
transit in ip̄m. In q̄rto exit anim᷑ ꝓpter deum. et
descendit sub semetip̄m. In primo gradu animus
ingreditur ad seip̄m. In sc̄do trāsgredit᷑ seip̄m. In t̄cio
ꝑgit ad deum suū. In q̄rto egredit᷑ ꝓpter p̄ximū suū.
In primo itaq̄ʒ gradu sp̄us ille sup mel dulcis intrat
ad animā. et sua dulcedine inebriat eam. ita ut ha
beat mel et lac sub ligua sua. hec est consolacio que
abrenunciantes seculo recipit. et in bono ꝓposito so
lidare cōsueuit. hic est cibus ille celestis. qui egredi
entes de egipto hoc est de seculo solet reficere. et per
solitudinem pasc̄e. hoc est manna illud abscondi
tum. quod nemo nouit nisi qui accipit. hic est ille
dulcor sp̄ualis. et interna suauitas. que q̄si modo
genitos infantes lactare solet et alere. et ad matu
ritatis robur paulatim p̄duc̄e. In hoc itaq̄ʒ statu
anima a dn̄o in sollitudinē ducit᷑. ibiq̄ʒ lactatur
ut interna dulcedine inebrietur. Sed oportet ut egip
tum hoc est seculū. non solum corpe. sed et corde de
serat. mūdiq̄ʒ amorem penitus deponat. qui celes
tes illos cibos hr̄e. et interna dulcedine saciari desi
derat. prius necesse est cibos egipcios defic̄e. id est
carnales delectacōnes in abhoīacōn̄ cōuertere. qm̄
liceat experiri. que sint ille interne et eterne delicie.

absq3 dubio amor dei quanto plenius omnem alium
affectum minuit. tanto sepius. tantoq3 liberius.
animam interna dulcedine reficit. Sub hoc statu ani
mam esurientem visitat dominus. et sepe interna suavitate
saciat. spiritusq3 sui inebriat dulcedine. hec Richardus.
Et nondum quod deus facit racionabilem creaturam ad hunc
finem. Ut summum bonum intelligeret. et intelligendo ama
ret. et amando possideret. et possidendo frueretur. quia
ad nil aliud facta est racionabilis creatura. quam ad lau
dandum deum. et ad serviendum ei. et ad fruendum eo. Unde
necesse est fine creatori et frui eo Creavit quoque deus spiritum racionabilem sola
caritate non necessitate et infudit eidem dileccionem spiritualem. Ut eum sue beatitu
dinis participem faceret. ac sibi per desiderium. et amorem
inhereret. De hoc Hugo de sancto vic. in libro de archa noe
sic ait, Deus namq3 racionalem spiritum creavit sola cari
tate. nulla necessitate. Ut eum sue beatitudinis participem
faceret. Porro ut idem aptus esset tanta beatitudine per
frui. fecit in eo dileccionem spiritualem. palatum quasi quodammodo
per hanc sensificans ad gustum dulcedinis interne. quatenus
per ipsam dileccionem ei infatigabili desiderio inhereret
per dileccionem. Ergo copulavit sibi deus creaturam raco
nalem. ut ei semper inherendo. ipsum quo beatificanda
erat bonum. et ex ipso quodammodo per affectum sugeret. et de
ipso per desiderium biberet. et ipsum per gaudium possideret.
Suge o apicula suge. et bibe dulcoris tui inenarra
bilem suavitatem. Inmergere et replere. quia ille
deficere nescit. si tu non incipias fastidire. adhere igitur
et inhere. sume et fruere. si sempiternus gustus fuerit.
sempiterna quoq3 beatitudo erit. Ergo per amorem sociata
est factori suo creatura racionalis. solusq3 est dileccionis
vinculum quod ligat nos cum deo. et tanto felicius
quanto forcius. hec hugo. Unde secundum thomam de
aquino. Caritas est que nos unit deo. que unio
est ultimus finis humane mentis. Sed oportet ut val
de munda sit illa anima. que debet deo coniungi. ac cum
ipso uniri. Hoc affirmat augustinus ita dicens. Valde enim purum

et mundam. Valde et sinceram aīam requirit deus quā sibi iungat. quia qui se iungit dn̄o deo. unus spūs est. Nam anima mea locus est. si male ago dyaboli si bene dei. hec orig̃. Debet ergo quilibet religiosus et devotus homo appropinquare deo per vite puritatē et sincerum amorem. ut illius iocundissime et felicissime unionis possit esse particeps. Nam dicit btūs Amb. Uniuntur revera homini deus per suam innitit pietatem. Illum petnam amplectitur unionē. qui sibi devote appropinquavit per amorem. Dicit eciam de hoc oro sius. Tunc xp̄us. fidelis que anima etualit unit. dum xp̄us non solum se anime applicat. sed et dum anima xp̄o toto desiderio appropinquat. hec oro sius. Sciendum eciam prout dicit Remigius. quod mentes scōrū ita sūt deo qui sūmus spūs est per caritatē coniuncte. ut inter illas et deum nulla creatura sit media. quia qui adheret deo unus spūs est. hec Remigius. Considerandū eciam est. quod unusquisque prout deum cognoscat et amat. secundum hoc coniungit illi. De hoc glō super li. de divinis noibus sic dicit. Sciendum secundum quod deum cognoscimus et amamus. deo coniungimur. Nam per cognicōm ei coniungimur eo quod deus est in nobis. per amorē aūt. eo quod in deo sumus. hys enim duobus modis attenditur perfecta coniunctio quia sicut ex intelligibili et intellecto fit unū. Sic et ex amante et amato fit unū. Iuxta illud pauli. Qui adheret deo. scilicet per amorem. unus spūs est cum illo. Ex quo patet quod amor intensus collocat hominem extra se. et ponit ipm in amatū. hec glō. Qua ut dicit btūs Amb. quod tanta est vtus caritatis. ut hominē extra se rapiat. et in deum trāsferat et trāsmutet. Qui ergo talem caritatē habet. semper facit voluntatem dei. quia unus spūs est cum spiritu dni. De hoc quedam glō. sic dicit. Semper voluntatē dei dicitur facere. qui semper est in caritate. talis nunquam nō una caro. sed unus spūs est cum spū dni. non tamen identitate substancie. sed participacione grē vel glīe

Unde adherere deo bonum est. hec glo. Dicit eciam de hoc
btus Bnhs. Qui adheret deo vnus spus est. et in di
uinum totus mutatur. et talis iam non pt sentire
aut sape nisi deum. Vbi nondum qz maximum signum
diuini amoris erga nos per hoc apparet. qz ipse digna
tur in nobis esse. et sibi nos ita conglutinare. vt
quadam virtute spuali efficiamur vnum cum illo. que
vnio maxime fit et contingit in corporis xpi felici
susceptione. De hac tam excellenti caritate dei erga
homines. albertus magnus sic dicit. Maximi amoris
amplexus est. qz nos deus sibi ita conglutinauit. Vt
ipse in nobis esset et nos in ipso. tam intime ut me
tibus nris infunderet. et nos sibi essemus incorporati
quia animam suam et corpus et deitatem ita profunde
in nos transposuit et nos in ipsum. Vt spuali virtute vnum
efficiamur. hec Albertus. Sed ad tam excellens bonum
assequendum requiritur corpus et cor bene purgatum
Unde Scotus in glo. sup li. de diuinis noibus sic dicit
Impossibile est enim quemquam vniri deo. aut deum quodam
modo fieri. nisi cesset a materialium operacionum disposi
cione tam sensu quam mente. vt diuine simplicitati
similior deo perfectius vniatur. Est enim deificacio simi
litudo et vnitas ad deum quantum licet. Nam forti cona
tu tales seipsos postponentes et omnia relinquentes ad
congregantem patris vnitatem. et deificam ipsius simpli
citatem anhelantes sunt. hec Scotus. Vbi nondum
qz non solum perfecti viri vniuntur per caritatem deo. sed
eciam penitentes vel incipientes siue proficientes. Nam tales
quia in statu gracie sunt vniuntur xpo. et si non semper per
caritatem actualem. tamen per caritatem habitualem
quia omnes fideles in statu gracie existentes sunt me
bra xpi. et corpus eius. ergo vniuntur xpo sicut me
bra corpori. Unde dicit paulus prima ad chor. xii. Sicut
enim corpus vnum est. et membra habet multa. omnia
autem membra corporis cum sint multa vnum corpus
sunt. ita xps. Etenim in vno spu omnes nos in vnum

corpus baptisati sumus. et omnes vno spiritu potati sumus.
differunt tamen. Nam secundum eundem apostolum vnusquisque
proprium donum habet a deo. alius quidem sic alius vero sic.
ergo quilibet prout dominus largiri dignatur dona gratiarum
ab ipso percipit. secundum magis et minus. Vnde dicit idem
apostolus ad ephesios iiii. Vnicuique autem vestrum data est
gratia secundum mensuram donationis christi. Ex istis igitur
verbis colligere possumus. quod omnes fideles in quocunque
statu existant dummodo sint sine peccato mortali. et sint
in statu gratie sunt membra christi. ergo vnum sunt cum illo.
hec tamen vnio diuersum vigorem habet. secundum dispo-
sitionem singulorum. Nam quanto quisque sanctior et per-
fectior est in vita. tanto feruentior est in dei caritate.
Et quanto quis feruentior est in caritate. tanto vigorosius
et valencius vnitur cum deitate. quia qui adheret
deo per feruidum amorem vnus spiritus est. Vnde diuersi
gradus caritatis sunt modo premissi. videlicet incipiencium
proficiencium et perfectorum. Vt vnusquisque secundum suam capa-
citatem exerceat se in illis gratia dei cooperante vt tam
excellens bonum adipisci valeat. hoc est vniri cum deo.
et inter membra christi computari. Sic igitur habemus de
caritate expositum et explanatum. De dilectione proximi

Capitulum xxxvi.

Habita informatione de caritate dei
nunc de dilectione proximi cupio edoceri. De
dilectione proximi de qua queris scire debes primo
quod diuersi sunt amores. Nam secundum dictum beati Bernhardi
quinque sunt gradus amoris. Amor pius quo parentes
diligimus. Iocundus quo socios diligimus. Iustus quem
erga omnes homines habemus. Violentus quem erga inimicos
gerimus. Sanctus siue deuotus. quem erga deum habe-
mus. hec Bernhardus. Primo ergo prout dicit beatus Augustinus. dili-
gendus est deus. secundo parentes. deinde filii. post dome-
stica. qui eciam si boni sint. malis filiis preponendi sunt. Inimicos
autem non sicut ceteros. sed simpliciter. suffi-
cit enim quod odio non habeas. hec Augustinus. Et notandum. quod
duo sunt precepta caritatis. dei videlicet amor et proximi

per amorem autem dei amor proximi gignitur. per amorem vero
proximi dei amor nutritur. De hoc beatus Gregorius in vii
libro moralium sic ait. Duo sunt precepta caritatis. dei videlicet
amor et proximi. per amorem dei amor proximi gignitur
et per amorem proximi dei amor nutritur. Nam qui
amare deum negligit. profecto diligere proximum nescit
et tunc plenius in dilectione proficimus. si in eiusdem di
lectionis gremio prius proximi caritate lactamur. Quia
enim amor dei amorem proximi generat. dicturus per legem
dominus. diliges proximum tuum. premisit dicens. diliges dominum
deum tuum. ut scilicet in interno pectoris nostri prius amo
ris sui radicem figeret. quatenus per ramos postmodum dilec
tio fraterna germinaret. Et rursum quia amor dei ex
proximi amore calescat. testatur Johannes qui increpat dicens
Qui non diligit fratrem suum quem videt. deum quem non
videt quomodo potest diligere. hec Gregorius. Ubi tamen notan
dum. quod diligere [...] pure proximum nemo potest. nisi diligat
in deo. Ergo necesse est ut prius diligatur deus. ut in
deo et debito modo diligatur proximus. Hoc affirmat beatus
Bernhardus ita dicens. [...] pure diligere proximum non potest. qui
in deo non diligit. Oportet ergo deum diligi prius ut
in deo diligi possit et proximus. Debet namque ab homine
diligi proximus in deo ad hunc finem. ut una cum ipso
proximo habeat et possideat deum. sed paucorum est ista
virtus. Unde dicit beatus Augustinus. Qui se propter deum haben
dum diligunt ipsi se diligunt. ergo ut se diligant deum
diligant. Non est hec dilectio in omnibus hominibus. pauci
se propterea diligunt ut sit deus omnia in omnibus. hec Augustinus.
Hec itaque dilectio proximi que est in deo permanet et per
severat. alia vero que habetur propter commodum vel utili
tatem propriam. ultimo deficit et non perseverat. De hoc
prosper sic dicit. Qui proximum propter deum diligit.
sicut deus eternus est. ita in eternum ipsa amici dilectio
permanebit. Qui vero amicum vel proximum propter commodum
quodlibet amat. non amicum vel proximum convincitur
amare. sed commodum. quod cum esse desierit amare cessabit.

hec p̄sper. Debet ergo vnusquisq̄ erga proximū suum
habere dilecc̄om sanctā. iustam et veram. De hac tri-
plici dilectione proximi. Thomas de aquino sic dicit.
Triplici modo diligendus est proxim⁹. Primo quidē
ex parte finis. vt aliquis scilz diligat proximū propter
deum sicut et seipsum propter deum debet diligere vt sic
sit dilectio proximi sancta. Secundo ex parte regule dilecc̄ois
vt scilz aliquis non condescendat proximo in aliq̄ malo
sed solum in bono. sicut et sue voluntati satisfacere debz
homo solum in bonis vt sic sit dilectio proximi iusta
Tercio ex parte racōis dilectionis vt scilz non diligat
aliquis proximū propter propriam vtilitatem vel delecta
cionem. sed ea racione quod velit proximo bonū. sicut volt
bonū sibi ipsi. vt dilectio proximi sit vera. Nam cum
quis diligit proximū. propter suam vtili tatē vel de-
lectacōm. non vere diligit proximū. sed seipsum.
hec Thomas. Notandū ecc̄. quod debem⁹ vnicuiq̄ scdm
dignitatem et statum suum dilecc̄ onē et reuerē
ciam exhibere. maioribus timorē equalib⁹ caritatē
minoribus hūilitatē. inferioribus beneficiū et auxi-
liū impendere. De hoc hugo sic dicit. Scdm dignitatem
namq̄ alij superiores sunt nobis. alij equales. alij
inferiores. Superiorib⁹ obedienciā timorē obsequiū et
veneracōm debem⁹ exhibere. Cum equalib⁹ pacem
et concordiam custodire. inuicem obsequio bñficio et
honore preuenire. in omī accione et verbo. superiorē eis
locum tribuere. et si quī fortassis in aliquo negocio eos
preire cogant. cum omī hūilitate et reuerēcia. que fa
cienda sunt non precipe. sed demōstrare. et si eos precedē
cōtigerit. cum alacritate et deuocione. quasi ex necessitate
subiecti obedire. Inferioribus semper bñficiū et auxiliū
impendere. iniquū imperare. sine contumelia corri
pere. sine superbia gubernare. sine crudelitate castigarē
cum pietate fouere. veneracōm nō exigere. societatē
atq̄ equalitatē amare. maioribus per timorē subdi.
equalib⁹ per caritatē obsequi. minorib⁹ per humilitatem

coequari · sapientibus parati · obedientibus modesti · ma
ledicentibus taciti, laudantibus verecundi, hec hugo. De
bet ergo unusquisque diligere deum · erga proximum suum
exercere pietatem · quia ut dicit beatus Amb. Impossibile est
caritatis xpi in eo fore dulcedinem · qui non erga proximum
suum exercuerit pietatem. Nam secundum quod dicit Beda, hec
sola est vera probatio integri amoris in deum · si erga
fratres studuerit quis curam sollicitam exercere laboris.
Nam quicumque fratri opus pietatis quod valet impen
dere negligit · nimis iuste se conditorem diligere ostendit · cuius
mandata in sustinenda proximi necessitate contempnit. hec
Beda · Non solum autem debet unusquisque opus pietatis
in necessitate proximo impendere, sed eciam bonum illius siue
temporale siue spirituale sit in omnibus promouere ac diligere · quia
qui bonum quod in se non habet in altero diligit · de non suo
suum facit. De hoc beatus Augustinus · Quidquid boni in proximis
video · si illud diligo meum facio. Vis ergo mercedem habere
de alieno bono · gaude de illo · Pensent igitur inuidi · quantum
bonum est caritas · que sine labore nostro · aliena nostra bona fa
cit, hec Augustinus. Est sciendum quod caritas dei · et dilectio proximi
est virtus · que proprie pertinet ad bonos · Cetere vero virtutes
possunt esse communes bonis et malis · Teste augustino
qui sic dicit. Dilectio dei et proximi propria et specialis virtus
est bonorum · cum cetere virtutes bonis et malis possunt
esse communes, hec Augustinus. Diligere ergo debet quilibet · primo
deum super omnia · deinde proximum sicut seipsum · et hoc in
deo · inimicum vero propter deum Quidam hoc xpus in evangelio · prout
dicit quedam glosa · ad cuiuslibet dilectionem proprium ponit dicens
Diliges inquit dominum deum tuum ex toto corde tuo · et ex tota
mente tua · et proximum sicut teipsum · Inimicos tuos non
ex tota virtute tua · non sicut teipsum · sed simpliciter dili
ges · Sufficit enim quod diligimus · non odio habemus · hec glosa ·
Cuius singula verba ponit etiam Jeronimus super · Can · ibidem sub
iungendo · Cursum inquit · diligite inimicos vestros · et non
apposuit · ex toto corde · non est inordinatus sermo diuinus
nec impossibilia precepit · Nec dicit diligite inimicos vestros

sicut vosmet ipsos. Sufficit enim quod diligimus et non odio
habemus. proximum vero ut temetipsum. hec Jero. Et autem
Aug. in quodam loco ait. Inimicos nostros toto corde.
et totis visceribus diligamus. videtur esse perfectionis. ad
quod tamen non astringimur ex precepto. Et de dilectione
proximi et inimicorum glo. Nicol. de lira super illo verbo
Diligite inimicos vestros sic dicit. Omnis homo ex caritate
diligendus est. inquantum ad ymaginem dei est factus et
capax ipsius per cognitionem et amorem. Amicitia enim cari
tatis fundatur super communicationem superne beatitudinis. et ideo
omnis intellectualis creatura. que in actu vel in poten
cia est beata ex caritate est diligenda. Mali autem homines
quamdiu sunt in via sunt in potencia veniendi ad beatitu
dinem. et ideo licet eorum malicia sit odienda. ipsa tamen
natura possibilis beatificari est diligenda. Et hoc est
quod saluator dicit. Diligite inimicos vestros. bona scilicet
gratie et glorie eis optando. alia vero non sunt eis optan
da. nisi in quadam generalitate inquantum valent ad
eorum salutem quod soli deo est notum. quia omnibus
aliis potest homo bene vel male uti. et ideo circa hoc
non est determinate aliquid petendum. Sequitur. benefa
cite. Benefacere est effectus dilectionis. et ideo sicut tenemur
diligere inimicos. quantum ad bona gratie et glorie. Ita te
nemur in effectu salutem eorum modo debito et possibili
procurare. Et orate pro persequentibus. optando scilicet bona
gratie et glorie. Alia autem bona in speciali optare vel
facere non est necessitatis sed supererogationis. Hortatur
nos exemplo dei. qui solem suum oriri facit. hec glo.
Nicol. Et notandum quod dilectio proximi. et maxime ini
micorum. demonstrat hominem discipulum esse christi. videlicet si
diligat amicos in deo. et inimicos propter deum. Dilectio
autem inimici veraciter in nobis tunc custoditur. si de profec
tu illius non affligimur. nec de ruina ipsius letamur.
De hac dilectione. et quomodo debeat inimicus diligi. beatus gregorius
in xxij. libro moralium sic dicit. Omnipotentis dei nos esse dis
cipulos. sola custodia caritatis probat. Que minimum

caritas siue dilectio. si cor nostrum veraciter replet. duobus
modis ostendi solet. scilicet si amicos in deo. et inimicos
diligamus propter deum. Sed sciendum est quod inimici dilectio
tunc veraciter custoditur. cum nec de profectu affligimur
nec de ruina illius letamur. Nam sepe in dilectionis yma-
gine erga inimicum animus fallitur. seque hunc diligere esti-
mat. si eius vite contrarius non existat. Sed dilectionis
vim occulte et veraciter aut provectus inimici. aut casus
interrogat. Nec etenim ad plenum semetipsam mens
hominis scit. nisi eum quem sibi adversarium credit.
in defectu vel profectu mutasse modum sui status in-
venerit. Si enim de prosperitate affligitur. et de calamitate
se odientis letatur. constat quia non amat quem non
vult esse meliorem. Sed inter hec sciendum est. quia eve-
nire plerumque solet. ut non amissa caritate et inimici
nos ruina letificet. et rursum eius gloria. sine invidie
culpa contristet. cum et ruente eo quosdam bene erigi
~~erigi~~ credimus. et proficiente illo. plerosque iniuste oppri-
mi formidamus. Qua in re mentem nostram. nec eius iam
defectus erigit. nec eius profectus affligit. si recta nostra co-
gitatio. non quod in ipso. sed quod de ipso circa alios agatur atten-
dit. Sed et ad hec servanda valde est necessarium. subti-
lissime discretionis examen. ne cum nostra odia exequimur
fallamur sub specie utilitatis aliene. Qua in re discernendum
est. aliud esse quod nobis. aliud vero quod sibi et ceteris noster
inimicus nocet. Nam cum noster ac multorum hostis perimitur
de erepcione primorum pocius. quam de inimici interitu
necesse est ut animus letetur. Oportet namque ut pereunte
adversario subtiliter pensare debeamus. quid debemus ruine
peccatoris. et quid iusticie ferientis. Nam cum perversum
quemque omnipotens deus percutit. et condolendum est miserie
pereuntis. et congaudendum est iusticie iudicis. ut nobis
et in luctu sit pena morientis proximi. et rursus in gaudium
veniat exhibita equitas iudicantis dei. Quatenus nec pereunti
homini existimemur adversarii. nec iudicanti deo inveni-
amur ingrati. Sunt etiam nonnulli. qui eos quos sibi

aduersarios estimant. maledictione feriunt. quando virtute
nequaquam possunt. in quibus patenter apparet. quia
mala si possent facerent. qui ea que facere nequeunt impre-
care minime desistunt. Mortem namque aduersario exop-
tant. quam et si possunt inferre metuunt. ne aut peccati
homicidii rei teneantur. aut iniqui appareant. Ex tunc sint
Quid est ergo dicere deo occide quem odi. nisi apertis voci-
bus clamare. hoc fac meo aduersario. quod me illi facere
nec peccatorem decet. hec Gregorius. Qui ergo vult vestigia domini sequi
debet inimicos suos diligere. et pro ipsis orare. sicut
ipse in cruce pro ipsis orauit. Nam in tali dilectione con-
sistit perfectio. Unde dicit beatus Augustinus. Si didiceris orare
pro inimico ambulas in via domini. Perfectio dilectionis
est inimicos diligere. et ad hoc diligere ut sint fratres
Sic dilige inimicos. ut in societate tua vocentur. Magnifi-
centissime ergo bonitatis est. ut tuum inimicum diligas.
et ei qui tibi malum vult. et si non potest semper bonum
velis atque facias cum possis. hec Augustinus. Nichil ergo ita
similem facit deo. sicut dilectio inimicorum. Teste Caso.
qui sic dicit. Nichil est quod ita similem faciat deo. sicut
malignis atque ledentibus esse placabilem. hec Criso.
Nec ergo aliquod remedium. ita est efficax. ad delenda vulnera
peccatorum. quemadmodum dilectio inimicorum. Unde dicit
beatus Augustinus. Ego ad dilectionem inimicorum commoneo vos
quia ad sanandum peccatorum vulnera. nullum medicamen-
tum melius esse cognosco. hec Augustinus. Nam unusquisque
talem indulgenciam accipiet a domino. qualem ipse
proximo dederit. De hoc idem beatus Augustinus sic ait. Indig-
num est illi deum esse propicium. qui crudelis est in proxi-
mum. quisque talem indulgenciam accepturus est a deo. qualem
ipse dederit proximo. Unde quicumque non dimittit iniuri-
am proximo. cum orat orationem dominicam. non solum
non exauditur. sed ergo maledictionem meretur. De hoc Ana-
stasius sic dicit. Si non dimittis iniuriam que tibi facta
est. non facis pro te orationem. sed maledictionem meretis.
sp Et considerandum quod inimicum diligere expressius signum

caritatis est. quia contra modū nature. Nam scdm btm
ggr. Una est et summa pbatio dilectionis. si et ipse dili
gitur qui aduersatur. Unde et difficile est inimicū dili
gere nisi assit gracia p quā vincatur natura. oportet
ergo ut animus coopante gracia. odiū inimicoꝝ repmat
et in dilectionē cōuertat. si pfectionē hui9 vtutis cōsequi
desiderat. quia omnia que ad pfectionē ptinēt. magis sūt
difficilia. De hoc quedam glo. sic ait. Nulli mirū debe
at videri. qd iubemur diligere inimicos. quia xps nō pce
pit impossibilia aut incōuenientia. sed pfecta. Per
fecta aūt omnia sunt difficilia. Unde sicut cōplet9 mot9
pfecte caritatis est. que pualet maximo amori huano
et carnali abstinendo a sūmo delectabili. sicut est cas
titas in virginibus. que est pfecta puritas. et mundicia
proxima deo. Ita etc. cōpletus motus pfecte caritat9 est
qui pualet maximo tristabili. tollerando illud vel in
corpore. et corporis dolore ut martiriū. Vel in spiritu
et anime dolore. deponēdo et repmēdo odiū inimicoꝝ
in dilectione cōuersum. hec glo. Sciendū est etc. de zelo
quē habend9 est erga proximos. qui maxime ptinet
ad prelatos. De hoc sup illo vbo. Irascimini et nolite pec
care. quidam expositor sic dicit. Moueri pt questio de
ira zeli. utrum bona sit et meritoria censeatur. Videtur
ergo qd non sit bona nec meritoria. quia mentem
turbat. oculū racōis obumbrat. cōtemplacionē dis
sipat. que scdm aug. mente trāquilla optime exercetur.
E contra scdm ggrm qui dicit. Si ira zeli ex [illegible] vtute
non surgeret. diuine aīadūsionis impetū [illegible] finees
p gladiū non placasset. Ad quod sciendū scdm btm
ggrm qd alia est ira quā impaciēcia excitat. alia est quā
zelus format. Illa ex vicio. ista ex vtute generatur.
Ad hanc questionē dicere possum9. qd ira zeli bona et
meritoria experiencia et sciēcia sanctoꝝ inuenitur. Si enim
proximos ut nos diligere pcipimur. restat ut eoꝝ malis
ut nris irascamur. et pcipuus pphetaꝝ dauid ait. Zelus
domus tue comedit me. Quod ait btus aug. et alij doctores.

dicūt. q ira p zelum mentem turbat. cōtemplacōnē
dissipat. oculum racōis obumbrat. Ad quod respondet.
q ira p viciū oculū racōis non solum impedit. sed q̄i
extinguit. Ira aūt p zelum. et si ad breue puctū. oculum
racionis turbat. tamē nō nocet. sed magis interiorē
visum clarificat. Est eciā ad expressiorē intelligenciā
eorū que dicta sūt. notandū q est quidā zelus qui est
sc̄dm sciām. Sunt enī aliqui habētes zelum. sed non
sc̄dm sciām vt ait ap̄lus. et ira huius zeli que est sc̄dm
sciām formata caritate. tota intencōe directa in bonū
finē constat q meret̄. Nam caritas nō agit perperā
et accio ex intencione boni finis bona iudicat̄. Et ideo
licet ira zeli interdū minus ordinatā passionē habere
videat̄. hoc est ꝓpter cōnexionē racionis et potenciarū
sive viriū. que sunt in sensualitate. que suis motibus
racionē interdum turbant. sed nō ꝑturbant. Nam
hec est condicio vie. que eciā homines existentes in carita
te agentes bona intencōe. ꝓpter corpus quod corrūpit
interdū turbacōibus grauatur. hec ille. Debet igitur
vnusquisqȝ se exercere in dileccōe dei et proximi. Di
ligendus namqȝ est deus a nobis. id circo quia ipe
est nr̄m bonū. et eciā ꝓpter hoc vt ad ipm̄ veniamus
et in ipo eternalit̄ gaudeamus. Diligendus vero est proximus
vt cum ipo curramus. et ad ipm̄ dnm̄ perueniamus. Dili
gendus est deus. quia ipe est requies et gaudiū nr̄m
diligendus est proximus. vt illius requiei et gaudij possit
esse parti ceps nobiscum. De hac gemina caritate seu
dileccione hugo de sc̄o vic. sic dicit. Geminam nobis
scriptura sacra caritatē cōmēdat. dei videlȝ et proximi
Caritatē dei vt sic ipm̄ diligamus vt in ipo gaudeamus.
Caritatē proximi vt sic ipm̄ diligamus. nō ut in ipo.
sed ut cum ipo in deo gaudeamus. hoc est ut deum di
ligamus ꝓpter seipm̄. proximū aūt ꝓpter deum. Deus
aūt id circo ꝓpter se diligendus est. quia ipe est bonū
nr̄m. Proximus aūt ideo ꝓpter deum diligēdus est. quia
cū ipo in deo est bonū nr̄m. Illum diligimus vt ad ipm̄

veniamus et in ipso gaudeamus. istum diligimus ut cum
ipso curramus et cum ipso perveniamus. Illum ut gaudium
istum ut gaudii socium. Illum ut requiem. istum ut
requiei consortem. Quid est deum diligere. illum velle habere
quod est deum diligere propter se ipsum. ideo diligere ut habeas ipsum
Quid est proximum diligere propter deum. ideo diligere quia
habet deum. Sicut diligimus hominem propter iusticiam
id est quia habet iusticiam. sic diligimus hominem propter
deum. id est quia habet deum. Vel si forte non deum habet
quia habiturus est eum velut habeat eum. Sic itaque
propter deum hominem diligimus. quem utique propter deum non
diligeremus si deum non diligeremus. Unde diligendus est
proximus in deo. quia habet deum. non in diviciis suis.
non in fortitudine sua. non in pulchritudine sua. sed
in iusticia sua. in sanctitate sua. et in bonitate sua
et qui in istis diligitur in deo diligitur. hec hugo. De hac eciam
duplici caritate quomodo diligendus sit deus ac proximus.
beatus gregorius in x° libro moralium exponens illud dictum Et quod multi
plex sit lex eius sic ait. Quid hoc loco dei lex accipi nisi
caritas debet. per quam semper in mente leguntur precepta vite
qualiter in actione teneantur. De hac etenim lege veritatis
voce dicitur. hoc est preceptum meum ut diligatis invicem
sicut dilexi vos. De hac paulus ait. plenitudo legis
est dilectio. Item dicitur. invicem onera vestra portate. et
sic adimplebitis legem christi. Lex etenim christi quid congrue
cius intelligi quam caritas christi potest. quam tunc vere perfici
mus. cum fraterna onera ex caritate toleramus. Sed
hec eadem lex multiplex dicitur. quia studiosa sollici
tudine caritatis ad cuncta virtutum facta dilatatur. que
duobus quidem preceptis incipit. sed se ad innumera exten
dit. Huius namque legis inicium. dilectio dei est. ac dilectio
proximi. Sed dei dilectio per tria distinguitur. quia ex toto cor
de. et ex tota anima. et ex tota fortitudine diligi con
ditor iubetur. Qua in re notandum est. quod divinus sermo
cum deum diligi precipit. non solum narrat ex quo.
sed informat ex quanto cum subiungit. ex tota fortitudine.

Vt videlz qui perfecte deo placē desiderat, sibi de se nichil
relinquat. Proximi aūt dilectio. ad duo precepta diriuia
tur. Cum et p quēdam iustū dicat̄. Quod ab alio odis tibi
fieri. vide ne tu alteri facias. Et p semet ipm̄ veritas
dic̄. Que vultis ut faciāt vobis hoiēs. ita et vos facite
illis. Quibus duobus. salz vtriusqz testamēti mandatis
p vnū malicia compescat̄. p aliud benignitas prerogatur
Vt quod non vult malū pati quisqz. non faciens cesset.
a nocendi opere. et rursum bonū quod fieri sibi appetit
impendēs erga vtilitatem se proximi exerceat et benig
nitatem. Sed hec nimirū duo. dū sollicita intencōne
cogitant̄. cor ad innumerā v̄tutū misteria extendit̄. ne
vel ad inferenda que nō debet desideriis inquieta mens
ferueat. vel erga exhibenda que debet ocio resoluta tor
pescat. Nam cum cauet alteri facere. quod nequaqm̄ vult
ab altero ipa tollerare. sollicita se intencōne circūspiciat
ne supbia eleuet. et vsqz ad despectū proximi animū
deiciens exaltet. ne ambicio cogitacōm̄ laniet. et hanc
ad appetenda aliena dilatatā angustet. ne ira exaspet
et vsqz ad pferēdam cōtumeliam inflāmet. ne inuidia
mordeat. et alienis felicitatibus emula sua se face cō
sumat. ne immoderate linguā loquacitas ptrahat.
eamqz vsqz ad lasciuiam obtrectacōis extendat. ne
odiū malicia excitet. et vsqz ad iaculū maledictionis
irritet. Rursum cum cogitat. ne ea alteri faciat. que
ipa sibi ab altero expectat. pensat nimirū vt malis
bona vt bonis meliora respondeat. vt procacib⁹ mansue
tudinē longanimitatis exhibeat. vt malicie peste lan
guētibus graciam benignitatis impendat. vt discordes
pace p̄ueniat. vt indigentibus necessaria tribuat.
vt errantib⁹ viam rectitudinis ostendat. vt afflictos
verbo. et compassione mulceat. vt accensos in hui⁹
mūdi desideriis increpacōe extinguat. vt oppressorum
angustias qn̄tū p̄ualet ope leuet. vt foris resistenti
bus opponat paciam. vt intus supbientibus exhibeat
cum pacia disciplinā. vt erga errata subditorum sic

mãsuetudo zelũ tẽpet. q̃tꝰ a iusticie studio nõ eneruet. Sic ad vlci
one zelus ferueat. ne tñ pietatis limitẽ feruẽdo trãscẽdat. Vt ĩgratos q̃s
q̃z bñficiis ad amorẽ ꝓuocet. Vt gratos quosq̃z ministeriis
in amore cõseruet. Vt proximorꝫ mala. cum corrigẽ nõ
ꝑualet taceat. Vt que aliq̃z corrigi loquẽdo possũt. silẽ
ciũ cõsensum esse ꝑtimescat. Vt cũcta proximis que va
let impendat. sed hec impendendo nõ tumeat. Vt sic
in bonis que exhibet. timoris ꝑpiciũ paueat. ne tñ
ab omĩ exercitio torpescat. Vt sic que possidet tribuat
quatenꝰ q̃nta sit largitas remunerantis attendat
ne cum terrena largit̃. suam plus q̃m necesse est inopiã
ꝑtimescat. et in oblacione muneris. claritatis lumen
tristicia obscuretur. Bene ergo lex dei multiplex dicit̃
q̃a nimirũ cum vna eadem q̃z sit caritas. si mentẽ plene
cepit. hanc ad innumerã opa multiformit̃ accendit
hec ĩgl̃. Nondum ergo q̃ circa dilectonẽ proximi. discrecio
magna est ad[…]hibenda. Nam nimis diligere malũ
est. minꝰ ergo diligẽ bonum malũ est. In cũctis ergo v̄tuti
bus requirit̃ tꝑancia. Omis ergo dilectio que nocet vitã
da est. quia qui aliquid supra deum diligũt. deo non
sunt digni. Vnde casto amore diligendi sũt proximi et
hoc in deo. Nam inordinatus amor et carnalis. non
est caritas sed stulticia. Vera ergo caritas exigit. vt deũ
sup omnia diligamꝰ. et proximos n̄ros sicut nos ip̄os
in domino. De hoc btũs Jeroꝰ sic dit̃. Sunt q̃m plurimi
qui diligunt sed male. Intantũ enĩ aliquẽ diligũt
q̃ dilectonẽ dei perdunt. Qui enĩ aliquid sup̄ deũ
diligunt. deo non sunt digni. In cũctis v̄tutibꝰ requi
ritur temꝑancia. Virtus semꝑ volt mediũ. nimis
diligere malũ est. minꝰ diligere bonũ. malum est
sed ut ius exigit diligẽ bonũ est. Omis dilectõ que
nocet vitanda est. ꝓpter nimiã dilectonẽ. aliqui in
luxuriã ceciderunt. aliqui ad inuidiã deuenerunt
hoc quippe agit sup̄fluus amor. Vt que diligit semꝑ
videre vellet. modum nescit. neq̃z aliud cogitare p̄t
q̃m q̄d diligit. Impossibile est hominem. qui talem

habet amorē deo posse acceptabiles facē orones. vel
placere. hic amor non est caritas sed stulticia. Omēs
nos debem' diligere fratres sicut nosmetipōs. ita tn̄
q' vicia non diligant'. Ꝑ iniure malū caritas est. plꝰ
diligere meliorem iustum est. Vera caritas exigit. ut
deum diligam' ex toto corde et ex tota mente. et ex totꝭ
viribus nr̄is. et ita singlaꝛt' q' cū deo nichil aliud di-
ligam'. et proximū nr̄m sicut et nos. Qui sine carit^te
est sine deo est. quia deus est caritas. et caritas est deus
Qui manet in caritate. in celo cepit habitare. In celo vna
est om̄ caritas beatoꝝ. Vbi caritas vera est. ibi invidia
nulla est. ibi ambicio nulla cognoscit'. nec iniuriatio.
sed nec detractio. nec irrisio. Hoc scitote fratres. qui si
non habetis caritatē. sub dyabolica ptāte estis. nec vlt̄
vobiscū deus habitat. et qui sine deo est. in inferno est
hec Ierol. Beatus igit' est. qui caritatē sanctā et ordi-
natam habet. qui videlꝫ diligit deum vr̄ sup oīa et amicū
in deo. et inimicū ꝓpter deū. nec figit mentem suam in
rebus trāsitorijs q̄m̄uis pulchris. sed potius in deo. qui
illas creauit. et si alicui forte placēt corpa hōīm pulch^ra
et bene disposita. non ibi teneat aīm p inordinatū
affectum. sed retorqueat amorē suū in artificem corꝑ
qui illa plasmauit. ne male diligendo displiceat deo
In dn̄o ergo ament'. tam anime q̄m̄ corpora pr̄ioꝝ
De ista sancta caritate beatus aug' in li° confessionū
sic di^t. Beatus qui amat te. et amicū in te. et inimi-
cum ꝓpter te. Solus eni' nullum carum amittit. cui
omēs in illo cari sunt. qui nō amittit'. Et quis est iste
nisi deus nr̄. deus qui fecit celum et t̄ram et implet. Te
nemo amittit. nisi qui dimittit. et qui dimittit quo
it. aut quo fugit. nisi a te placido ad te iratum. Etiam
quo se verterit anima hoīs ad dolores figit' alibi-
preter q̄m in te. et si figitur in pulchris. extra te et ext̄
se. que tamē nulla essent. nisi essent abs te. Vnde si
placent corpora. deum ex illis lauda. et ī artificem
corꝑ retorque amorem. ne in hijs que tibi placent

tu displiceas. Si placent anime in deo amentur. quia
et ipse mutabiles sunt. et in illo fixe stabiliuntur. alio
quin irent et perirent. In illo ergo amentur. et rape ad
eum tecum quas potes. et dic eis. hunc amemus. ipse fecit
hec. et non est longe. non enim fecit atque abiit. sed ex
illo et in illo sunt. Ecce ibi est. ubi sapit veritas. in
timus cordi est. sed cor erravit ab eo. Redite prevaricato
res ad cor. et inherete illi qui fecit nos. State cum eo
et stabitis. requiescite in eo et quieti eritis. Quo itis
in aspera quo itis. bonum quod amatis ab illo est. Sed quan
tum est ad illum bonum est et suave. sed amarum erit iuste
quod iniuste amatur deserto illo. Ergo cum inhesero tibi
deus ex omni me. nusquam erit michi dolor et labor. et vi
ua erit vita mea tota plena te. Nunc autem quoniam quem
tu imples. tu subleuas eum. quoniam tui plenus non sum
oneri michi sum. Sed tota spes mea. non nisi in magna
valde misericordia tua est. Da quod iubes. et iube quod vis. im
perans nobis continentiam. per continentiam quippe colligi
mur. et redigimur in unum. a quo in multa defluximus.
Minus enim te amat. qui tecum aliquid amat. quod
non propter te amat. O amor qui semper ardes. et nunquam
extingueris. Caritas deus meus accende me. Iubes
certe ut contineam a concupiscentia carnis. et concupiscentia
oculorum. et ambitione seculi. Da quod iubes. et iube quod
vis. Hec Augustinus. Debet igitur quilibet fidelis et maxime
religiosus se exercere in virtute hac nobilissime caritatis
videlicet deum super omnia diligendo. proximum vero in deo
amando. et sibi in adversis tam spiritualibus quam corpora
libus compaciendo. in prosperis autem quibuscumque eidem
congaudendo. et in quantum facultas rerum suppetit subvenien
do. inimicum etiam propter deum diligendo. et si ex affectu
eundem sicut amicum amare non potest. quod est perfectionis
debet tamen ab odio illius per quem offensus est se continere
et de gratia dei ac gloria. et ceteris que ad salutem illius perti
nent. sive sint spiritualia sive corporalia. prout anime
eius expedit favere. et non invidere. Ut prima ecclesia

caritatē habentib⁹ pparata valeat assequi et eť na-
liť possidere. Si vero aliqui ita paupes sunt. q̄ nō
possunt aliq̄d bn̄ficiū corpale seu tpale ꝓximis
impendere. sicut sunt religiosi. Vel ceteri paupere
quibus deest facultas rerum tpaliū, hy tales debet
habere compassionē et bonā volūtatē erga pximos
illos si possent in necessitate subueniendi. quia deo
nil offertur ditim⁹ bona volūtate. sed bona volūtas
nūqm̄ plene pficit. nisi mūdi hui⁹ cupiditas pfecte
deseratur. Vnde sancti viri vt possent pximos pfcē
dilige. studuerūt in hoc seculo nichil amare. De ista
bona voluntate. et qualis debeat esse. btūs gg̃. in
quadam omelia sic dicit. Ante dei namq̃ oculos.
nūqm̄ est vacua manus a munere. si archa cordis
sit repleta bona voluntate. Nil quippe offertur deo
ditius volūtate bona. Voluntas aūt bona sic adū-
sa alterius sicut nr̄a ptimescere. sic de prosperitate
proximi. sicut de nr̄o pfectu gaudere et gratulari.
aliena dampna nr̄a credere. aliena lucra nr̄a depu-
tare. Amicū non ꝓpter mūdū. sed ꝓpter deum diligere
inimicū ec amando tollerare. nulli quod pati nō vis
facere. nulli q̊d tibi iuste impendi desideras denegare
necessitati proximi non solum iuxta vires concurrē.
sed prodesse et vltra vires velle. sed bone volūtatis sa-
crificiū nūqm̄ plene psoluitur. nisi mūdi hui⁹ cupi-
ditas pfecte deseratur. Nam quidquid in eo concupisci-
mus, hoc procul dubio proximis inuidem⁹. Videť eni
quia nobis desit quod alter assequiť. et quia semp
inuidia a bona voluntate discordat. mox ut hec mē-
tem cepit illa discedit. Vnde et sancti. ut possent pxi-
mos pfecte diligere. studuerūt in hoc seculo nichil
amare. nichil vnqm̄ appetē. hec gg̃. et sic patet de di-
lectione proximi. Habem⁹ igiť nūc de dilectione dei
ac primi explanatū et expositū. et ptinet scd̄o loco ad
pfectos. quia status pfectorꝝ. ut supius premissum est

dependet et consistit secundo loco in caritate dei et in dilec-
tione proximi etc. De lectione meditatione et oratione cap. xxxvii

Postquam igitur informatus sum de caritate dei
ac dilectione proximi et aliis quampluribus
que spectant secundo loco ad statum perfectorum
Nunc de tercio in quo consistit seu dependeat status eorum de-
cupio a te o pater edoceri. Scire debes fili quod status perfec-
torum ut superius premissum est consistit tercio loco in dei
contemplatione. in qua virtute quanto quisque est ferventior
tanto est perfectior. Ad contemplationis vero dulcedinem
qui pervenire desiderat. necesse est ut per gradus aliarum virtu-
tum primus conscendere studeat ac proficere. Ut tam excellentem
virtutem demum apprehendere valeat ac degustare. Oportet
namque ut homo per sacre scripture lectionem et per sanctam
meditationem ac devotam orationem necnon et bonorum operum
exercitationem. ad contemplationis sublimitatem conscendat ac per-
veniat. De hoc dicit hugo de sancto victore. Quatuor sunt in qui-
bus nunc exercetur vita iustorum. et quasi per quosdam gradus
ad futuram perfectionem sublevatur. videlicet lectio meditatio
oratio et operatio. quinta deinde sequitur contemplatio. De
hiis quinque gradibus. primus gradus idest lectio incipien-
tium est. supremus idest contemplatio perfectorum. et de mediis
quidem. quanto plures quis ascenderit tanto perfectior erit. Ubi
supra. Prima lectio intelligenciam dat. Secunda meditatio
consilium prestat. Tercia oratio petit. Quarta operatio
querit. Quinta contemplatio invenit. Hec hugo. beatus
etiam bernhardus in libro de scala claustralium de hoc sic dicit. Hec est
scala claustralium. qua homines de terra in celum suble-
vantur. scilicet lectio. meditatio. oratio et contemplatio.
Beate vite dulcedinem lectio inquirit. meditatio in-
venit. oratio postulat. contemplatio degustat. Lectio
quasi solidum cibum ori apponit. meditatio masticat
et frangit. oratio saporem inquirit. contemplatio
est ipsa dulcedo que iocundat et reficit. Hec bernhardus. Debet
ergo quilibet religiosus in studio et in lectione sacre

scripture se exercere. quia delectacio diuinorum eloquiorum est dulcedo cordis. et quedam spiritualis refectio anime. Ad hoc hortatur beatus Aug. ita d. Nutri animam tuam lectionibus diuinis. parabunt enim tibi mensam spiritualem. Delectacio enim diuinorum eloquiorum dulcedo est palato cordis In lectionibus cognoscimus quid agere debeamus. in oratione eadem recipimus que postulamus. Igitur in hac presenti luce nil puto iocundius pabulo scripturarum. quod omnia mella superant. hec Aug. Nichil enim ita mentem ab amore mundi separat. et contra omnia temptamenta roborat. quemadmodum sacre scripture studium. Teste hugone qui sic ait. Nichil in hac vita dulcius sentitur nichil auidius sumitur. nichil ita mentem ab amore mundi separat. nichil sic animum contra temptaciones roborat. nichil ita hominem excitat. et adiuuat ad omne opus. et ad omnem laborem. sicut studium sacre scripture. hec hugo. Etiam beatus Ieronimus ad amorem sacre scripture monet cum dicit. Ama sacram scripturam et carnis vicia non amabis. numquam de manu tua et oculis tuis recedat liber. fac et aliquid operis vt semper te dyabolus inueniat occupatum. in desiderijs enim est ociosus. hec Ieronimus. Omnis ergo deuotus monachus. in studio lectionis et orationis se exerceat. quia cum legit deus secum loquitur. cum vero orat. ipse cum domino sermocinatur. Qui ergo vult semper esse cum deo frequenter aut oret. aut sacre lectioni intendat. De hoc Isidorus sic dicit. Oracionibus mundamur. lectionibus instruimur. vtrumque bonum si liceat. Si non liceat. melius est orare quam legere. Qui vult cum deo semper esse frequenter debet orare frequenter et legere. Nam cum oramus. ipsi cum deo loquimur. cum vero legimus. deus nobiscum loquitur. Omnis profectus ex lectione et meditacione procedit. quod enim nescimus lectione discimus. que autem didicimus meditacionibus conseruamus. Geminum confert donum lectio sacrarum scripturarum. siue quia intellectum mentis erudit seu quod a mundi vanitatibus abstractum hominem

ad amorem dei producat. Excitati enim sepe illius sermone
subtrahimur a desiderio vite mundane. atque accensi in amo
re sapientie. tanto vana spes mortalitatis huius vilescat
nobis. quanto amplius legendo spes eterna claruerit
hec Isidorus. Debet ergo religiosus quisque certis horis
intendere lectioni. ne mens sua circa cogitationes se
culares et inordinatas evagetur. et ut ex lecti
onis studium hauriat purum affectum ad orationis debi
tum persolvendum. De hac lectione beatus Bernhardus sic
dicit. Certis namque horis lectioni vacandum est. sed et de
cottidiana lectione aliquid cottidie in ventrem memorie
dimittendum est. quod fidelius digeratur. et rursum revoca
tum crebrius ruminetur. quod proposito conveniat. quod intentioni
proficiat. quod detineat animum. ut aliena cogitare non libeat
Hauriendus est sepe de lectionis serie affectus. et for
manda oratio. que lectionem interrumpat. nec tamen
impediat interrumpendo. quam puriorem continuo animum
ad intelligentiam lectionis restituat. hec Bernhardus. In scrip
tura ergo divina unusquisque si quid feditatis habet de
prehendit. et legendo gesta sanctorum patrum. quantum
profecerit. Vel quam longe a spirituali profectu distet ag
noscit. De hoc beatus Gregorius in secundo libro moralium sic dicit. Scrip
tura divina mentis oculis quasi quoddam speculum oppo
nitur. ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi et
enim feda. ibi pulchra nostra cognoscimus. Narrat autem
gesta sanctorum. et ad imitationem corda provocat infirmorum
Dumque illorum victricia facta commemorat. contra viciorum
prelia debilia nostra confirmat. Fitque verbis illius
ut eo minus mens inter certamina trepidet. quo ante se posi
tos tot virorum fortium triumphos videt. hec Gregorius
¶ Notandum vero est. quod sunt nonnulli qui mandata dei
et sacram scripturam exquirunt et scrutantur. non ut faci
ant ea que legunt. sed ut habeant que aliis dicant
De talibus beatus Augustinus sic dicit. Quia spiritus sanctus presciunt
multos propter aliud quam propter quod constitutum est
a deo scrutari mandata. Vel testimonia dei. Ideo p

ps. dt. In toto corde exquirunt eum. Alij enim scru-
tantur. non quod iam recte viuant. sed ut sciant. quomodo
alij recte viuere debeant. Alij scrutantur. quia volunt
magis esse docti quam iusti. Alij autem ad hoc ut habe-
ant bona que dicant non que faciant. quorum nulli
sunt beati. sed soli illi. qui in toto corde. scilicet cum
effectu exquirunt. ut custodiant et faciant. Unde
sancti viri non gaudent ex hoc quia sacram scrip-
turam intelligunt. sed pocius cum illam per bona opera
exequuntur. De hoc beatus Gregorius in xxv.o libro moralium sic ait
Non est secura leticia in diuinis paginis. vel for-
cia vel multa cognoscere. sed cognita custodire. Quan-
to enim intellectus lacius extenditur. tanto ad exple-
nda opera emixius ligatur. Sancti etenim viri nunc
exultant. cum cognoscunt que faciant. sed cum faciunt
que cognouerunt. hec Gregorius. Sunt ecce nonnulli qui prop-
ter huiusmodi scienciam inflantur et extolluntur. sed vera sciencia
prout dicit idem beatus Gregorius. afficit non extollit. nec
superbientes quos impleuerit. sed lamentantes facit
quia quisque cum repletus fuerit primo loco se scire
appetit. et iam sui consciius tanto per illam robustius
sapit. quanto se infirmum illa verius recognoscit. atque
ad meliorem vitam huius sciencie ipsa ei se humilitas a-
perit. hec Gregorius. Debet igitur quilibet religiosus in stu-
dio sacre scripture se exercere. et illa que legit memo-
rie commendare. et cum vacat a leccione. mentem
suam studeat occupare bona et fructuosa medita-
cione. quia meditacio sancta. que habetur de rebus
spiritualibus. siue de eterna vita. facit hominem contempnere
concupiscencias huius seculi. et non grauari in obser-
uancia mandatorum. De hac meditacione dicit beatus Bernhardus
Felix cuius meditacio in conspectu domini semper est. qui
in corde suo delectaciones dextere domini usque in finem secu-
la cogitacione reuoluit. Quid enim illi graue poterit
videri. qui semper mente tractat. quod non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam. Quid concupiscere

potent in seculo nequā. cuiꝰ oculus semp videt bona
dm̄ intra vineā. semp videt premia eterna. hec Bnh'.
Et nōndum qz p studiū lectionis et sancte meditatōis
cōponitur mēs hominis. et efficiat abilior. et deuocior ad
exercendum opus salubre orōnis. quia quāto quis
est diligencior in sacre scripture lectione. et pia ac
fructuosa meditatōne. tanto pmptiorē animū hře
poterit et expediciorem ad fundendas preces deuote
orōnis. Oracio aūt scd̄m Cassiodorum est pie mē
tis et humilis ad deum cōuersio. fide spe et caritate
subnixa. Scd̄m vo btm̄ Bnh'. Oracio est deuota cor
dis in deum intencio pro malis remouendis et bo
nis adipiscendis. Vnde vnusquisqz qui se sentit
in aliqua tribulacione. aut temptacōne seu neces
sitate constitutū. currat ad remediū orōnis. Nam
ipe dn̄s dr. Petite et accipietis. querite et inuenietis
pulsate et aperietur vobis rc. Nisi eīn omps deus
dona sue gracie et misericordie petentibus se dare
vellet. nequaqm̄ hortaret nos ad petendū. De hoc
dr btūs Aug'. Non tm̄ hortaret nos deus ut pe
teremꝰ. nisi ut dare vellet. Erubescat igit pigricia
nr̄a. Nam plus wlt dare qm̄ nos accipe. plus wlt
ille misereri qm̄ nos a miseria liberari. hec Augusti'.
Oracio aūt ad hūc finem est inuenta et cōstituta. vt
p eā venia pccōꝝ obtineat. pena euadat. et gloria
eterne vite obtineatur. Vnde Cassiodor' sup ps̄ de hoc sic
dr. Orō posita est p quā ira dm̄ suspenditur. venia p
curat. pena refugitur. et pmioꝝ largitas impetra
tur. cum dn̄o loquit. cū iudice fabulat. pn̄te sibi
facit quē videre non pualet. ad penetralia iudicis
precator admittit. et nullus inde respuit. nisi qui
in ea tepidus inueniat. hec Cassiodorus. Debet ergo
quilibet deuotius intendere studio orōnis quia ipa
mentē ad celestia eleuat. et facit hominē cum deo
loqui. De hoc btūs Bnh' sic dr. Oracio est hoīs
deo adherentis affectio. et familiaris quedā et pia

alloquutio. et illuīate mentis statio. ad fruendū deo dulcit. quantū licet. Dicit eciā de ea btūs Jero. Multū valet frequēs oratio et deuota. quia oratio hominem a terra subleuat. ad celestia vehit. et facit hominem cum deo loqui. grās ab eodem obtinet. dūmodo sit in ea deuocio et mixta lacrimis. Multū enī valet oratio frequēs cōspersa lacrimis. ad promerendam diuinam clemenciam. hec Jero. De efficacia eciā huiꝰ orōnis dicit btūs Aug. Oracio est animē sc̄e p̄sidiū angelo bono solaciū. dyabolo suppliciū. deo gratū obsequiū. plerūqꝫ aūt hoc negociū plus gemitibus q̄m sermonibus agitur. plus fletu q̄m affatu Pura eciā oratio vite boni innixa. fingit ante deum hec Aug. Qui igit desiderat hūc mentis securitatem studeat p mundam vitam et deuotam orōnem deo appropinquare. et ipm in cordis domicilio p frequētem memoriam portare. Ad hoc hortat ysaac abbas ita dicēs Munda te ipm coram dn̄o. et semp habeas meōriam eius in corde tuo ne moram ptrahens extra meōriā dei sine securitate fias. quia securitas aput deum ex ipius fit frequēti colloquio multaqꝫ orōne. hec ysaac Abbas. Orōnes eciā deuotorꝫ virorꝫ cum ad deum in p̄cibus fundunt. celum conscendūt. et ipi angeli cū gaudio suscipiētes pn̄tant illas coram deo. De hoc Effrem abbas sic dicit. Perfectorꝫ deniqꝫ orōnes eorꝫ qui ex toto corde diligunt deum. cum magna exultacione ad celum ascendūt. angeli eciā et archangeli cum gaudio occurūt eis. et suscipientes eas vsqꝫ ad thronū dei sancti pducūt. Est enī magna glia scōrꝫ angelorꝫ est. et ineffabilis leticia. cum scōrꝫ orōnes purissimas obtulerint. hec Effrem Abbas. Hanc virtutē orōnis cōmēdans btūs Bñh. sic ait. Quid orōne preciosius. que deo est satisfacio. angelis organū. sanctis cōuiuiū. orantibus p̄sidiū. cōtractis vnguentū. reis scutū. penitētibus remediū. hostibus iaculum. et temptatis omnibus firmamentum

hec Bernhardus. Et notandum quod devota et humilis oracio cum
ad deum effusa fuerit. celos penetrat nec vacua redi-
bit. et unum e duobus indubitanter sperare debemus. quia
aut dabit quod petimus. aut hoc donabit quod ipse
novit nobis melius expedire. Ista affirmat beatus
Bernhardus ita dicens. Que fidelis et humilis et fervens oracio fuerit
celum sine dubio penetrabit. Unde vacua redire non
poterit. Propterea semper ad manum habeatur tutissimum
oracionis refugium. Nemo vestrum parvipendat oracionem suam
dico enim vobis quia ipse ad quem oramus non parvi-
pendit eam prius quam sit ab ore nostro. ipse scribi iubet
eam in libro suo. et unum ex duobus indubitanter
sperare debemus. quia aut dabit quod petimus. aut
quod novit nobis utilius. Nos enim quid oremus si-
cut oportet nescimus. sed miseretur ille super ignoran-
cia nostra. et oracionem benigne suscipiens quod nobis aut
omnino non est utile. aut non tam cito dari necesse est minime
tribuit. omnino tamen infructuosa non erit. quoniam quidem
tanta super te cura est deo tuo. ut quociens ignorans
queris quod tibi inutile est non te exaudiat super hoc
sed mutet illud utiliori dono. hec Bernhardus. *De oracione dominica*

Cum igitur effectum magnum *Cap. xxxviii.*
habeat oracio. desidero ut de oracione dominica que
ceteris oracionibus est excellencior velis me in-
formare. De oracione dominica scire debes. quod hec oracio
quam Christus instituit. excellit alias omnes oraciones.
et hoc in tribus. videlicet in dignitate. in brevitate et
fecunditate. Primo oracio dominica precellit in dignitate
quia ab ipso filio dei est edocta et edita. Secundo in bre-
vitate. et hoc propter septem. primo ut sciatur cito. secundo
ut melius memoretur. tercio ut frequencius dicatur. quarto
ut dicens tedio non afficiatur. quinto ut nemo de eius
ignorancia excusetur. Sexto ut dominus cito exaudire
ostendatur. septimo ut magis affectu quam voce roge-
tur. Tercio oracio dominica precellit alias oraciones in fe-
cunditate. quia in ea omnia petenda continentur.

Nam omnis peticio · aut est de bonis adipiscendis · aut
de malis amouendis · Omne autem bonum · aut est celeste
aut spirituale aut temporale · Celeste petitur ibi · Adveniat
regnum tuum · Spirituale petitur ibi · Fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra · Temporale petitur ibi cum dicitur
panem nostrum cottidianum da nobis hodie · et sic in hac
oracione petitur omne bonum · Item omne malum aut
est preteritum · et huius amocionem petimus cum oramus
Dimitte nobis debita nostra etc. aut futurum · cuius amocio
petitur ibi · Et ne nos inducas in temptacionem
Aut presens · et huius amocio petitur · ibi · sed libera
nos a malo · Prima peticio · scilicet · Sanctificetur ·
nomen tuum · est quasi omnium confirmacio · Et notandum
quod per septem dona spiritus sancti · et per septem peticiones
in oracione dominica vitantur septem vicia · et impetrantur
septem beatitudines · Ideo de hys pauca sunt dicenda · //
Prima igitur peticio hec est · Sanctificetur nomen
tuum · tu qui pater noster es cuius nos filij · Tu dominus · cuius
nos serui · Confirmetur in nobis hoc nomen vt non
possimus desinere esse filij tui · Non enim potest esse
bonus filius · nisi patri se humiliet · Per hanc excluditur
omnis superbia · et introducatur timor · qui est inicium
sapiencie · Unde sequitur prima virtus · scilicet paupertas spiritus
ex qua sequitur prima merces · scilicet regnum celorum · Secunda
peticio hec est · Adveniat regnum tuum · hoc est veniat
totus mundus ad regnum tuum · Sic excluditur invidia
que est dolor felicitatis aliene et introducatur donum pie-
tatis · et sequitur secunda virtus · que est mansuetudo · et
impetrat possessionem terre viuencium · Tercia peticio
est · Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra · opto
ut sic fiant homines in terra sicut angeli in celo · et
sic excluditur ira que impedit cognoscere que sit vo-
luntas dei · et introducatur donum sciencie que docet equum
inimicis conuersari · Unde sequitur tercia virtus · scilicet luctus
pro peccatis proprys et alienis · et impetrat consolacionem
eternam · Quarta peticio est · Panem nostrum cottidianum

hoc est omnem cibum qui ptinet ad refectionē anime
sic excluditur accidia que est fastidiū diuini verbi.
et introducat donū fortitudinis. et sequit quarta vir
tus. scilz. esuries et sitis. hic in pnti de temporali iusticia
vel spūali. Ut impetret eterne beatitudinis saciatatem
¶ Quinta peticio est. et dimitte nobis debita nra. etc. i.
dimittendo proximis debitū. sicut nobis desideram
a deo dimitti. et expellendo auariciā. et introducendo
consiliū quod est vade et vende oīa q habes et da pau
pauperibus. Sequit quinta beatitudo. que est misericor
dia. que impetrat miam dei. ¶ Sexta peticio est Et ne
nos inducas in temptacionē. et maxime contra gulam
Unde gula excluditur. et introducit donū intelligencie
qd est super cupulam. et seqt sexta vtus s. mundicia cor
dis. p quam visio dei impetratur ¶ Septima peticio
est. Sed libera nos a malo. hec est contra luxuriā. et sic ex
cluditur hoc viciū. q p mulieres apostotant eciā sapi
tes. et introducit donū sapiencie. qui saporē hui gus
tauerit a delectacionibus luxurie elongabit. et sequit
pax int carnē et spm vel inter se et proximū. p quā adop
cio filiorum filiorum dei impetratur. hic igit septenarius nu
merus multum est insignis. Nam sunt septem sacra
mēta quibus anima purgatur. Sunt septem vtutes
quibus aīa pficitur. Sunt septem dona spūs sā. quib
anima illustrat. Sunt septem btitudines quib aīa
beatificatur. Sunt et septem peticiōnes in dnica orōne
quibus ad deum accedim. et quibus deo vnim in p
senti p grām. et in futuro p gliam. Dicam ergo.
pater nr. Dominus quippe nr magis se voluit dici
patrem qm dnm. quia ipē a nobis amari appetit.
non timeri. et ut qī filii. ab ipso celestia et spūalia
non tpalia aut carnalia petam. de hoc dicit btus
Crisost. dominus patrem magis se voluit dici qm dnm
ut fiduciā daret impetrandi. quia serui non impe
trant quod petunt. patrem se vocat non dnm ut
ostendat orantes nō seruos sed filios esse. qui non

mobilia cum ysmahele sed inmobilia cum ysaac p-
cipe petunt. hec Criso. Dicit ecia de hoc btus gg. Si filium
dei te credis. illa pete que tibi expediunt accipe et illum
decet dare. Si carnalia petis. quo tibi illa prestabit.
que et si habeas precepit tibi vt contempnas. hec gg.
Non wlt ergo conditor ac pater nr. vt ab eo caduca
ac tpalia petamus. sed pocius etna. et que ad salutem
anime ptinent. Vnde ysaac abbas sup orone dnica
sic dr. Videtis igit qualis nobis ab ipo qui p illa ex
orandus est iudice. oronis sit modulus et forma p̄po-
sita. in qua nulla diuiciarp peticio. nulla meoria dig-
nitatu. nulla potentat ac fortitudinis postulacio
nulla corporee sanitatis. seu tpalis vite mencio con-
tinetur. Nichil enim wlt caducum a se. nichil wlt vile
nichil tpale etnitatis conditor implorari. Itaq magni-
nifice eius munificencie maxima irrogabit iniuriam
quisq hys sempitnis peticoibus ptermissis. et trsi-
toriu aliquid. et caducum ab eo maluerit postulare
et offensam pocius qm p̄piciacone iudicis sui vilitate
oronis incurrat. hec Isaac abbas. Vbi nondum. q
multi sunt qui vocant deum patrem. et filij eius no
sunt sed pocius dyali cui voluntate puerse viuendo
faciunt. et ideo tales in suis oronibus non exaudiuntur
De talib Rich. de sco vic. sic dr. Qm multi domum dei. seu
/ depcatum ingrediunt. et qm pauci exaudiunt. qm mul-
ti vocant deum in hac oracoe patrem. qui eius no
sunt filij. sed illius patris de quo scriptu est. Vos
ex patre dyalo estis. Dei non sunt filij. qui pdiderunt
graciam. dyali sunt filij. quia genuit eos et nutrit p culpā
hec Rich. P hoc eciā q dns iussit se a suis fidelib patrem
appellari. multa bona includit. que assequunt hy q dili-
gunt eum. De hoc Criso. sup mathm sic ait dicendo
pater nr. et veniā peccorp. et penarp interitu. et iusti-
ficacom. et sanctificacom. et liberacom. et filiorp adop-
cionem. et hereditate dei. et fraternitate cum vnigenito
copulatam. et sancti spus dona largissima. Vnde

sermone significauit. hec Criso. Cum vero dns in hac
oratione dicat. noster videlz pater. et no meus. p hoc
ostendit. q non vnius. sed multorum pater est. Prius
enim erat pater vnius scilz xpi p naturam. sed ex tempore
factus est pater multorum p gratiam. Volt ecce deus vocari
ab omnibus communiter pater. ne quis de nobilitate generis superbiat
Vnde dicit beatus Aug. p hoc q dicitur nr inuitat nos ad humilitatem. vt nemo de
nobilitate generis superbiat. nemo alium contempnat. omnes enim filii
dei sumus. hec Aug. Sequitur. qui es in celis. Sup quo verbo
dicit Thomas de aquino. ac si diceremus. da nobis quod peti
mus. quia tu potens es in aula celesti. Vbi omne bonum
redundat et effluit. Item de hoc idem Thomas sic ait. Cum igitur
deus sit vbique. dicitur tamen precipue in celis propterea primo
vt in feruore spiritus adoretur. quia spiritus est deus. et qui
adorant eum in spiritu et veritate oportet eum adorare.
Secundo ut mens orantis ad celestia leuetur. hec Thomas
hoc idem sentit Criso. ita d. Qui es in celis. non ibi deum
concludens hoc ait. sed a terra abducens orantem. et excelsis
regionibus affigens orantis mentem. hec Criso.
Dicamus igitur. pater noster qui es in celis sanctificetur nomen
tuum. Cum dicitur. sanctificetur nomen tuum prima peticio
inchoatur. Sup hac dominica oratione. ysaac abbas in prima
sua collatione sic ait. Cum ergo vniuersitatis deum ac
dominum patrem nostrum esse voce propria confitemur de conditione dilectione
seruili in adopcionem filiorum nos profitemur ascitos. adiacen
tes deinde. qui es in celis vt cum omni cunctatione vite presentis.
quia in hac degimus terra velut peregrinam. atque a nostro
patre nos longissime separantem toto horrore vitantes
ad illam pocius regionem. in qua patrem nostrum commorari
fatemur. summo desiderio properemus. nichilque admittamus
eiusmodi. quod indignos nos. ac nostra professione et nobi
litate tante adopcionis efficiens. et hereditate paterna
velut degeneres priuet. et iram nos faciat iusticie eius
ac seueritatis incurrere. in quem filiorum ordinem gradum
que perfecto illa continuo. que est in filiis bonis pietate fla
grabimus. vt iam non pro nostris vtilitatibus. sed pro eius patris gloria

1 nemo de nobilitate generis superbiat

1 fac ut

1 genitue

totum impendam⁹ affectum dicentes ei. Sanctificetur
nomen tuū. nrm desideriū. nrm gaudiū. gliam nri
patris esse testantes. imitatores effecti illius qui dixit
Qui a semetipso loquit᷑. gloriā ꝓpriam querit. qui aūt
querit gliam eius qui misit illum. hic verax est. et
iniusticia in eo non est. Denique vas electionis. hoc reple
tus affectu. etiā anathema fieri optat a xpo. dūmodo
ei familia multiplex acquirat᷑. ad gloriam sui patris
salus totius isr̄helitice plebis accrescat. hec ysaac abbas.
Debemus ergo desiderare ac petere cum dicim⁹. sācificet᷑
nomen tuū. Vt sc̄itas dei ac eius gloria. omnibus hoi
bus innotescat. nec quidqm̄ sanctius a creatura racio
nabili extra deum estimet᷑ vel habeat᷑. De hoc di. btus
Aug⁹. Sanctificetur nomē tuum. qđ sit non petitur
quasi non sit sanctum dei nomē. sed ut sanctū habe
atur in hominib⁹. id est ita innotescat deus vt non
estimetur aliquid sanctius. hec aug⁹. Potest eciā hec
peticio alio modo recipi. Vnde di. btus Bnh⁹. Sācificetur
nomē tuū. Quomō sācificari potest ab homie. qui sā
ficat omēs homies. Aut sc̄m nomē quo pt sāctificari
quo sanctificant᷑ omēs sancti. Sed sanctificam⁹ deum
in nobis. qū scientes eum sc̄m timem⁹. et sollicite
vigilam⁹. ne forte violemus sanctū nomē eius in no
bis p mala opa. hec Bnh⁹. Dicit eciā de hoc anshelmus.
Vt sanctificetur cottidie deprecamur. opus enī est nobis
cōtinua sanctificacōne. Vt qui cottidie delinquim⁹. de
licta nrā sācificacōe assidua purgem⁹. hec Anshelmus.
Sanctificet᷑ inqm̄ nomē tuum. Vt nois tui sanctificacō
eo plenius ciūtatis innotescat. quo te pfectius agnoscē
amare et revereri possim⁹. et sācificacōis tue silitudinē
induendo tibi patri sicut veri filij cōformem᷑. et Vn⁹
tecū spūs efficiam᷑ in tuam trāsformati claritatem ¶
Incipit scda petitio. Adveniat regnū tuū. regnum
videlȝ future glorie. De hoc Thomas de aquino sic di.
Adveniat regnū. id est da nobis spūm intellectus. quo
mūdi corde facti regnū tuum. id est te regnātē in scīs

tuus visione beatifica videamus. hec Thomas. Et beatus Augustinus
Adveniat regnum tuum. idest ecclesia militans veniat trium-
phanti. Dicit etiam de hoc Ciprianus. Regnum itaque petimus
advenire a deo nobis repromissum. et christi sanguine acqui-
situm. Ut qui in seculo ei servimus postmodum christo reg-
nante regnemus. hec Ciprianus. De hoc regno Thomas
iterum dicit. Adveniat regnum tuum. iocundum sine perversitate
tranquillum sine perturbatione. letum sine amissione. et
perhenne sine terminatione. ubi erit unus amor omnium electorum
ubi erit deifica visio cum interna mentis fruitione que est
ipse deus. hec Thomas. Et nondum quod triplex est regnum dei
Unum est future glorie. de quo modo dictum et premissum est
Secundum est quo christus inhabitat et possidet corda fidelium
per fidem et dilectionem suam. de hoc per ipsum dominum dicitur.
Regnum dei intra vos est. Tercium est. quod dabitur fideli-
bus corporibus iam glorificatis. post finale iudicium
de quo dicitur. Venite benedicti possidete regnum. Ista comme-
morat Isaac abbas in exposicione orationis dominice ita dicens.
Secunda peticio mentis purissime advenire iam iamque
regnum sui patris exoptat. Vel istud scilicet quo cottidie christus
regnat in sanctis. quod ita fit. cum dyaboli imperio. per ex-
tinctionem fetentium viciorum de nostris cordibus expulso.
deus in nobis per virtutum bonam flagranciam cepit dominari et
devicta fornicatione castitas superato furore tranquillitas
calcata superbia. humilitas in nostra mente regnaverit. vel
certe illud. quod prestituto tempore omnibus est perfectis ac dei
filiis generaliter repromissum. in quo dicetur eis a christo.
Venite benedicti patris mei. possidete paratum vobis reg-
num a constitucione mundi. hec Isaac abbas. Et consideran-
dum quod anima devota. que sponsa dei in ipso unico dilecto
suo quiescere desiderans. et eius frui solum amplexibus
ardenter siciens. pre cuius amore omnia ei inferiora viluе-
runt. quia desideria sua aliter implere non sperat. nisi
tota illuc transeat. ubi eum facie ad faciem irrepulsa
acie videat. flagitando precatur. cicius hoc adimpleri. cum
apostolo dissolvi cupiens. et esse cum christo. quia quamdiu sumus

in hoc corpore peregrinamur a domino. et in multis offendimus omnes. ita ut si dixerimus quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus. et veritas in nobis non sit. Cum enim peccatum dicatur auersio a summo bono ad malum inferius. in quantum inde auertimur. in tantum peccato non caremus. et qui magis auertitur: magis peccat. et qui minus minus. Non autem inde auerti non est peregrinancium sed peruenientium. quasi voluntatis intencio vtcumque ei adheret. affectus tamen sepius hinc inde distrahitur. memoria multis alijs occupatur et intelligencia cecuciens. ipsam veritatis lucem non pure intuetur. et ex hijs fit. quod aliquando in istis inferioribus impingimus et impellimur. vt cadamus. nisi dominus manum suam imponat vt non collidamur. Inde gemens dicit. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum etc. hoc oramus cum dicimus. Adueniat regnum tuum. Ac si dicamus pondere peccati. et corpore peregrinanti non valemus ad illud volare. Adueniat igitur regnum tuum vt nos celeriter huic assumat. vt ab ista miseria liberemur. Interim in nobis operare tibi regnum in iusticia et pace. et gaudio spiritus sancti. vt eo liberius post hanc peregrinacionem. celeste regnum possideamus. Incipit tercia peticio. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Super quo verbo dicit Thomas de aquino. i. sicut in ciuibus celi. ita et in ciuibus terre. hoc est sicut conformant voluntatem suam voluntati diuine. sic faciant omnes homines existentes in terrestri habitacione. hec Thomas. Dicit eciam de hoc Crisostomus. Fiat voluntas tua etc. quasi dicat. presta nobis domine conuersacionem imitari celestem. quatenus quodcumque tu vis. nos eciam velimus. et beatus Augustinus. Fiat voluntas tua etc. vt que odis odiamus. et que amas diligamus. et que precipis impleamus. et sic voluntati tue cernimur conformes. hec Augustinus. De hac tercia peticione eciam ysaac abbas in collacionibus patrum sic dicit. Terra supplicacio filiorum est. Fiat voluntas tua. sicut in celo et in terra non potest esse iam maior oracio quam optare vt terrena

merearis iam celestibus coequari. Nam quid est aliud
dicere. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. quam ut sint
homines similes angelis. Et sicut voluntas dei ab illis
impletur in celo. ita eciam hy qui in terra sunt. non suam
sed eius universi faciant voluntatem. Hoc quoque nemo
ex affectu dicere prevalebit. nisi is solus qui deum credit
omnia que videntur. vel adversa vel prospera. pro nostris
utilitatibus dispensare. magisque suorum salute et como-
dis providum atque sollicitum. quam nos ipsos esse pro nobis
hec ysaac abbas. Et nondum per ut dicit beatus Augustinus. quod in illo
beatitudinis regno vita beata perficitur in sanctis. sicut nunc
in celestibus angelis. et ideo post illam peticionem qua dici-
mus. Adveniat regnum tuum. sequitur. Fiat voluntas tua si-
cut in celo et in terra. Sicut enim in angelis qui sunt in celis
voluntas tua fit ut te perfruantur. nullo errore obnubilante
eorum sapienciam. nulla miseria impediente eorum beatitudinem
Ita fiat in sanctis tuis qui in terra sunt. et de terra quantum ad
corpus pertinet facti sunt. Hec Augustinus. Ubi considerandum quod quilibet
religiosus ac devotus homo. qui filius patri per omnia parere
et placere affectans patrem devote orat. Ut cum a voluntatis
sue beneplacito in nullo discrepare paciatur. in actibus in vo-
luntatibus et moribus sibi ita conformem faciens ut nichil
in eo paternos oculos offendat. hoc solum sibi reputans
solacium. et super omnia desiderans. Ut pater celestis tamen suam
cum eo voluntatem perficiat. sive exercendo in adversis. sive
consolando in prosperis. vel quocumque alio modo sibi ma-
gis placet. Vere filialis et fidelis affectus est. nulla que
sua sunt querere. non comoda non honores. non consolacio-
nes. sed solum placitum pii patris. Magnum est hoc a deo
petere et magnum obtinere. Ut tales nos in hoc peticione
corpore faciat. Ut illi summe veritati placeamus. et ab eius
directionis regula non deviemus. Nichil melius nichil
utilius in mundo posset nobis conferre summus pater. quam
tales nos facere. Ut ei per omnia placeamus. Hoc igitur petimus
cum dicimus. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Ut
sicut illi superni cives ad voluntatem tuam dispositi sunt.

ita et nos pro modulo nr̄o ad voluntatis tue beneplа
citū disponam⁹. Incipit q̄rta peticio. Panem nr̄m
cottidianū da nobis hodie. Sup quo v̄bo Thomas
de aquino sic dic̄. Panis qui hic petit̄ est deus. qui
est cibus angelorꝫ. et refectio beatorꝫ. qui de celo dat̄
et in cruce comedit̄. quo pane quis vsus fuerit. morte̅
eternā non gustabit. Nam ipe ait. Ego sum panis
viuus qui de celo descendi. si quis manducauit ex hoc
pane viuet in eternū. hec Thōs. Cum igit̄ p peccatū
vulnerati sum⁹. et cottidie vulneram̄ necesse est. vt
medicinā sp̄ualem nr̄is vulnerib⁹ adhibeam⁹. Medi
cina vero summa est venerabile sacramētū corporis
dn̄i nr̄i ihu xp̄i. De hoc dicit btūs Ambro⁹. Qui vulnus
habet medicinā querat. Vulnus eñ habem⁹ quia sub
peccatis sum⁹. medicina est venerabile sacramētum
quod si cottidie accipis cottidie curaberis. hec Ambro⁹.
Hoc intelligendum est de illis. qui carent peccatis
mortalib⁹ et in statu gr̄acie existunt. Ceteri vero sa
cientes. et indigne accedentes. non salutē sed po̅ci⁹
dampnacōnē merūt. Vnde orandus est dn̄s. vt pa
nem huīc vite det nobis cum p̄nti cōscia. sic in p̄nti
vita sumē. vt particepes illius in eterna patria valea
mus existere. De hoc ysaac abbas sic ait. Panem nr̄m
substācialem da nobis hodie. i. dum in hoc seculo
commoramur. presta nobis hunc panem. Nouim⁹
eñ hijs qui eum meruerīt a te et in futurꝫ esse pres
tandum. sed rogamus vt eum nobis hodie largiaris
quia nisi eum p̄cipe quis in hac vita meruerit. illa
eius p̄ticeps esse non poterit. hec ysaac abbās. Debet
ergo quilibꝫ deuotus. q̄si mēdicus et paup coram
diuite et benigno patre p̄cumbens. et inopiam
suam ostendens flagitare ab ipo. vt panem gr̄e
amplioris. quo cōfortet̄. quo cōsoletur et sustētet̄
ad resistendum malis sibi p̄stare dignet̄. Triplici
namqꝫ pane indigem⁹. quē nobis a dn̄o deo nr̄o
instant̄ postulare debem⁹. hoc est celesti sp̄uali et

terrestri. Celestis est corpus xpi. de quo ipsemet dns ait
Pater meus dat nobis panem de celo verum. Spualis
est verbum dei. gra interna. mente ab interiori media
virtutu et donoru alimento reficiens. De quo p ps. dr
Et panis cor hominis confirmet. Terrestris est victus et ali-
mentu. quo corpus hic sustentari necesse habet. De hoc
pane Criso. dt. Potest hic panis sumi materialiter
quem non solum petim ut habeam quod comune
est iustis et pctoribus. sed ut quid manducem de ma
nu dei accipiam. qd est tantum bonor. Nam illi deus
dat panem. qui cum iusticia acquirit panem. Illi vo
dyab. qui usura acquirit panem. hec Criso. Et quia
omni hora indigem aut celesti. aut spuali. aut cor
porali pane. Ideo semp iubem postulare pane tam
interioris qm exterioris hominis. cum in orone dnica di
cim. panem nrm cottidianu da nobis hodie. ¶ Incipit
peticio qnta. Et dimitte nobis debita nra. sicut et
nos dimittim debitoribus nris. Sup quo bo Thos
de aquino sic ait. Debita dicunt pcta. que nos debitores
pene constituunt. que nobis a deo dimitti petim. si in
nobis peccantib offensas relaxam. hec Thos. ¶ Et no-
tandu qd si offensas in nos p proximos illatas no di
mittim. tu orone dnicam fundim. non remissione
pctor. sed potius iram et indignacone ipius domini
incurrim. Testatur hoc btus Augs. qui sic dt. Si de
bitorib nris. i. eis qui in nos peccant. no dimittim
ipa nra orone in culpam. et deum adversum nos in
iracundiam excitamus. et ipi sup nos inducim ma-
ledicone potius qm benedictonem. Sicq fit. ut ora
cium debeat esse salubris fit noxia. et peccata nra que
debuim minuere orando augemus. hec Augs. Dicit ecia
de hoc Criso. Qui inimiciciam in ore et in corde servat.
adversus ledente. non deum orat sed irritat ipm. no
gram aput deu obtinet. sed etna dampnacoim sibi
postulat. hec Criso. Qui igit desiderat veniam suor
delictor a dno consequi. ipe prius studeat ex corde dimitte

in se delinquēti. Unde dicit btūs Bur. venia ei pctorum
non datur. cui cor rancore. aut liuore inuidie affiatur.
Si igitur vis vt tibi pctā adeo dimittantur. omnis rancor
et indignacio a corde tuo euellatur. hec Burh. De hoc eciam
dicit beatus ggs. Quo orat qui iracundiā aduersū prim
portat. Non enī speret aput dnm veniam delictorū
nisi prius ex corde indulserit proximo offensam cul
parum hec ggs. Nam sicut dicit ysidorus. Sicut nullū
proficit in vulnere medicamētū si ferrū in eo adhuc
sit. Sic nichil proficit omnino orō illius. cuius adhuc
dolus est in mente. vel odiū in pectore. hec Isidorus
Sup hac eciam clausula. Dimitte nobis debita nrā. ysaac
Abbas in collacōibus patrum sic dicit. O ineffabilis dei clem
cia que nō solum nobis orōnis tradidit formam
et acceptabilem sibi in nobis morum morum instituit
disciplinā. ac per necessitatem tradite formule. qua se
precepit a nobis semper orari. ne piter ac tristicie euellit
radices. sed eciā occasione rogantibus tribuit. eis qz
reserat viam qua clemēs ac piū erga se puocet
dei iudiciū promulgari. et quodāmō ptāte tribuit
qua iudicis nrī possimus sniam temperare. ad veniā
delictorum nrōrum exemplo eum nre remissionis hor
tantes. dum dicimus ei. Dimitte nobis. sicut et
nos dimisimus. Itaqz securus huius orōis fiducia. de
suis admissis veniā postulabit quisqz remissus
erga suos dūtaxat. non erga dnm extiterit debitores
Solemus enī nōnulli. qd est deterius erga illa qde
que admittunt ad iniuriā dei. quamuis magnorum sit
criminū placidos nos. et clemētissimos exhibere.
Erga nrārum vero vel puissimarum offensionū debita
exactores inmites. atqz inexorabiles inueniri.
Quisqs igitur in se delinquēti fratri nō ex corde remi
serit. non indulgēciam. sed cōdempnacōm de pcacōe
hac sibimet impetrabit. suaqz pfessione semetipm
poscat durius iudicari. Dicens. Remitte michi
sicut et ego remisi. Ideoqz si clemēter volumus iudicari

nos quoque erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse
clementes. Tantum enim remittetur nobis quantum nos remi-
serimus eis qui nobis quacumque malignitate nocuerunt
hec Isaac abbas. Unde ea benignitate debemus dimittere
in nos quolibet modo peccantibus qua nobis desideramus
dimitti quod peccamus. Ut eo habundanciorem indulgenciam
omnium peccaminum ab ipso domino consequi mereamur.

Incipit sexta peticio. Et ne nos inducas in temptacionem.
Quod exponens Thomas de aquino sic dicit. id est non permit-
tas nos succumbere in temptacione. Non enim petimus
ut non temptemur quia temptari non est malum sed
magis est ad virtutis exercitium quando viriliter resistitur.
Propter quod dicebat david. proba me domine et tempta
me. sed petimus ne in temptacionem inducamur id est ne ab
ipsa temptacione devincamur. hec Thomas. Unde temptari
non est malum sed potius materia exercende virtutis
dummodo eidem temptacioni viriliter resistatur. De hoc beatus
Augustinus sic dicit. Non oramus ut non veniant temptaciones
sed ne ducamur in temptacionem quod est succumbere temp-
tacioni. quia temptacio cui resistitur non est peccatum
sed materia exercende virtutis. hec Augustinus. Et notandum
quod sine dei adiutorio ipsis temptacionibus resistere non
valemus. et ideo vult a nobis rogari ne inducamur in temp-
tacionem ut erepti a casu temptacionum hoc beneficium ab ipso
nos habere recognoscamus. hoc affirmat Ambrosius ita dicens.
Nichil enim fit nisi quod deus facit aut fieri permittit. Po-
tens est ergo et a malo in bonum flectere. et voluntates
nostras in lapsum pronas convertere ac dirigere in se planum
gressum. Voluit ergo deus a se posci ne inferamur in temp-
tacionem. quia voluit nos docere quod ab ipso hoc beneficium
accipimus quando dyabolum in temptacionibus superamus. hec Ambrosius.
Unde secundum Anselmum nos monemur hic dicere et petere
ne derelicti adiutorio dei alicui dyabolice temptacioni vel con-
sentiamus decepti vel cedamus afflicti. Sed quia a dyabolo
non temptari sanctos in presenti vita est impossibile. et
ideo ne in temptacionibus delinquamus hoc a deo flagitemus

quia resiste dyab(o)lo non nre est virtutis. sed divine ptatis
De hoc dicit Fulgencius. Mandat dns ut petamus ne
inducamur p consensu in delectacione. videlz mundi carnis.
et dyabli. Sup quo eciam verbo salz. Et ne nos inducas in tep
tacione. Ysaac in collacoibus patris sic dicit. Si enim oramus
ne pmittamur temptari. Unde erit in nobis virtus con
stancie comprobanda. Scdm illam snam. omnis vir qui
non est temptatus. non est probatus. non ergo hoc
sonat. ne inducas nos in temptacoem. i. ut non pmit
tas nos aliqn temptari. sed ne pmittas nos in temp
tacione positos superari. Temptatus est enim Job. sed non
est inductus in temptacoem. Non enim dedit insipienciam
deo. nec ad illam ad quam trahebatur temptatoris volu
tatem ore impio blasphemus intravit. Temptatus
est abraham. temptatus est Joseph. sed neuter illoru
inductus est in temptacoem. quia nullus eorum consensum
prebuit temptatori. hec ysaac. Considerandum aut
quod pter infernalem dampnacoem. nulla ira dei est gra
vior quam non defendere a pcco. hanc vero maxime mere
tur supbia. et ingratitudo. et incuria. Ut homo pro
fundius cadere pmittatur. hoc est enim quod oramus
Et ne nos inducas in temptacoem. i. ne pmittas nos
cadere in consensum peccati. Inducere deus dicitur. cum non
custodit ne inducamur. sicut indurare dicitur cor pcco
ris. cum hoc p gratiam non emollit sue miseracio
nis. hoc igitur impugnacois et tribulacois onus
a nobis timendum est. ne suo pondere nos opprimat
et in pctm deiciat. et p consequens in eternam dapna
cionem pducat. Incipit septima peticio. Sed libera
nos a malo. Quod exponens Thomas de aquino
sic ait. i. a pcco originali et actuali. ab amore mu
di. a proprio sensu. et a propria volutate. quibus depositis
fit homo semp paup spu. quod totum fit p spm timoris
Unde cum dicis. sed libera nos a malo. rogas tibi dari
spm timoris. p quem factus paup spu. liberaris a ma
lo. hec Thomas. Item sup eodem verbo Sed libera nos

a malo. Dicit btus Aug. i. a inimico vel a pctō vel a
purgatorio vel ab inferno. Et nondum qz multa
sunt mala quibus huana condicio subiacet. et
quorum pressura ipse mīme euadere valet. Que gene
raliter considerata sex modis distigue possimus
Malum enim aliud est corporis. aliud anime. Item aliud
est malū qd est culpa. aliud qd est pena. Item aliud
est malū pntis seculi. aliud est malū futuri. ab oi
bus istis et ab alijs que p ista cōphendūtur vel sub
istis cōtinentur petimus liberari. qū oramus dicentes.
libera nos a malo. Theophilus eciā sup eodem vbo
Sed libera nos a malo sic ait. videlz a malo culpe
et pene. culpe quo ad gratiam. pene quo ad eternam
penam. et sic in hac oratione petimus ab omi malo
liberari. scilz a pnti. pterito. et futuro. et summo bo
no viniri. qd est ipe deus qui est bndictus in secula
amen. Amen aūt nec grecum nec latinum. sed hebi
cum est. et quiqz accipitur vbaliter p fiat. Vt in fine o
rationū dicimus. amen. i. fiat nobis dne deus quod
a te humiliter petimus. Quiqz accipitur aduerbialiter. Vt
xps ait. Amē amē dico vobis. i. firmiter et fideliter.
Vnde dicit Aug. Amē. i. vere. vel fideliter. vere quo ad
intellectū. fideliter quo ad affectū. et ideo dns ponit
in fine amen. quia hec oratio potissime ex intellectu
et affectu anime dicenda est. Sic igitur habemus de oratione
dnica. ¶ Deinde notandū. qz sunt eciā alie diuerse
species orationū scdm statum et condicionē. seu indige
ciam diuersorum hominum. Aliter enim supplicat. cū qs alacer
est. aliter cum tristicie vel desparationis pondere pre
grauatur. aliter cum spiritualibus successibus viget. aliter
cum impugnationum mole deprimitur. aliter cū veniam
pctorum. aliter cum acquisitionem gracie seu cuiuslibet vtu
tis exposcit vel certe extinctionem cuiuslibet vicij deprecatur.
Aliter cū cōsideratione gehenne ac futuri iudicij timore cō
pungitur. Aliter cū spe futurorum bonorum desiderio qz in
flamatur. aliter cū necessitatibus ac periculis. Aliter cum

in securitate et tranquillitate versatur. aliter cum sanctimo
torum celestium revelacionibus illustratur. aliter cum sterilitate
virtutum ac sensuum ariditate constringitur. Unde apostolus
paulus oracionum species quadripertita racione distinxit dicens.
Deprecor itaque primo omnium fieri obsecraciones. oracio
nes. postulaciones. graciarum actiones. Obsecracio enim
est imploracio. seu peticio pro peccatis. qua pro presentibus
vel pro preteritis admissis suis unusquisque compunc
tus veniam deprecatur. Oraciones sunt quibus aliquid
in presenti domino offerimus vel vovemus deo. Nam oracio
est mentis devocio. id est conversio in deum. per pium et
humilem affectum. Affectus vero est spontanea q
dam ac dulcis ipsius animi inclinacio. quo mo
vetur ad orandum deum. et hoc fit per elevacionem
mentis in deum. et istud agitur per oracionem. que
secundum damascenum est ascensus mentis in deum.
De qua eciam beatus augustinus sic dicit. Oracio est ascensio anime
de terrestribus ad celestia. inquisicio supernorum invisi
bilium desiderium. Nichil autem ita deum inclinat ad
pietatem et misericordiam exhibendam homini. quemadmo
dum purus mentis affectus. quem homo gerit erga
deum. Oramus eciam cum renunciamus huic mundo. et spo
demus nos tota intencione domino servituros. Oramus
cum pollicemur seculari honore contempto terrenis
opibus spretis. in omni contricione cordis ac paupertate
spiritus nos domino cohesuros. Tercio loco ponuntur postu
laciones quas pro aliis quoque dum sumus in fervore
spiritus constituti solemus emittere. Vel pro caris salz
(?) nis. Vel pro tocius mundi pace poscentes. cum secundum
verba apostoli. pro omnibus hominibus. qui in sublimi
tate sunt positi supplicamus. Vel cum petimus assecu
cione alicuius boni. Vel evasione alicuius mali nos
perturbantis. Quarto loco graciarum actiones. ponuntur. quas
mens. Vel cum preterita dei recolit beneficia. Vel cum presencia
contemplatur. seu cum in futurum que et quanta prepara
verit deus hiis qui diligunt eum prospicit. gracias domino refert.

Ad graciarum etiã actionem ptinet bñficia que accepi⁹
diligent᷑ recolere. subtilit᷑ intelligẽ. fideliter confiteri.
studiose cõseruare. bñficiũ diligere. et eius offensam ca
uere. et grãm acceptam non ociose negligẽ. Debz namqz
q̄libz deuotus ppendere beneficia dei tam eximia
p que in nobis salutem opatur. Quid aũt potest
dignius. aut sublimius esse. q̄m corpus et sanguis
xp̄i. Vel grã sp̄us sancti. et glia regni celestis. que dat
fidelibus suis pret᷑ alia que ab ip̄o pcepim⁹ vt est iusti
ficacio a pccõ. gracia sanctitatis. adopcio filiorꝝ dei.
consolacio interna. defensio a periculis. cõsorciũ an
gelorꝝ. et btitudo corpis et anime. ex visione dei
fruicõne. Pro hys igitur omnibus. grãs agamus
dño deo nr̄o. Non soluũ aũt pro istis. sed eciã pro alijs
donis ac bñficijs que deus suis el̃cis cottidie cõfert.
graciarum accio est illi psoluenda. Ex quibus quedam
dona cõmemorat btũs Bnh⁹ ita d. Quociẽs tẽptacõ
supatur. aut viciũ subiugat᷑. aut iminẽs piculũ
declinatur. aut laqueus insidiantis dephenditur.
aut ãnosa inueterata queũqz anime passio semel
pfecteqz sanatur. aut multũ diuqz cupita. et sepi⁹
petita v᷑tus tandem aliqñ dei munẽ obtinet᷑. tociẽs
psonare debet graciarũ accio. et ad singula queqz bñ
ficia. debet bñdici deus in donis suis. hec Bnh⁹. Sunt
eciã et alia que valde sunt accepta dño. videlz vox lau
dis. De qua dr᷑. ps̄. Sacrificiũ laudis honorificabit
me. Istud vero sacrificiũ deo nr̄o psoluim⁹. qñ cũ in
psalmis dauidicis. vel canticis seu ympnis laudam⁹
Quid eni dignius aut acceptius. ob cãrmis ipi dño
potest depromẽ. q̄m psalmod deũ magnificãtes decan
tare. p quos creatura tam racõnalis. q̄m irracõnalis
ad laudãdũ deum excitat᷑. cũ dicit᷑. Laudate dñm de
celis. rc̄. vel cũ dr᷑. Bñdicite omnia opa dñi dño. rc̄.
Vel qñ dr᷑. Confitemĩ dño q̄m bonus rc̄. Vel cum
dicim⁹. Te deũ laudam⁹ rc̄. vel similia. que in psal
mis vel in cantic᷑ seu in ympnis cõtinent᷑. p que

conditor ut sume laudatur. Unde sancta ecclesia horis ca
nonicis decantare statuit. in quibus maxime psalmi
ympni et cantica comprehenduntur. Ut fideles in hac peregri
natione positi. laudantes ac benedicentes dominum. post hoc
exilium in celesti patria eo perfectius cum sanctis angelis
et ceteris sanctis qui ibi sunt valeant ipsum laudare
meritum. De quibus omnibus per psalmistam dicitur. Beati qui habi
tant in domo tua domine. in secula seculorum laudabunt te etc.

Habita informacione. de distractione et impedimento orationis capitulum

de devota oratione. et de aliis speciebus orationum
Nunc de distractione mentis. et aliis impe
dimentis eiusdem orationis que orantibus occurrunt cu
pio edoceri. De hoc quod queris. scire debes. quod sunt quidam
qui orant nullo corde. quidam vero cum medio corde. quidam
autem cum toto corde. Illi enim orant cum nullo corde. qui
in oratione positi. nec habent ibi intellectum per intentionem
nec affectum per devotionem. De talibus dicitur. ysa. xxix. Appro
pinquat michi populus iste ore suo et labiis suis glori
ficat me. cor autem eius longe est a me. Quidam vero sunt
qui orant cum medio corde. qui scilicet ad ea que dicunt ha
bent intellectum. sed non habent affectum. De quibus dicitur
Osee. x. Divisum est cor eorum. Et quia in corde sunt intel
lectus et affectus. Illi igitur orant in toto corde. qui orant
cum attentione. et cum affectione. qui attente intelli
gunt que dicunt. et afficiuntur ad ea que dicunt. Talis
erat paulus qui dicebat. orabo spiritu. orabo et men
te. Ubi tamen diligenter considerandum. quod triplex est effectus
orationis. Primus enim effectus orationis. est communis omnibus
actibus caritate informatis quod est mereri. Ad hunc
effectum non ex necessitate requiritur. quod attentio assit
orationi per totum. sed vis prime intentionis. qua aliquis
ad orandum accedit. reddit totam orationem meritoriam.
sicut in aliis meritoriis actibus accidit. Secundus autem
effectus orationis est ei proprius. quod est impetrare. et ad hunc
etiam effectum sufficit prima intentio. quam deus principaliter

intendit. Si aūt p̄ma intencio desit. orō nec meritoria
est nec impetratiua. Illam enī orōnē deus nō audit
cui ille qui orat non intendit. Tercius vō effect⁹
orōnis est quē spūalit͛ efficiat. sal3 quedam spūalis
mentis refectio. et ad hoc de necessitate requirit͛ in
orōne attencio. Et sciendum q̄ triplex est attencio.
que orōni vocali potest adhiberi. Una quidem qua
attendit͛ ad v͛ba ne quis in eis erret. Scđa qua atten
ditur ad sensum v͛boꝝ. Tercia qua attendit͛ ad fi
nem orōnis sal3 ad deum. et ad rem pro qua oratur
que quidem maxime est necessaria. In spū ergo et ve
ritate orat. qui ex instinctu spūs ad orandum accedit.
etiam si ex aliqua infirmitate mēs postmodum
euagetur. Si quis aūt ex pposito in orōne mente
euagetur. hoc pccm̄ est. et impedit orācōis fructum
Euagacio vō que fit pter ppositū. orōis fructum
non tollit. Unde Basilius dicit. Si debilitat⁹ a pcco
fixe nequis orare q̄ntum potes te ipm̄ cohibeas. et
d⁹ ignoscet tibi q̄d non ex negligēcia. sed ex fragilitate
non potes ut oportet assistere coram deo. hec Basilius
Unde euagacō mentis in orōne pccm̄ est. q̄n fit ex ppo
sito. vel ex negligencia. secus q̄n fit preter ppositū. et cū
mentem cohibet q̄ntum potest. Et notandū. q̄ cum ad
psallendū uel orandum accedim⁹. maligni spūs cōt͞r
nos hostilit͛ pugnat. ut mentes nr̄as ab intencione
orōnis euertant. De hoc petrus damiani sic dicit.
Cum psallatim et oratim ecclīam festinam⁹. illic te
nebraꝝ principes. aduersum nos feralit͛ dimicant
ut p illusiones fantasmatū abhys que p labia de
fluūt vagabūdas mentes euertant. hec petrus
Nam sunt multi psallentes et orātes ore. corde tamē
alibi intendunt. q̄d antiqui hostis instinctu fieri ct͛is
simū est. qui sciens utilitatem orōnis immittit oran
tibus diu͛sas cogitacōes inutiles. p quas distracti in
suis orōibus impediant͛. hoc aff͛mat. Beda in quadā

omelia ita dicit. Sunt nonnulli qui intrantes ecclesiam mul
tis psalmodiam vel orationem sermonibus prolongant. sed ali
bi corde intendendo. nec ipsi quid dicant recolunt. ore quidem
orantes. sed mente foris vagantes. omni orationis fructu
se privant. putantes a deo precem exaudiri. quam nec
ipsi qui fundunt audiunt. quod antiqui hostis instinctu
fieri nemo qui animadvertere nequeat. sciens enim utilita
tem orandi. et invidens hominibus graciam impetrandi
immittit orantibus multimodas cogitacionum levium
et aliquando eciam turpium nocencium quoque fantasmata quibus
oracionem impediat. adeo ut non numquam tales tantos
quoque discurrentium cogitacionum fluctus prostrati in oracione
tolleremus. quales nec in lecto iacentes tollerare nove
rimus. Unde necesse est ut agnitam diaboli curemus
superare maliciam. et ipsi videlicet animum ab huiusmodi nebulis
quas hostis aspergere gaudet in quantum possumus serenando.
et pii defensoris preces flagitando presidium. qui potens
est qualibet indignis peccatoribus et pure orando et perfecte
impetrando concedere graciam. hec Beda. Non solum autem
hec distraccio que fit in oracionibus generatur ex decepcionibus
demonum. verum eciam ex propria negligencia hominum fit. Nam cum
ante tempus oracionis occupamus nos cum vanitatibus
mundi verbis vel factis. Eadem eciam tempore oracionis occurrunt
nobis. et cum assidue cogitamus terrena que concupiscimus
hec eadem in oracione tolleramus. eciam cum nolumus. De hoc
beatus Gregorius sic dicit. Illarum namque rerum quas agimus. et
in usu habemus. ymagines nobis versantur in mente. et
puritatem intencionis. et devocionis impediunt in oracione
et recto quodam iudicio. quod volentes prius foris erramus
hoc demum interius paciamur inviti. Et mens nostra que
terrena hec assidue cogitat cum vult. hec eciam tolleret
in oracione cum non vult. hec Gregorius. Unde multi sunt inclu
si in monasteriis. aut in cellis. qui tamen cum toto mundo
per mentis distraccionem. et inutilem occupacionem fabulan
tur. et ideo longe est a deo corum animus. quia in oracione
positi cogitacionibus se occupant secularibus. De talibus

dicat beatus Jero. Incongruum est enim latere corpore et mente
undique evagari. Multi sunt clausi corpore qui tamen
fabulantur cum toto mundo. Unde fieri non potest ut cum
deo aliquis loquatur. qui tacens cum toto mundo fabulatur.
hec Jero. Et sciendum quod hanc instabilitatem mentis
humanum genus propter prevaricacionem primi hominis patitur.
qui proiectus a facie dei propter peccatum inobediencie eo pro-
fundius ad desideria terrena est inclinatus. quo magis
gustu superiorum bonorum est privatus. De hoc hugo de sancto
vic. in li. de archa noe sic ait. Videndum nobis est unde tanta
in corde hominis instabilitas et vicissitudo oriatur. Pri-
mus itaque homo ad hoc conditus fuit. ut si non peccasset
per contemplacionis presenciam vultui creatoris sui semper
assisteret. ut eum semper videndo semper amaret. semper
amando semper ei adhereret. qui immortalis est eciam ipse
vitam sine termino possideret. Postquam pulsus est a facie dei propter
peccatum cecitate ignorancie percussus. ab intima contemplacio-
nis illius luce foras venit. eo que profundius ad deside-
ria terrena mentem inclinavit. quo magis superiorum dul-
cedinis quondam gustum perdiderat oblivisci cepit. Sic-
que factus est vagus et profugus super terram. Vagus
scilicet per inordinatam concupiscenciam. profugus per pecca-
tricem conscienciam. Cor ergo hominis quod prius divino
amore affixum stabile perstitit. et unum amando unum
permansit. postquam per desideria terrena diffluere cepit. quasi
in tot divisum est quot ea sunt que concupiscit. Sicque
fit ut mens que verum bonum amare nescit. nunquam va-
leat esse stabilis. quia desiderii sui finem in hiis que
amplectitur non inveniens. dum semper se desiderio exten-
dit. sequens quod consequi non valet. nunquam requiescat.
Hinc igitur nascitur motus sine stabilitate. labor sine
requie. cursus sine pervencione. ita ut semper sit inquie-
tum cor nostrum. donec illi adherere cepit. ubi et desiderio
suo nichil deesse gaudeat. et ea que diligit semper
mansura confidat. Hec hugo. Ex hiis igitur verbis col-
ligere possumus quod instabilitas mentis maxime causatur.

ex carencia diuini amoris. quia quanto minus deus diligitur
tanto magis res terrene ac sensibiles amantur. que sunt
occasiones distraccionis ipsius mentis. Quanto vero deus magis
diligitur tanto cum tranquilliori mente ac stabilitate ipse do-
minus exoratur. De hoc Maximus sic dicit. Qui familiariter
deum amat. hic sine occupacione orat. hic et deum pre cor-
dialiter amat. Non autem orat sine occupacione. qui
alicui terrenorum habet mentem affixam. Non ergo dili-
git deum. qui cuiquam terrenorum habet mentem alligatam.
Mens enim immorans rei sensibili. omnino vicium habet
ad eam. et nisi rem illam despiciat. a vicio liberari
non potest. hec Maximus. Nondum tamen quod quamdiu
homo in peregrinacione huius vite moratur. distraccione men-
tis infra diuinum cultum vel oraciones perfecte carere non
potest. quia corpus istud corruptibile quod portamus
aggrauat animam. et deprimit sensum multa cogi-
tantem. hoc affirmat beatus Augustinus in glosa super psalmum ita dicens.
Ecce homo stat cantat deo aliquanto prolixius. et sepe
labia mouentur ad cantum. cogitacio autem per diuersa
desideria volat. Stat ergo mens nostra quodammodo ad
laudem dei. et anima nostra per diuersas cupiditates
vel curas negociorum. hac atque illac fluctuat. Quasi de-
super attendit ipsa mens hac atque illac. etenim inquietu-
dinem molestiarum quasi conuersa alloquitur. lauda anima
mea dominum etc. Quid est quod de aliis rebus agis.
Quid est. quod te occupat cura rerum terrenarum atque mor-
talium. Sta mecum lauda dominum. et quasi ipsa anima
pregrauatur. et non valens ita consistere vt dignum est.
respondet menti. laudabo dominum in vita mea. Quid
est in vita mea. quia modo in morte mea sum. Lau-
do quantum possum. tenuiter. exiliter. infirmiter. Quare. quia
quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Quare
sic laudas dominum. non perfecte non stabiliter. Interroga scrip-
turam. quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam
et deprimit terrena inhabitacio sensum multa cogitantem.
Tolle michi corpus quod aggrauat animam et laudabo dominum.

Tolle michi terrenā habitacōnē. deprimentē sensum
multa cogitantē. et a multis in vnū confluam. et
laudabo dnm. Qamdiu aūt ita sum non possum p-
grauor. hec Augꝰ. Qmuis igit mēs nr̄a nō possit
esse stabilis in oracōibus suis. nō tamē ꝓpt hoc qā de-
spandū. sed de mīa dei magna est cōfidendū. et si ha
bundat nr̄a iniquitas et negligēcia. habūdat ecc
et eius misericordia. quā frequēt exhibet nobis et
omnibus fidelibus suis. De hoc btūs Augꝰ. in glo sup
ps sic dit. Attendat quisqꝫ et videat. qn̄ta agunt in
corde humano. quēadmodū ip̄e plerūqꝫ oracōnes impe
diant vanis cogitacōibus. ita ut vix stet cor ad deū
suum. et volt se tenere vt stet. et quodāmō fugit a
se nec inuenit cancellos. in quibus se includat.
aut obices quosdam quibus retineat auolacōes
suas. et vagos quosdam motus. et stet iocūdari
deo suo. Vix est ut occurrat talis oracō inter multas
oracōnes. et tamē tolleraret deus tot corda p̄ciancium
et diuersas res cogitanciū. obmitto dicē et nō p̄tas
obmitto dicē, aliqn̄ p̄ūsas et inimicas deo. ip̄as
superfluas cogitacōēs intracest ei cū qº loqui incepas
Oracio tua locucio est ad deum. qn̄ legis. deus tibi
loquitr̄. qn̄ oras deo loqueris. Sed nūqm̄ desperandū
est de genere hūano et dicēdū iam ad dampnacō
nē ptinē omnem hominem cui surrepserit aliqua
cogitacō oranti. et interrupit oracōnē eius. Si hoc
dixerimꝰ fratres. que spes remaneat non video.
Porro quia est aliqua spes ad deum. quia mag-
na est mīa eius. dicam et illud ps̄. letifica aīam
serui tui. qm̄ ad te dn̄e aīam meam leuaui. Et
quomō eam leuaui. Quo potui tu vires dedisti. quo
eam fugiētem apphendere valui. Sed quia ut dicat
ps̄ta. Suauis es dn̄e ac mitis. quitas tolleabas me.
ex egritudine de fluo. cura et stabo. cōfirma et firmꝰ
ero. donec aūt facias tolleras me. quia tu suauis es
dn̄e ac mitis et multū misericors. nō solū misericors

sed multum misericordis, habundat enim iniquitas mea
habundat et misericordia tua. Hec Augustinus. Non ergo debet valde
contristari, si quis in oracione distrahitur mente. sed bono
animo debet esse. sit tamen ut intencionem suam et in-
tellectum indesinenter studeat a distractione revocare. et
in christum in oracione dirigere. quia nunquam distrahi in
oracionibus. non est presentis vite sed future. in qua angeli
et sanctorum anime indesinenter in amore et contemplacionem sui
creatoris feruntur. De hoc Johannes abbas montis Synay sic
dicit. Certa et lucta mentem racionem et intencionem medi-
tando ad terminum congregans indesinenter congregare. et
easdem revocare distractas et recurvatas non cesses
Non enim indistractam. et incurvatam deus ab obedi-
entibus requirit oracionem. non contristeris in oracione distrac-
tiones mentis passus. sed bono animo esto. intellectum
semper revocans et ad christum levans. Angeli enim solius
est esse impredabile. Agonisa ergo meditacionem sursum
ferre et mentem recludere in verbis oracionis. et quamvis
attonita propter puerile cadat. iterum eam sursum age
quoniam proprium mentis est instabilem esse. sed in deo est
universa posse stabilire. Si igitur semper studueris mentem
a deo non elongare. et in mense apposicione propi-
te erit. Si autem sine prohibicione errat. nunquam tecum
permanere valebit. et quod sublimius bonum. quam adherere
domino. et indesinenter aput eum in unione perseverare
Hec Johannes abbas. Quia igitur corde stabiles esse non possu-
mus. nec mens nostra in eodem valet semper consistere.
Interim tamen quamdiu in hac peregrinacione sumus. saltim
ab immoderata distractione corda nostra colligamus. ut
eo expedicius et devocius preces ad dominum fundere pos-
simus. Nam omnipotens deus si vellet. posset utique stabili-
tatem mentis nobis conferre. sed vult ut electi sui
per varias tribulaciones ad eum redeant. a quo longe
peccando discesserunt. Ista commemorat Hugo de sancto Victore
in iiiio libro de archa noe ita dicens. Dum igitur corda nostra. ad

appetitum circa ipsarum rerum immoderantiam laxamus. ob-
orta mox innumera cogitationum turba ita indivisa
mens nostra rapitur. ut ipse quoque naturalis discretionis or-
do perturbetur. Nam quia res mundane quas inor-
dinate appetimus infinite sunt. cogitationes quoque
quas ex ipsarum rerum memoria intrinsecus concipimus
finite esse non possunt. Nam dum per singula momenta
alie ex aliis orientes multiplicate prodeunt. nec ipsi com-
prehendere valeamus quo ordine vel quomodo ad cor ve-
niunt aut a corde recedunt. Providendum si ordinatas et sta-
biles ac quietas cogitationes habere volumus. ab hac immo-
derata distractione corda nostra cohibere studeamus. hoc autem
fieri poterit si certas quasdam et determinatas res nobis
proscribamus in quibus assidue intentio cordis nostri
versari et meditatione exerceri possit. Tria enim sunt. i.
per infinita distrahi / in eodem semper persistere / moderate
vagari. quorum unum habere non possumus. unum habere non
debemus. Et ideo hoc solum superest. ut quia vere corde
stabiles esse non possumus. interim saltim ab omni in-
immoderata distractione corda nostra colligamus. ut dum
semper minus minus instabiles fieri. semper magis ac ma-
gis veram per hoc stabilitatem imitari. Omnipotens enim dominus
cui nichil impossibile est. posset utique si vellet eis quibus
misereri proposuit. de laboribus et erumpnis et de periculis
presentis vite que temptationibus plena est. subito et absque
dilatione ad eterne vite stabilitatem transferre. Sed voluit ut
electi sui per varias tribulationes et temptationes plurimas
purgandi transeant. ut cum per multos dolores ad deum
redeunt. discant quam longe ab eo peccando discesserunt.
Hec hugo. Et notandum quod ad mentis compositionem mul-
tum valet. ut ante tempus orationis a curis rerum temporalium
et a cogitationibus immundis et inordinatis nos custodia-
mus. quia in quibuscumque mens nostra ante horam orationis se
occupaverit. hec eadem nobis orantibus per recordationem
se ingerunt et in oratione impediunt. Unde quales orantes

volumus inveniri. tales ante orationis tempus nos preparare
debemus. videlicet abstrahendo nos ab actibus illicitis. a
sermonibus ociosis. a levitatibus. et a ceteris omnibus.
que nos tempore orationis impedire possunt. De hoc habemus
in collacionibus patrum sanctam doctrinam. Ubi ysaac abbas in
sua prima collacione sic ait. Ut eo fervore ac puritate qua
debet emitti possit oratio. hec sunt omnimodis observanda
Primum sollicitudo rerum carnalium generaliter abscidenda
est. Deinde nullius negocii cause. ne non solum cura. sed
ne memoria quidem penitus admittenda. detractiones. va-
niloquia. seu multiloquia. scurrilitates quoque; similiter
amputande. ire permocionibus sive tristicie. perturbacio fun-
ditus eruenda. concupiscencie carnalis affectus. ac filargi-
rie noxius fomes radicitus evellendus. et ita hiis ac
similibus viciis extrusis penitus et abscisis. taliterque emen-
dacione premissa iacienda sunt. Primum profunde humilitatis
inconcussa fundamenta. que scilicet turrim intraturam celos
valeat sustinere. Deinde supponenda virtutum spiritalis
extructio. et ab omni discursu. atque vagacione lubrica ani-
mus inhibendus. Ut ita paulatim. ad contemplacionem
dei incipiat sublimari. Quidquid enim ante orationis ho-
ram anima nostra conceperit. necesse est ut hoc orantibus
nobis per ingestionem recordacionis occurrat. Quamobrem
quales orantes volumus inveniri. tales nos ante oratio-
nis tempus preparare debemus. Ex precedenti enim statu mens
in supplicacione formatur. eorundem que actuum procumbenti-
bus nobis ad precem. verborum quoque vel sensuum. ante
oculos ymago preludens. aut irasci nos secundum precedentem
qualitatem. aut tristari. aut concupiscencias causasque pre-
teritas retractare. aut priores faciet volitare discursus
Et idcirco quidquid orantibus nobis nolumus ut irrepat.
ante orationem. de abditis nostri pectoris extrudere festinemus
Ut ita illud apostolicum possimus implere. Sine intermissione
orate. et in omni loco levantes puras manus sine ira
et disceptacione. Aliter namque mandatum istud perficere non
valemus. nisi mens nostra. ab omni viciorum purificata con-

tagio. virtutib' tm velut natalib' bonis dedita iugi
omnipotentis dei cotemplacone pascat. Etenim qlitas
anime subtilissime plume seu penule levissime com
patur. que si humoris cuiuspiam extrinsecus accede
tis corrupcone viciata non fuerit. vel infusa mobilitate
substancie sue tenuissimi spus adminiculo. velut nalit
ad sublimia celestia qz sustollit. Quin vero humoris
cuiuspiam aspergine vel infusione fuerit pgrauata
non mo in nullos aereos volatus natali mobilitate
raptabit. sed ecia ad yma terre cocepti huoris pondere de
pmet. Ita mens quoqz nra si accidentalib' vicijs curisqz
mundanis aggrauata no fuerit. noxie ve libidinis huo
re corrupta. velut nali puritatis sue bnficio subleuata
levissimo spiritalis meditacois afflatu sublimabit
ad supna. et humilia deseres atqz trena. ad illa celes
tia et invisibilia trasferet. Unde ppue satis pcepti dni
cis amonemur. Videte ne qn grauet corda vra crapula
et ebrietate. et curis secularib'. Et ideo cum meam mete
ab omnibus trenis vicijs expurgatam. cunctisqz mu
datam feabus passionum. ad sublimitate pduce nale
Ut ita ad deum oracio eius nullo vicior pondere pgra
uata cosceendat, hec ysaac abbas. Ecia de hoc Beda in
quadam omelia sic dicit. Multu em iuuat orois puri
tatem si in omni loco vel tpe nos ab actibus tempem'
illicitis. si semp ab ociosis sermonib' auditu pariter
castigem' et liguam. si in lege dni ambulare. et testi
monia eius asuescamus toto corde scrutari. Queciqz
em sepius. agere. loqui. vel audire solem'. eadem
necesse est sepius ad animu qsi solita ppria qz redeat
ad sedem. ecia tpe orois. hec Beda. Ergo scdm dcm bti
Aug'. qui puras affecones erige volt in deum. disiu
gat se a sensibus. recedat a corpalib'. claudat a vocib'
In istis em sunt omes corpis passiones. in quibus
decipim' et illudim'. tota die. hec Aug'. Et nondum
si quid in horis ad quas tenent hij qui in sacris ordi
nibus sunt costituti intermissu fuerit vel negliget

completū. vel ꝑpt̄ sompnolenciā obmissum. tempore
oportuno nequaquam transeat hoc incōpensatum.
quod ab horis canonicas vel alijs potest absolui. Ad
satisfaciendum pro huiusmodi negligencijs hortatur
btūs Bernhardus ita d. Si quid aliquū intermissum fuit
si quid imperfectum. suo loco. suo modo. suo tempore. nō trāseat
impunitū. vel ecī incōpensatū. hec Bernhardus. Considerandum
est quod vera oracio siue postulacio que fit ad deum. magis
consistit in desiderio cordis. quam in vocibus oris. Testatur
beatus Gregorius. qui in xxij. lib. moralium de hoc sic dicit. Vera quippe
postulacio. non in oris est vocibus. sed in cogitacionibus
cordis. Valenciores namque voces apud secretissimas
aures dei non faciunt verba nostra sed desideria. Eternā
etenim vitam si ore petimus. nec tamen corde desideramus
clamātes tacemus. Si vero desideramus ex corde. etsi ore
conticescimus. tacentes clamamus. Intus est ergo in desi
derio clamor secretus. qui ad humanas aures non
peruenit. et tamen auditum cōditoris replet. hec Gregorius. Mul
ti namque sunt qui voce orant. et corde muti sunt.
Et econuerso multi tacent ore. sed clamāt affectu
De talibus dicit btūs Augustinus. Quam multi enim sonāt voce et
corde muti sunt. et quam multi tacent labijs. et cla
mant affectu. quia ad cor hominis aures dei sūt. Mul
ti ergo clauso ore exaudiuntur. et multi magnis clamori
bus non exaudiuntur. Unde affectibus orare debemus. hec
Augustinus. Ergo amor et desiderium faciunt purā oracionem
et dirigunt eam ad deum. Si quis igitur vult semper orare
semper debet desiderare. quia continuum desiderium conti
nua est oracio. De hoc btūs Augustinus. in glo. super psalmos sic dicit.
Dicat apostolus Sine intermissione orantes. Numquid sine
intermissione genua flectimus. corpus prosternimus. aut manus
leuamus. non possumus hoc facere. Est alia interior oracio
sine intermissione. oracio que est desiderium. Quicquid aliud
agis si desideras nō intermittis orare. Si nō vis intermittere
orare. noli intermittere desiderare. Continuum desiderium

tinuum. continua oratio et vox tua est. Tacebis si amare
desiteris. quia tacuerunt. de quibus dictum est. Quoniam habun
dabit iniquitas refrigescet caritas multorum. Frigus
caritatis silentium cordis est. Flagrancia caritatis cla
mor cordis est. Si semper manet caritas semper clamas
si semper clamas semper desideras. hec Aug. Unde secundum Ber.
Non clamor sed amor sonat in aure dei. Nec tamen
propter hoc parvipendenda est eciam oris modulacio. quia
hec dicta sanctorum doctorum ideo premissa sunt ut in divino
officio magis semper intendamus devocioni quam clamori
Nam quod per officium oris sit eciam laudandus ipse deus.
De hoc propheta ait. Confitemini illi in voce labiorum vestrorum
Et postea dicit. Cantate ei canticum novum. bene psallite ei
in vociferacione. Unde cum cantamus aut psallimus. hoc ipsum
agamus cum discrecione et moderamine. non nimis claman
do. sed prout decet religiosos medium modum tenendo
quia deus magis attendit cordis devocionem et puri
tatem quam vocis sonoritatem. Et cum semper cantamus vel psal
limus. cor meum in quantum cum adiutorio dei possumus a
cogitacionibus et a distraccionibus inutilibus revocemus
ac componamus. Ut fructum spiritualem ex hoc reportare
valeamus. Nam prout dicit beatus Gregorius super Ezechielem. quod vox
psalmodie. cum per intencionem cordis agitur. per hanc
omnipotenti deo iter paratur. Ut intente menti. vel prophe
cie misteria. vel graciam compunccionis infundat. hec Greg.
Sciendum eciam quod non solum desiderium sanctum cordis lau
dat deum. sed eciam bona vita et iusta. in qua se homo
exercet laudat deum. Quidquid egerimus bene agamus
Ut cum timore domini illud faciamus. et laudemus deum. Ille
enim semper laudat deum. qui non cessat bene vivere.
Nam tunc desinit quisque laudare deum. cum cepit a iusti
cia declinare. Ista commemorat beatus Augustinus in glosa super ps.
ita d. Tota die laudare deum quis durat. Suggero ergo
remedium unde tota die laudes deum si vis. Quidquid egeris
bene age et laudasti deum. Quando cantas ympnum.

laudas deum lingua tua quid agit nisi laudet et conscientia tua
Tu cessasti ab ympno cantando. discedis ut reficiaris. noli
inebriari et laudasti deum. Discedis ut dormias. noli sur
gere ad maledicendum. et laudasti deum. Negocium
agis noli fraudem facere et laudasti deum. Agrum
colis noli limitem mouere et laudasti deum. Innocencia
operum tuorum preparat te ad laudandum te tota die. Ille enim
semper laudat deum. qui non cessat bene viuere. Tunc
desinis laudare deum. quando a iusticia. et ab eo quod illi pla
cet declinas. Nam si a vita bona nunquam declinas. lingua
tua tacet vita tua clamat. et aures dei ad cor tuum
Quomodo enim aures nostre ad voces nostras. sic aures domini ad
cogitaciones nostras. Non potest autem fieri ut habeat ma
la facta. qui habet bonas cogitaciones. Facta enim de
cogitacione procedunt. nec quisquam potest aliquid
facere. aut ad aliquid faciendum membra mouere
nisi primo precesserit iussio cogitacionis. Ergo fratres
non tantum ad sonum attendite. cum tamen laudatis
deum toti laudate. Cantet vox cantet vita. cantent
facta. et si adhuc est gemitus tribulacio. temptacio.
sperate transitoria omnia. et illum venturum diem quo
sine defectu laudabimus. hec augustinus. Ordinem dominum etc. Bede
illud preceptum apostolicum quo ait. Sine intermissione ora
te. perficere non valemus. nisi omnes actus sermones co
gitaciones ipsa etiam silencia nostra. ita domino donante dirigamus. ut
singula hec cum timoris illius respectu temperentur
cuncta precepcione nostre salutis proficua reddantur. hec Beda. Sed
et hoc nondum. quod omnipotens deus illius precem non audit
qui suis preceptis obedire contempnit. Nam ubi prava
est accio. ibi eciam est inanis oracio. De hoc beatus gregorius sic
dicit. Si id quod precepit deus facimus. id quod petimus obti
nemus. Valde namque apud deum utraque hec sibi neces
sario coniungunt. ut et oracione operacio. et operacione fulciatur
oracio. Nam illius clamorem tempore angustie dominus non
audit. qui in preceptis suis. ipse clamantem dominum non
audiuit. Ergo qui ad aures dei viam precibus facere

desiderat. voces actibus iuvare festinet. quia inanis
est oratio. ubi prava est actio. Hec Gregorius. Unde necesse est
qui se in suis precibus et in orationibus exaudiri deside-
rat. ut peccatum commissum primo per penitentiam deleat. ac pre-
ceptis divinis obediat. Ista commemorat idem beatus Gregorius
in x° li° moralium exponens illud verbum. Si non manserit
in tabernaculo tuo iniusticia. tunc levare poteris faciem
tuam absque macula sit. d. Interna quippe facies ho-
minis mens est. in qua nimirum recognoscimur. ut ab auc-
tore nostro diligamur. quam scilicet faciem levare est in deo
animam per studia orationis attollere. Sed elevatam faciem
macula inquinat. si intendentem mentem reatus sui
conscientia accusat. Diffidit namque accipere se posse quod
appetit. qui profecto reminiscitur nolle se adhuc facere quod
divinitus audivit. Hinc Salomon ait. Qui avertit au-
rem suam ne audiat legem. oratio eius erit execrabi-
lis. Cor quippe nos in petitione reprehendit. cum resistere
se preceptis eius quem postulat meminit. et oratio eius erit
execrabilis. cum a censuris avertitur legis. Quia dignum
profecto est. ut ab eius beneficiis sit quisque extraneus
cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus. Qua
in re hoc est salubre remedium. ut cum mens se ex memoria
culpe reprehendit. hoc prius in oratione defleat quod erravit.
quatenus erroris macula cum fletibus tergitur. in petitione
sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed cavan-
dum nimis est. ne ad hoc rursus prorruat. quod se mun-
dasse fletibus exultat. ne dum deplorata iterum culpa
committitur. in conspectu iusti iudicis. ipsa etiam lamenta lenget luget
Solerter quippe debemus meminisse quod dicitur. Ne iteres verbum
in tua oratione. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos
prohibet sepe veniam petere sed culpas iterare. Ac si aperte
dicat. Cum male gesta defleveris. nequaquam rursum
facias. que in precibus iterum plangas. Ut ergo ad preces
facies sine macula levetur. ante orationis semper tempora
debet sollicite compesci quidquid potest in oratione reprobari.
talemque se mens et cum ab oratione cessat exhibere festinet

qualis apparet media. in ipso oracionis tempore exoptat. hec gregorius.

Vellem eciam scire. Quare omnipotens deus devotorum hominum nonnumquam oraciones dissimulat.

Cur omnipotens deus nonnumquam eciam devotorum hominum oraciones exaudire dissimulat. Scire debes quod plures sunt cause. quare deus non statim exaudit preces clamancium ad se. Una causa est propter elacionem mentis quam incidere possent si effectum peticionis sue cito obtineret et hoc maxime in virtutibus et rebus spiritualibus. Item alia causa est quia post assequucionem donorum possent negligenciores existere. De hoc iohannes abbas montis synay sic ait. Non contristemini dum aliquid postulantes et in longis temporibus non exauditi omnes postulantes et postulaciones ex deo non reportantes penitus propter unam harum causarum non suscipiunt postulata. Vel quia ante tempus petunt. Vel quia indigne. et vaniglorie seu quia suscipientes futurum erat in superbiam extolli. aut deinceps post peticionis possessionem vivere negligenter. hec Johannes abbas. Differt ergo deus dare quod rogatur. Ut postquam donatum fuerit custodiatur diligencius et humilius conservetur. hoc affirmat Cassiodorus ita dicens. Sicut ignis flatu et ventis impellitur. ut vivacius animetur. sic oracio differtur. ut postea exaudita gratior inveniatur. Differt deus dare quod petitur. ut dilatum petatur ardencius. collatum servetur diligencius et habeatur humilius. hec Cassiodorus. Et idcirco puto dicat quedam glosa. Deus sepe petita non exhibet. quia meliora providet unde dictum est paulo. Sufficiat tibi gracia mea. scilicet melior est tibi gracia mea ad vincendum stimulum quem refugis quam ad auferendum sicut petis. quia virtus spiritus et mentis perficitur in infirmitate carnis. scilicet edocta et experta ad resistendum. hec glosa. Nonnumquam eciam omnipotens deus clamantes ad se non audit. ut per hoc probet eos et magis provocet ad orandum. et ut eciam eorum vita per penam que ex dilacione exaudicionis generatur purgetur. et quietis tranquillitas que in hac peregrinacione haberi non potest. per eos alibi.

hoc est metna vita queratur. De hoc btus Jero. sic ait. dns
nr sciens clemecie sue pondera atq mensuras mterdum
non exaudit clamantem. vt eum pbet et magis puocet
ad rogandum. et qui igne excoctum p maiore et iustiore
faciat. hec Jero. Eciam beatus ggr. in xiiij. li. moz
de hoc sic dicit. Omps deus. quid nobis pfuturum esse
valeat sciens. dissimulat audire dolentium vocem. vt
augeat vtilitatem. vt purgetur vita p penam. et quies
tranquillitas que hic inveniri non valet alibi queratur.
sed hanc dispensacionis grtiam nonnulli eciam fidelium ignorant.
hec ggr. Nemo ergo debet diffidere si in sua prece a dno
tardius audiatur. Sepe enim nra desideria quia celerius non
fiunt exaudita. et quod implere citius petimus. ex ipsa me
lius tarditate psperatur. Nam propter hoc labor ptrahitur
pugne vt crescat corona victorie. Sed sepe oracio cum qui
non exaudit. spes que in corde erat infirmatur. et supna ad
iutoria deesse nobis credimus. quia tardius hoc quod pe
timus impetramus. Cum vero talis desperacionis cogitacio me
tem nram pturbaverit. ad memoriam ptritam revocet bn
ficia que a domino accepit. et spem de futuris habeat
dum transacta dona se percepisse recognoscit. De hoc loqitur
btus ggr. in xxvi. li. moz. ita d. Nemo enim qui tardius
auditur credat quod a supna cura negligitur. Sepe enim
nra desideria quia celerius non fiunt exaudita. et quod imple
conate petimus. ex ipsa melius tarditate prosperatur. Desi
deria itaq nra dilacione extenduntur. vt pficiant. proficiunt
vt ad hoc quod percepturi sunt convalescant. Primus in retri
bucione labor protrahitur pugne. vt crescat corona victo
rie. Quos ergo dns cum vocatur non exaudit quo repellere
creditur trahit. Interius quippe est medicus. et peccatorum
in nobis contagia. que messe medullitus reprobat secat.
abscidit virus putredinis ferro tribulacionis. et quo vo
ces egri audire dissimulat. eo egritudinis finem parat
hinc enim propheta ait. Clamabo p diem et non exaudies
et nocte et non ad insipienciam michi. Ac si diceret. Nequaquam
michi ad insipienciam pficiat. quod die ac nocte clamantem me

continue nō exaudis. quia unde me in tribulacione
tpali q̄ deseris. inde ad eternam sapienciam plus erudis
Hinc eciā dicit. Adiutor in oportunitatibus in tribula-
cione. Tribulacionē quippe dicturus oportunitate
p̄misit. q̄a et sepe tribulacione conterim᷑. et tū optimum
nō diu est. ut desiderio ereptionis aduiuent. Sed cū
clamor ur̄ q̄ negligit. spes que cordi inerat infir-
matur. et sup̄na adiutoria defutura credim᷑. quia
tardius impetram᷑. Sed cum nos desp̄acionis procella
conturbat concussa mens citius in portum spei se collocat
si causas suas cum dn̄o subtiliter pensat. si bona eius
ad memoriā reuocat. si mala que bonis eius reddidit
aput semetipsam callide nō excusat. Si perpendit.
quid ab eo iuste meruit. et quid clement᷑ accepit. si vitam
suam viciat᷑ discutit. et ante dei oculos omē quod
agit examinās semetipsam sibi met non abscondit.
si factam que nō erat meminit. si illūiatā se atq; sub
leuatam que in tenebris iacebat agnoscit. Hec ergo in
semetipsam cuncta recolligens. dum bona accepta co-
siderat. aduersa que tollerat nō accusat. nec desp̄acione
frangit᷑. que tantorum munerum consolacione roborat᷑
quia spem de futuris recipit. dum trāsacta bn̄ficia
recognoscit. Pensandum est igitur. q̄nti est p̄iculi
transacta munera cernere. et futura desp̄are. Q̄nti
est p̄iculi si in hac procella tribulacionū desp̄acionis
naufragio frangim᷑. qui ad portum spei velut in mesh
funibus p̄teritis bonis ligam᷑. hec. Gg. Plures eciā
cause sunt quare orantes in suis p̄cibus nō exaudiunt᷑.
Prima est p̄pter excessum culpe. sicut sūt illi qui in p̄c-
catis mortalib; sunt constituti. De talib; dr̄. ysaye p̄mo
Cum multiplicaueritis oracionē nō exaudiam vos. Et
cām subiungit. manus enī vr̄e sanguine plene sunt
Item p̄pter teporem orantis. quia nō feruent᷑ et deuote
orantur. Unde dr̄. Jere. xx°. Orabitis et exaudiam vos.
cū quesieritis me in toto corde vr̄o. q̄ dicat. nō alit᷑
nam si quesieritis me orando tepide et negligenter

nō exaudiā vos. Item quia orans nō pseuerat orando donec
obtineat. De hoc dr̄ luce xi°. Si pseuerauit pulsans. ppter
improbitatē eius surget et dabit ei. Et Judith iiij°. Scito
te quia exaudiet preces vr̄as. si pmanseritis in ieiunijs
et orōnibus in conspectu domini. Item ppter diffidenciam
exaudicōis. Vnde dr̄ Jacobi i°. Qui enī hesitat non estimet
q̄ aliquid accipiat a dn̄o. Et ecci. xviij. Ante orōnē ppara a
nimā tuam. et noli esse q̄si homo qui temptat deum. scilz
si velit audire. Item quia nociuū et indiscretum est. q̄d
petitur. Vt filij zebedei quibus dr̄. Nescitis quid petatis
Et Jacobi iiij°. petitis et non accipitis. eo q̄ male petatis
Item ut humilietur orans. dum tardius exauditur. et sic
duo bona proueniūt. Vt videlz insolens reprimat̄ elacio
et tamē peticionis non cassetur effectus. Vel ut in aliud
tempus exaudicio differatur. magis congruū et vtile pe
tenti. Item aliqñ negatur vnū. quod forte minus expedit
vt p eo detur aliud vtilius et melius. Vt paulo contigit
cui stimulus carnis non est ablatus. vt virtus in infir
mitate pficeretur in eo. Vtilior est enī sepe exercitacō tri
bulacionis. q̄m quies psperitatis. licet hanc plus opte
mus. Sed sublatis istis et alijs impedimentis. que pos
sunt orōnis bonū īpedire absq3 oī hesitacōis infidelitate
precibus insistendum est nobis. obtenturos q3 nos earū
ingitate cuncta que scdm deum poposcerimus minime du
bitandū. Hortatur enī nos dn̄s volēs ea q̄ sunt eterna celestia
q3 prestare. Vt eum importunitate nr̄a quodāmō coartemus
qui importunos nos nō solum nos despicit. nec refutat
sed eciā inuitat et laudat. eisq3 pstiturū se quidq̄ pseue
rantes orantes sperauerint benignissime pollicetur dicens.
petite et accipietis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur
vobis &c. Et iterū. Omnia quecunq3 petentis in orōne creden
tes accipietis. et nichil impossibile erit nobis. Et ideo
p certo non exaudiendū se supplicans quisq3 nō dubitet
cum se dubitauerit exaudiri. Vnde in orōne maxime
duo sunt necessaria. videlz pseuerancia et confidencia
pseuerancia. vt constanter in precibus perseueremus.

confidencia ut illa que petimus nos obtinere a domino non diffi-
damus. Exigitur agentes orationis fructum nequaquam perna-
bimus. Et nondum quam misericors deus. aliquando videtur benig-
ne devote orantem respicere. et clementer eius orationibus asse-
sum prebere. et favorabiliter annuere desiderio obsecrantis
et hec devote mentis confidencia. solet iudicium exaudi-
cionis esse. Nam cum orantes nos nulla interpellavit
hesitacio. et fiduciam peticionis nostre nulla desperatio deiecit
sed obtinuisse nos in ipsa orationis effusione. quod posca-
mus senserimus. non ambigamus preces nostras ad deum
efficaciter penetrasse. Tantum enim quis exaudiri. atque
obtinere merebitur. quantum vel inspici se a deo vel deum
crediderit posse prestare. Irretractabilis namque est domini
nostri illa sententia. quecumque orantes petitis. credite quia acci-
pietis et eveniet vobis hec autem exauditionis fiducia
maxime de consciencie puritate. quia quanto quis magis
purgatum cor habuerit. tanto maiorem confidenciam
in orationum suarum obtentu habebit. Nec tamen diffidat
de exauditione. quando non statim pro voto succedit oranti
sed perseverare debet pulsando donec amicus quasi commo-
tus improbitate supplicantis det ei quod postulat. Illo
tandem etiam est. quod nonnumquam tempore orationis mentem hominis
cogitaciones inmunde. et cure seculares occupant ac
impediunt. Hoc vero contingit interdum propter peccata
prius commissa. interdum ex negligencia propria. interdum
etiam per dyabolica temptamenta. Propter peccata namque preterita
tale impedimentum evenire solet. quia nonnumquam ad deum
per penitenciam conversus. dum orationi insistit. mala prius
gesta ad animum veniunt. que mentem eius confundunt
et multum impediunt. De hoc beatus Gregorius in quadam
omelia sic dicit. Dum ab hoc mundo animum ad deum mu-
tamus. dum ad orationis opus convertimur. ipsa prius que
delectabiliter gessimus. importuna atque gravia postea
in oratione nostra tolleramus. Vix eorum cogitacio manu
sancti desiderii. ab oculis cordis abigitur. Vix igitur
eorum fantasmata per penitencie lamenta superantur.

Sed quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Hec Gregorius.
Ex negligencia a vero propria talia impedimenta eveniunt quando aliquis extra oracionem positus se illiatis cogitacionibus occupat et mentem suam curis secularibus implicat. Cum autem ad orationem revertitur, prius cogitata ad mentem iam revocantur, et ideo per easdem cogitationes orationis devocio impeditur. Hoc tangit beatus Gregorius in decimo libro moralium sic dicens: Sepe namque inmunda quedam vel illiata in animo versamus quociens a precibus vacamus. Sed cum se mens ad studium orationis erexerit, earum rerum ymagines reverberata patitur quibus libenter prius occiosa premebatur, et quasi iam faciem ad deum levare non sufficiat, quia in se nimirum inquinata mente maculas pollute cogitacionis erubescit. Sepe curis mundi libenter occupamur, cumque post hec studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad celestia erigit, quia pondus hanc terrene sollicitudinis in profundum mersit, et in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationes in fimi luto maculantur. Hec Gregorius. Item cogitaciones inmunde et devocionis viris per temptamenta dyaboli eorum cordibus tempore orationis inmittuntur. Et quamvis illis repugnent, tamen propter hoc in sua devocione impediuntur. De hoc idem beatus Gregorius in ix° libro moralium sic dicit: Curandum [?] itaque inmitendum est cum recta agimus, ut omne quod iuste vivimus ex humilitate condiamus. Sed plerumque ipsa nostra deprecacio tam multis temptacionibus quatitur ut pene a conspectu iudicis repulsa videatur. Et sepe hanc creator misericors percipit, sed quia illibatam se ut vult erexerit non valet, super se iudicium reprobacionis pavet. Unde per Job dicitur: Et cum invocantem me exaudierit, non credo quod exaudierit vocem meam. Plerumque etenim mens igne divini amoris stimulata accenditur atque ad intuenda celestia et archana sublevatur, sed repentina temptacione percussa, que intencione forti erecta in deo fuerat, a borris [?] cogitacionibus transfixa curvatur, ita ut se ipsam discernere nequeat atque inter vicia virtutes quod deprehensa ex qua parte parte sit valencior non agnoscat. Nam sepe ad hoc

usque perducatur ut inuetur. quo tam summa comprehendit.
quam cogitatio illicita polluit. Et rursum quo illicitam co-
gitationem recipit. quam ad superna valide feruor spiritus
rapit. Quos alternantes cogitationum motus in animo
Beatus Job intuens ait. Ascendunt usque ad celos et descen-
dunt usque ad abissos. Usque ad celos quippe ascendimus
cum summa penetramus. sed ad abissos usque descendimus
cum repente ab contemplationis culmine per turpia
temptamenta decidimus. Motus itaque anime. dum inter
vota et vicia alternantur. nimirum sibi certitudinem exauditio-
nis obnubilant. Recte ergo dicitur. Et cum inuocantem etc.
quia mens ex ipsa sua mutabilitate fit trepida. et per
hoc quod nolens patitur repulsam se abiectamque suppli-
catur. hec Gregorius. Tales autem cogitationes nimirum dum
modo resistatur eis non tollunt fructum orationis.
tamen sepius faciunt insipidam deuotionem. Quod qui-
dam glossa affirmat ita dicens. Mala cogitatio in oratione ve-
niens. etiam preter voluntatem. et si non frustrat oratio-
nem. facit tamen insipidam deuotionem. hec glossa. Consi-
derandum est. quod sunt nonnulli qui prolixas preces ad
deum fundunt. sed moribus fugiunt. tales namque nonnum-
quam et lacrimas in oratione effundunt. sed post tempus
orationis iterum ad mala opera redeunt. De talibus beatus
Gregorius in xxxiii. libro moralium sic dicit. Sunt namque nonnulli
intra sanctam ecclesiam qui prolixas preces ad deum
habent. sed vitam deprecantium non habent. Nam pro-
missa celestia petitionibus sequuntur operibus fugiunt.
hii nonnumquam et lacrimas in oratione percipiunt. sed cum
post orationis tempora eorum mentem superbia pulsauerit illico
fastu elationis intumescunt. Cum auaricia instigat
mox auide per incendia cogitationis exestuant. cum luxuria
temptauerit. illicitis desideriis anhelant. cum ira exar-
serit. mox mansuetudinem mentis flamma insanie
concremat. Ut ergo diximus fletus in prece percipiunt
et tamen expletis precibus cum viciorum suggestione pulsantur.

nequaqm̄ pro eterni regni desiderio se fleuisse meminne
runt. Virtutis ergo pōd oro non habet. quā nequaqꝫ
pseuerancia cōtinui amoris tenet. Veracit᷑ eciā orare est
amaros compunccionis gemitus. et non cōposita v̄ba
sonare. hec greg᷑. Cum eciā patit᷑ aliquā temptacionem
ad oracōis remediū currat. quia frequēs oracō extig-
uit impugnacōnē viciorꝫ. et demonū tēptamēta fugat
De hoc dit᷑ Isidorus. hoc est remediū eius. qui viciorꝫ temp-
tamētis estuat. et quociēs quolibꝫ mō tangit᷑. tociēs oro-
nem fundat. quia frequēs oracō impugnacōm viciorꝫ
extiguit. hec Isidorus. Dicit eciā btūs amb᷑. Bonum
scutum est oracio. quo aduersarij ignita spicula repel-
lunt᷑. Vnde dn̄s monet d. Vigilate et orate vt nō intret᷑
in temptacōnē. Vigilate inq̄m viriliť impugnacōibus
resistendo. et orate diuinū auxiliū implorando. Vt nō
intretis in temptacōnē peccato cōsenciendo. Quociens
eciā in orōne sumꝰ positi. non clamosa voce orandum
est nobis. sed silent᷑ et cōsciā pura. nec aliquos gestꝰ
notabiles ibi ostendamꝰ. ꝑpter vanā gl̄iam euitandā
De hoc Crisos᷑ sic dit᷑. Non voce clamosa pulsandus est
deus. sed cōsciencia recta placandus. quia nō est vocis
sed cordis auditor. Orans nichil nouū faciat q̄ aspi-
ciant hoīes. nec voce clamet. nec manus expan-
dat. nec oculos tollat. vt notabilis fiat. Oracō est eīm
quoddā spūale tributū. quod anima offert de visce-
ribus suis. q̄nto ergo gloriosior est. tanto caucius seruā-
da est. ne ꝑpter hoīes vilescat. hec Crisos᷑. Non solū
aūt ꝑpter vanā gl̄iam euitandam cū silencō est orā-
dū ꝫ eciā ꝑpter alias causas. quas cōmemorat Ciprianꝰ
ita d. Non clamosa voce oremus deum. sed tacito
corde ꝑpter tria. Primo quia deus nō voce clamosa
pulsandus est. se cōsciā recta qui est cordis audi-
tor. Secūdo quia secretas peticōes tuas. non oportet
alterꝫ scire nisi te et deum. Tercio quia clamose orās
non pmittis alterꝫ iuxta te orare. hec Cyprianus.

Debemus ergo clauso hostio et silencio patrem et
dominum exorare. Quomodo autem hoc fieri debeat Isaac abbas
in collacionibus patrum declarat dicens. Ante omnia sane illud
ewangelicum preceptum diligencius observandum est ut intran-
tes in cubiculum nostrum clauso hostio nostro oremus patrem
nostrum. Quod ita a nobis impletur. Intra cordis cubiculum
supplicamus. cum ab omni cogitacionum sive sollicitudi-
num strepitu cor nostrum penitus amoventes secreto quo-
dammodo ac familiariter preces nostras domino referamus. et
clauso hostio oramus cum strictis labiis. omnique silen-
cio supplicamus non vocum sed cordium scrutatori. In
abscondito oramus. quando corde tantum. et intenta mente
peticiones nostras soli pandimus deo. ita ut ne ipse quidem
adverse valeant potestates genus nostre peticionis agnos-
cere. propter quod cum summo est orandum silencio. non
solum ne fratres astantes nostris susurriis vel clamo-
ribus avocemus. et orancium sensibus obstrepamus.
sed ut ipsos quoque inimicos nostros. qui orantibus nobis
maxime insidiantur. lateat nostre peticionis intencio. Hec
Isaac abbas. Sciendum etiam quod quatuor sunt que oracionem
deo appropinquare. et ad ipsum pervenire faciunt. scilicet vite
merita. mentis mundicia. orandi instancia. et cordis
humilitas. Primo vite merita. Unde dicitur Actuum x°. Ora-
ciones tue et elemosine ascenderunt ante deum. Dicit etiam
beatus Ambrosius. Bona vita volare facit oracionem ad deum
et dat spirituales alas precibus. quibus ad deum sta-
tim oracio provehatur. Secundo mentis mundicia. quia
quanto mens purior. tanto oracio deo propior. Unde Augustinus
super illud psalmi. Clamavi in toto corde meo. dicit. Tunc
in toto corde clamatur. quando in oracione non aliud cogitatur.
Tercio orandi instancia. quia qui diffidit qui instare
obmittit. Unde dominus dicit. Quidquid orantes petitis. credite
quia accipietis etc. Dicit etiam Iacobus V°. Multum valet depre-
cacio iusti assidua. Quarto cordis humilitas. De hoc dicit
eusebius. Securus deprecum suarum obtentu ad Christum po-

test accedere. qui se indignum non cessauerit estimare
Et de dn̄o p̄ ps̄ dr̄. Respexit in orōnē humiliū. et non
spreuit precem eorꝫ. Unde sc̄dm dcm̄ btī gg̃. Ille deo ve
ram oracōnē exhibet. qui semetipm̄ quia pulius
est humilit̄ videt. qui nichil sibi virtutis tribuit. qui
bona que agit esse de mīa conditoris agnoscat. hec
gg̃. Sed et hoc considerandum. qꝫ sunt tres modi
orandi. Primꝰ fit p̄ verba composita et vsitata.
cum psalmos ympnos et collectas seu alias orōnes
vel laudes compositas. ad excitandā deuocōnē. vel
ad soluendū debitū videlꝫ horarꝫ canonicarꝫ recita
mus legimus. aut decantamꝰ. Secundꝰ modꝰ orā
di est. qui fit p̄ verba. ex ꝓprio affectu formata. et est
etiā efficacior. vt cum homo cum deo familiarit̄ con
fabulat̄ verbis. affectui suo consonātibus. qꝫ cum
deo p̄nte cor suum effundens vel necessitates suas ei
conquerēs. vel pctā confitēs miām postulās. grām
petens. et auxiliū implorās contra temptacōnum
picula. et tribulacōnū grauamīa. vel quascūqꝫ suas
vel suorꝫ necessitates. Hic modus orandi requirit opor
tunitatē solitudinis vel silencij circa se et orā. vt eo
plenius et securius suū in deum effundat affectum
Tercius modus orandi est mētalis. cum tacito ore
sola mēs desideria sua pandit. et affectū cordis effūdit.
et cum intus p̄ amorem amplectit̄. et cū reuerēcia
adoratur. et venerat̄. tanto latius se in deū diffūdēs
qūto plura valet affectus cōprehendē qm̄ exprimē
dicēs. Dn̄e ante te omē desideriū meū et gemit꞉ meꝰ
a te nō est absconditus. De hoc dn̄s dicit. Veri ado
ratores adorabūt patrem in spū et veritate. Spūs
est deus. et qui adorant eū in spū oportet adorare.
et hec oracio magis videtur ꝓpria. cum deus magꝭ
cor magis attendat. qm̄ verba. Sed vba ideo ap
ponimꝰ. vt cū mēs pigꝛ est ad se eleuandū in deum
p̄ verba orōnis suffulta innitatur. vt in orā deo in

herreat. intellectus sursum tendat. affectus p̄ devocōm
inflāmatus gustet qm̄ suavis est dn̄s ex intencōne
sacre oracōis inflatus. Valde ecc̄ delectat̄ deus in hoc
ut frequent̄ oretur. ꝓpter multiplicem orantis utilita
tem. scilȝ ut deo indesinent̄ inhereat. q̄d summe est homī
utile inter omnia. iuxta illud. Maria optimā partem
elegit. Item ut habūdanciori affectu devocōis in amo
re dei excrescat. Ideo benigne ꝓvidet nobis occasionē
quibȝ ad oracōnē sepius stimulem̄. sive p nob ipīs. sive p alijs orando
aut p malis amovendis. aut p bōis cōsequendis. Ut cū affc̄s devo
cōis tepescat ad unū ī alio recalescat. Sicut ignis subiciendo ligna
continue ne deficiat restaurat̄. Magna silua et humide ligna sup
plicacōnū instrūs sūt pcā ꝓpa cottidiana et antiq̄. Magna
silua negligēcie nr̄e et miserie. et defectus v̄tutum
et gr̄arum. et vicia tam spiritalia qm̄ carnalia. et
temptacōnes et varij euentus quibus pulsamur. et
incomoda que patim̄ vel timem̄. et pro quibus debem̄
tam pro nobis qm̄ p alijs. quorum miserijs compatim̄.
Hec sunt que multam devocōnis materiā quasi ꝓpe
tui ignis nutrimēta ministrant. quo supposito opīs.
olocaustum odorem reddat suavitatis. Affectus enī
amoris dei et sancti timoris cum fervore bone volū
tatis in spiritu hūilitatis. et motu pietatis et gaudio
spei nūqm̄ debet in corde sui dei extingui. Ista namqȝ
sunt. in quibus v̄tus devocōis maxīe cōsistit. Semp ecc̄
debet mēs p aliquā piam occupacōnē asuescere se ad
deum erigere orando supplicando. grās agendo. laudā
do. p diversis causis se omī tpe offerentibus. Iuxta ill̄d
Oportet semp orare et nō deficere. et ps. Benedicam
dnm̄ in omī tpe semp laus eius in ore meo. Qūto ei
quis frequēcius orat. tanto fit ei delectabilior oracio.
et qūto rarius tanto insipidior fit et tediosior. sicut
experiēcia sepe docet. Qui ergo oracōni volt intendere. as
suescat primo aliqn̄ oracōni vacare. deinde sepius ad oracōnē
recurrere. postea diucius in oracōne ꝑsistere. tandē frequent̄
oracōni incūbere. nec pro fastidio vel levitate desistere.

nisi quando vel corporalis debilitas vel urgens necessitas vel rationabilis utilitas inde avocat et iterum revocat mundum ne per diuturnam abstractionem redeat in disuetudinem orandi et frigescat affectus. Pertractet ergo ad singulos modos orandi et diversis modis petitiones suas formet et diversas petitiones attemptet. Ut tandem in aliqua devotionis affectum concipiat et illi quamdiu sapit inhereat. Si autem debilitas capitis et corporis impedit, tunc brevius et sepius oret et evagationes mentis cohibeat et sensus exteriores sub disciplina retineat et dei auxilium ad singula humiliter invocet et patienter si pro voto assidue non succedit sustineat ac in orationis virtute loco et tempore congruo iugiter perseveret.

De devotione et amorosa copulatione. cap. xli

Vellem etiam aliqua scire de devotione et amorosa copulatione que solent ex orationis virtute nonnumquam generari ac procedere. Debes scire quod devotio sepius solet excitari tempore orationis quando homo humiles preces fundit ad dominum. Ipsa autem devotio est pius et humilis affectus in deum. humilis ex conscientia proprie infirmitatis. pius ex consideratione divine clementie. De qua dicit Richardus de sancto victore. Devotio est fervida in deum dilectio. que virtus magna est. Nam virtus vere devotionis hominem filium dei facit. animum humanum deo coniungit. et cum eo quasi unum spiritum efficit. Qui enim adheret deo unus spiritus est. Et notandum quod devotio cordis multum valet ad opus orationis. quia ipsa preces que orando offeruntur reddit valde acceptabiles coram summo deo. Nam mens devota divino amore inflammata ab inferioribus separatur et superius coniungitur. et hoc quod accipere desiderat quodammodo iam degustat. et ideo cum orat eius devotio et desiderium celos penetrat. De hoc beatus Gregorius in xv libro moralium sic dicit. Cum mens devota in precibus ad auctoris sui speciem anhelat. divinis desideriis inflammata superius coniungitur. ab inferioribus separatur. amore fervoris sui se aperit ut capiat. et capiens inflammat. et superiora amare iam sursum ire est. Dum quia magno desiderio ad celestia inhiat.

nimio modo hoc ipsum quod accipere quent degustat. hec
Greg. Animam ergo devotam libenter visitat christus. et dicat
ei illud Cant. Aperi michi non adversario. nec des in
te locum dyabolo et si ad huc in corpore michi presens
esse non vales. fide et mente michi adesto. Ista commemo
rat beatus Ambrosius sic dicens. Cum anime devotionem cogn
noverit christus. venit et pulsat ianuam. et dicit Aperi
michi soror mea. Bene soror. quia nuptiae spirituta
les sunt ubi atque anime. Ait ergo. Aperi michi. sed
extraneis claude. seculo claude et mundo. Aperi ergo
michi. noli aperire adversario. neque locum des dyabolo.
Aperi ipsam te michi noli coartari. sed dilatare. et ad
implebo te. et quia decurso orbe terrarum plus molesti
arum. et offensiones reperi. nec facile habui ubi re
quiescerem. Ideo aperi tu. ut in te filius hominis caput
reclinet. cui non est requies nisi super humilem atque
mansuetum. et si ad huc in corpore michi adesse non
vales mente adesto. Michi enim omnes presentes sunt
quorum fides mecum est. adest michi qui exit de seculo
adest michi cogitat me intuetur. de me sperat. cui
ego portio sum. hec Ambrosius. Et considerandum quod non
solum devotio necessaria est in actu orationis. verum etiam
omnino opus bonum quod exercemus necesse est. ut devo
tionis gratia impinguetur. et in hilaritate cordis omnia fa
ciamus. Sed oportet qui hanc gratiam habere desiderat. ut
secularia desideria derelinquat. quia non possunt misce
ri vera vanis. eterna caducis. spiritualia corporalibus. bo
no modo. Unde animus secularibus et carnalibus desideriis
preoccupatum devotio. et spiritualis delectatio declinat
De hoc beatus Bernardus ita dicit. Necesse est ut querat devo
tionis gratiam. quisquis seminavit. bonorum operum semina
ut bona opera fervore devotionis. et dulcedine spirituali
condiantur. Minimum preme opera. et labores abstinen
tie devotionis gratia necesse est impinguari. Oportet enim
ut in hilaritate omnia faciamus. Nempe res cordis.

est gratia devocionis. sed hoc munere ipse se fraudat. qui interim ei dissimulat receptaculum exhibere. Preoccupatum nempe secularibus desideriis animum delectacio sancta declinat. nec misceri potuerunt. vera vanis. eterna caducis. spiritalia corporalibus. summa ymis. Ut pariter sapias que sursum. et que sunt super terram. Renuat consolari anima tua in alijs. si vis in deo memoria delectari. Preciosa siquidem divina consolacio est. nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Cum mens ad alias consolaciones inhyat. et non penitus renuit in caducis et transitorijs consolari. ipse sibi profecto subtrahit celestis graciam consolacionis. Errat omnino siquis celestem illam dulcedinem huic cineri. divinum illud balsamum huic veneno. carismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Non ergo putes te posse illum internissimum spiritum suscipere. nisi carneis istis consolacionibus funditus renunciaveris. hec Bernardus.

Nulla enim prout dicit Eusebius excogitari poterunt in hac vita veriora gaudia. quam sunt mentis ipsa tripudia que ex devocione interna. et ex laude contingunt divina hec Eusebius. Et notandum quod perfectio devocionis tunc perficitur in homine. cum perfecte fuerint potencie anime racionalis. hoc est cum racio fuerit veritatis lumine illustrata. Voluntas affectione caritatis inflammata memoria vero in deo stabilita prout in via licet quietata. Nam in creacione hominis racio ei data fuerat ut deum cognosceret. Voluntas ut deum cognitum diligeret. Memoria ut in cognito et amato dulciter requiesceret. Sed per peccatum racio facta est ceca. ut sepe velit malum pro bono. Voluntas feda. et memoria instabilis. ut magis velit in fedis delectari et vilibus occupari. quam deo vacare. hee vero tres potencie anime sic deformate. cum per spiritualia exercicia et continuum conatum bonorum operum reformate fuerunt. tunc dicitur devocio hominis interior esse perfecta. Est autem racio perfecte reformata cum per mentis

excessum supra se rapitur. et lumine divine intelligen-
cie illustrata. purissima mente deum quantum in hoc
mortali corpore possibile fuerit contemplatur. Similiter
voluntas perfecte reformabitur. cum ipsa transmutata
in amorem dei fuerit. et deo adherens per conformitatem
voluntatis unus cum eo spiritus efficitur. Item memorie
reformacio tunc plene perficitur. cum tota hominis me-
moria in deo est absorbta per mentis excessum. quantum
in hac peregrinacione possibile est. et sui ipsius. et omnium
que sunt oblita. verum iam gustans sapienciam. et ine-
briata ab ubertate domus dei in deo feliciter requiescat.
Deinde videndum est de compunccione. que ut frequenter
generari solet ex oracionis virtute. Nam cum homo
devotus in actu oracionis fuerit constitutus. occurrunt menti
eius peccata preterita. pro quibus compungitur. Vel si
iam purgatus est ab eisdem facinoribus. tunc concipit
spem futurorum bonorum. et magno desiderio afficitur di-
vine caritatis. Nam quisquis ad eum convertitur. prius
timore pene. deinde amore celestis patrie compungitur.
De hoc in quodam sermone sic dicitur. Animus quisque domino per
conversionem coniungitur. prius timore tormentorum. post
amore premiorum compungitur. Unde peccata mea fletibus
amarissimis diluamus. Ut in spe venie robusti consur-
gamus. Cumque longo usu penitencie minutus fuerit me-
tus penarum succedet desiderium dulce sedium beatarum
et concuciet illapsu suavissimo cor meum totus impe-
tus divine caritatis. quam prius totam non admisit
pondus formidolositatis. Ubi considerandum quod post
peccata perpetrata. secundum magis ac minus magna requi-
ritur penitencia. et compunccio seu effusio lacrimarum. antequam
homo reformetur ad spem venie. et ad fiduciam beatitudi-
nis eterne. habita vero fiducia. multo anxius et vehe-
mencius ingemiscat ex desiderio futurorum bonorum. quam
prius fecerat ex formidine malorum aliquorum commissorum.
Hoc affirmat Richardus de sancto victore ita dicens. Post multas
enim penitencie lacrimas tandem ad spem venie

reducim᷑ · et vix aliq̄n multis suspirijs et fletibus · et
gemitibus inenarrabilibus ad b̄titudinis c̄titudine
reformam᷑ · Semel aūt suscepta eternorum fiducia · multo
anxius multo vberius ingemiscim᷑ et flemus ex desi=
derio impacienti bonorum · q̄m prius fecim᷑ sub formidīe
malorum · q̄n cupim᷑ dissolui et esse cum xp̄o · certi de repo=
sita nobis corona iusticie · Amoris etenī lacrime et a=
cius afficiūt · et vberius currūt · hinc p quedam dicit᷑
Ecce in pace amaritudo mea amarissima · Magna
namq̄ amaritudo est in cōuersione · q̄n quis renunci=
ans seculo · ad religionē cōuertit᷑ · Maior aūt in tēptac̄oe
q̄n abnegans semetipm̄ · innumeris inimici tēptacōib᷑
fatigatur · Maxima aūt in interne et et̄ne dulcedinis ex=
pectac̄oe et ī impacientis desiderij dilacione · q̄n pace illa
que exuperat omēm sensum ex p̄te degustata · ad illā
tamē plene non admittit᷑ · Multum quidem vexat
hominem · cum relinquit᷑ amor mūdi · multo ampli᷑
tamē cruciat cum calcat᷑ amor sui · Verūtn̄ sup omnia
transfigit et penetrat cor hominis · et excoquit desiderij
estibus amor dei · Unde est vox illa · Sitiuit anima mea
ad deum fontem viuū · hec Rich᷑ · Beatus ecc̄ · ḡḡ · de hac
duplici compūctōne sic ait · Notandū q̄ principaliora
genera compūctōis sunt duo · quia deum siciens aīa
prius timore compungit᷑ · postea amore · Prius enī sese
in lacrimis afficit · quia dum malorum suorum recolit · pro
hijs pati supplicia eterna ptimescit · Sed cum longa
merorie anxietate formido fuēt consūpta · quedam
iam de p̄sumpcōne venie securitas nascit᷑ · et in amoē
celestiū gaudiorum anim᷑ inflāmat᷑ · et qui p̄us flebat ·
ne duceretur ad suppliciū · postmodum flere amarissīe
incipit · quia differtur a regno · Contemplat᷑ enī mēs
qui sint illi angelorum chori · que ipā societas beatorū
spirituū · que maiestas interne visionis dei · et ap̄li᷑
plangit · quia a bonis p̄hēnibus deest · quā flebat
prius cum mala et̄na metuebat · sicq̄ fit ut p̄fecta
compūcto formidis · trahat aīam ad cōpūctoēm dilectois ·

Sed et ipsa gratia lacrimarum querenda est a creatore nostro cum
magno gemitu cordis. hec Greg. Et notandum quod compunctio
timoris amaritudinem habet. compunctio vero amoris dul
cedinem. Nam compunctio timoris tristes lacrimas pro
ducit. amor autem letas lacrimas mouet. De hoc Rich.
de sancto vic. sic dicit. Primus autem omnis homo compungitur timore
postmodum vero compungitur ex amore. Compunctio
timoris amaritudinem habet. compunctio amoris dulce
dinem habet amoris. Qui igitur solo adhuc timore
compungitur. cibis quidem spiritualibus minime tamen dul
cibus pascitur. Qui vero iam eternorum gaudiorum deside
rio lacrimas fundit. iste profecto dulcibus cibis spiritua
libus quoque se reficit. Cum ergo cepit homo ille interior
domesticum suum talibus cibis reficere. potest de eo
veraciter psallere. Qui mecum dulces capiebas cibos
Talibus ergo studijs. quanto vterque homo amplius
ad puritatem proficiunt. tanto vtique alacrius currunt
hec Rich. Beatus etiam Greg. de hoc sic ait. Aliter enim quisque
compungitur. cum interna intuens. malorum suorum pauo
re terretur. Aliter cum gaudia superna conspiciens spe qua
dam et securitate roboratur. Illa compunctio affligentes
ac tristes. hec vero letas lacrimas mouet. Omnipotens namque
dominus vnde mentem nostram visitans. ad amorem suum
sublimius erigit. Inde hanc per lacrimas suauiter affligit
et dum per fletum intus ad summa rapitur. penam suam
libens gaudens quoque miratur. vt dulciter amaretur. et pena
liter consoletur. Compunctio etiam cordis nostri. dies festus
est domino. cum in lacrimas pro amore eius assidue
mens mouetur. hec Greg. Sed et hoc considerandum. quod lacrime
deuotionis non querunt remissionem peccatorum. sed potius
beneplacitum et gratiam dei patris. Vnde differencia est inter
lacrimas deuotionis. atque lacrimas penitencie et confessionis
longe tamen amplius precellunt lacrime que procedunt
ex affectu fraterne compassionis. De hoc beatus Rich.
sic dicit. In lacrimis namque deuotionis non indulgen
cia peccatorum. sed beneplacitum queritur dei patris. cum descendit

in nos spus adopcionis filiorum testimonium phibens spiritui
nro· q filij dei sumus. Ut mellifluam de celo vocem me
ruit audire· Quia vere deus pater in nobis complacet
sibi· nec parum distat inter lacrimas devocionis· atque
lacrimas pnie et confessionis· Utrasque tamen longe aplius
utrisque pcellunt. Alie quidem lacrime quibus infun
ditur sapor vini· illas enim lacrimas vere in vinum mu
tari dixerim· que fratne compassionis affectu infer
uore prodeunt caritatis. p qua etiam ad horam tui ipsius
immemor esse sobria quadam ebrietate videris· hec
Bnhs. Nam qui pro alienis pctis intercedunt ac com
pungunt. sua crimina coram oculis sume maiestatis
tergunt. Teste beato Grego qui dicit Qui p pctis alienis
intuemunt sua ante oculos dei tergunt. quia ipsa caritate
se iustificant. qua pro alienis iniquitatibus se in lacri
mis mactant. nec durum esse debet pro alienis pctis
lacrimas fundere· quia xpus nra portavit iniquitates hec
Greg. Acceptaor ergo est oracio coram dno· quam non neces
sitas· sed caritas fraternitatis transmittit. Unde Criso. sr
Mathm de hoc sic dicit. Pro se orare necessitas cogit.
pro alijs autem caritas fraternitatis hortatur. Dulcior autem
est ante deum oro· non quam necessitas transmittit
sed caritas fraternitatis commendat. hec Criso. Sunt etiam
quatuor genera compunctionum· quibus anima iusta ve
hementer afficitur. De quibus btus Greg. in xxiij. li. morium sic
ait. Quatuor quippe sunt qualitates· quibus iusti
viri anima in compunctione vehementer afficitur. cum aut
malorum suorum reminiscitur. considerans ubi fuit. aut iudi
ciorum dei sniam metuens et secum querens cogitat ubi
erit· aut cum mala vite pntis sollerter attendens me
rens considerat ubi est. aut cum bona superne patrie con
templatur. que quia nec dum adipiscitur lugens con
spicit ubi non est. Malorum suorum paulus meorat
et exeis se in quibus fuerat affligebat cum diceret Non
sum dignus vocari aplus· quia psequtus sum ecclesiam dei
Rursum divinum iudicium subtiliter pensans in futuro

male esse metuebat. d. Castigo corpus meum et in=
servitutem redigo. etc. Vir sum mala putans vite presentis
dicat. Dum sum in corpore peregrinamur a domino. Et video
aliam legem in membris meis repugnantem legi men-
tis mee. Et rursum. Bona eterne vite considerabat. d.
Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie
ad faciem. Nunc cognosco ex parte. tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum. hec greg. Et nondum quod per hec
duo videlicet per fervidam devocionem. et amorosam com=
putacionem sentit et agnoscit deus advenisse. et presen=
cialiter adesse in corde. et in anima uniuscuiusque devoti
hominis. hunc dilectum dominum suum advenisse senserat
tunc in devocione fervida esset constitutus. beatus Aug. cum
sic dicit. Quid est illud dulce quod in recordacione dei
mei me tangere solet. et tam suaviter afficere. ut iam
totus quodammodo a memetipso alienari. et nescio quo
abstrahi incipiam subito innovor. et totus immu-
tor. et bene michi esse incipit ultra quam dicere sufficiam
exhilaratur consciencia. in oblivionem venit omnis
preteritorum dolorum miseria. exultat animus. clarescit in-
tellectus. cor illuminatur. desideria iocundantur. Iam tamquam
alibi nescio ubi me esse video. et quasi amplexibus amoris
intus teneor. et nescio quid illud sit. et retinere illud semper
et numquam perdere toto nisu laboro. luctatur quodammodo
delectabiliter animus. ne recedat ab eo. quod semper amplecti
desiderat. quasi in illo desideriorum omnium finem invenit
summe et ineffabiliter exultat. nichil amplius querens.
nichil ultra appetens. semper sic esse volens. Numquid
ille est dilectus. Vere ille est dilectus meus qui visitare
me venit. Sed venit invisibilis. venit occultus. venit
ut tangat me. non ut videatur a me. venit non ut totum
infundat sed ut gustandum se prebeat. non ut imple-
at desiderium. sed ut trahat affectum. hec Aug. Quod col
amorosa computacio sit signum adventus domini in animam
De hoc beatus Bernhardus in tractatu de scala claustralium sic
ait. Ostende quando hec facies. quando experiemur. et quod signum

aduentus tui. inquit hui consolationis et letitie nun-
cij et testes sunt suspiria et lacrime. et si ita est noua
est ista significatio et inusitata. Que est enim conuentio
consolationis ad suspiria. et letitie ad lacrimas. Si tamen
iste sunt lacrime et non potius roris interioris desuper
infusi superfluens habundantia ad interioris hominis
indicium et exterioris hominis expurgamentum. Unde sicut
in baptismo paruulorum per exterioris hominis ablutionem
figuratur et significatur interioris anime ablutio. Ita e con-
uerso ex interiore ablutione exterior procedit purgatio.
O felices lacrime per quas interiores macule purgantur.
per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic
lugetis quia videbitis. In hys lacrimis agnosce anima
sponsum tuum. amplectere desideratum. nunc torrente vo-
luptatis te inebria. suge ab vbere consolationis lac et
mel. hec sunt munera munuscula et solatia que tibi
contulit sponsus. scilicet. gemitus et lacrime. et attu-
lit tibi potum in hys lacrimis in mensura. hec lacri-
me sunt panes tibi die ac nocte. Panes itaque confir-
mantes cor hominis et dulciores super mel et fauum
O domine ihesu si adeo sunt dulces iste lacrime que ex
memoria tua et desiderio tui excitantur. quam dulce erit
gaudium quod ex manifesta tui visione capietur. Si
adeo est dulce flere de te. quam dulce erit gaudere de te
hec Bernhardus. Duo autem hec videlicet feruida deuotio et amo-
rosa compunctio maxime pertinent ad arram despon-
sationis que geritur inter animam et christum. Nam ille qui
in futuro se nobis ad videndum et perpetuo possidendum
dabit. nunc in presenti vita aliquando vt quam dulcis sit agnos-
camus se nobis gustandum prebet. Vt eo feruentius
ipsum in hac peregrinatione diligamus et ad eum peruenire
ac ipsum eternaliter possidere concupiscamus. Considerandum
etiam quod cum sint multa deuotionum vel compunctionum
genera. possunt tamen in septem distingui differentias
iuxta singularum affectionum varietates. Aut enim surgit
deuotio ex timore. aut ex dolore. aut ex desiderio. aut

ex cōpassione · aut ex amore · aut ex gaudio · aut ex am
miracionis stupore. Ex timore ut cum quis cōpu
gitur timore futuri supplicii · Vel cum timet dereling
propter demerita pctōrum suorum · dicens deo. Ne reminiscaris
dn̄e pctā mea neqȝ vindictam sumas de pctīs meis ¶
Secundo ex dolore cum dolet se offendisse deum et gra
ciam eius amisisse · Vel cum dolet se tam parum pfecisse
et tam parui meriti se esse aput deum · et in tantis dei
oculis displicē · Tercio ex desiderio cum suspirat et
anhelat ad grām ampliorem virtutū et familia
ritatem diuine suauitatis · Vel ad xpi pn̄ciam in
celo · Vel ad alia sancta desideria adimplenda ¶ Qarto
ex compassione cum xpo passo pie compatim · et
gladius ille animā deo fidelem trāsuerberat et vul
nerat · qui marie matris eius aīam totalit̄ ptrāsi
uit. Aut cum proximorum incomodis et animarum pi
culis compatitur · et zelus domus dei · et iniurie deo
illate comedūt eam · nec sinūt eam dormire somp
no dissimulacōnis qn̄ vtitur ad singulorum scandala
et torqueat ad singulorum calamitates ¶ Quīto ex a
more diuino · cum recolit qm̄ benigne secum egerit
et qn̄ta sibi bn̄ficia indigno et in merito cōtulerit.
Vel cum pensat generalia bn̄ficia · om̄i hūano ge
neri impensa p incarnacōnis et passionis bn̄ficia
et p sacramēti altaris · et spūs sancti sacrosctā carisma
ta ¶ Sexto ex gaudio surgit deuocio · cum homo exul
tat in dn̄o · memor bn̄ficiorum eius. Vel cum in spe grā
tie eius confidit · se esse de numero saluandorum · Vel cō
gratulat saluti et profectui proximorum · Vel cū in ex
ultacione spūs congaudet glorie beatorum ¶ Septīo
ex admiracōnis stupore · cum illūiato intellectu ful
gore sapiēcie · stupet magnitudinē potēcie dei · et p
funditatē sapiē et suauitatē benignitatis eius vel
districcionē iudiciorum eius · et quidqd de nata diuinitatis
eius et gloria maiestatis eius menti occurrit · ex tali
inqm̄ consideracōne obstupescat anim⁹ · et pio quodam

affectu erga deum accenditur ac afficiatur. Sed et hoc
notandum quod plerumque etiam homines devoti dum magis
conantur habere devocionis graciam minus habeant. et cum
vehemencius instant. ardiores et duriores corde fiant
et multi ex hoc graviter contristantur interpretantes et asse-
rentes quod forte indigni sint visitacione divina. Sed
cum homini incertum sit. an sit dignus amore dei vel
odio. Possumus tamen secundum coniecturas aliquas colligere
raciones. cur deus tunc subtrahit bonis devocionis graciam
cum eam libenter haberent. et instancius querunt. et possent
quinque super hoc raciones assignari. ¶ Prima est humiliacio
quia magis humiliatur homo. cum non habet tunc devocionis
graciam. quando eam diligenter querit. et eam desiderat habere.
utputa in diebus sollempnibus vel quando vult communicare
Nam tali tempore in seipso confunditur propter carenciam
gracie et ideo humiliatur. Secunda racio est purgacio peccati
quia forte per aliqua exercicia minus purgatus est homo
vel aliqua habet delicta que non recolit. et ut dignius ac-
cedat ad eukaristiam et amplius purgetur a peccato.
et in hoc punitur in quo magis dolet. quia quilibet
devotus maxime dolet de subtraccione gracie. et ideo
quanto dolor est gravior. tanto purgacio est efficacior
et maxime quia forte alio tempore minus studiose quesivit
devocionis graciam. vel oblatam negligencius recepit.
nec dignas pro ea graciarum acciones retulit. punitur modo
in quo peccavit. ut tunc illa careat gracia cum desiderat
qua ante neglexit cum habere poterat. et cautior de
cetero in hac parte fiat. ¶ Tercia racio est ut ex privacione
gracie fiat erudicio magna hominis quod a deo sit ipsa gracia
et non ab homine. et quod non potest eam homo pro volun-
tate arbitrii sui habere. sed a deo qui dat ex se. et quando
vult infundit. et quando vult subtrahit. prout sibi placet. et pro-
ut accipienti videt convenire. Ergo ex gracia sua dat affec-
tum devocionis non pro merito hominis. quia si daret
semper cum quereretur. et non daret nisi quereretur. putaretur
iam dare tantum quantum merita requirerent. et non secundum gracie libertatem

Ideo quibusque studiose querentibus negat ex iustitia. et non querentibus quandoque
dat ex gratia ut ad se trahat. Quarta ratio est negate
deuotionis est cum quandoque vehementius et studiosius querit
quam querenda est. quia aliquando ex impetuoso cordis conatu
libertas mentis obstruitur. dum quis per violentiam et
extorsionem accelerat affectum deuotionis exprimere.
et si non iuxta desiderium cordis statim potest elicere gratiam
quesitam contristatur. et amplius ex hoc indurat. et quo
impetuosius se cupit ad deuotionem cogere minus proficit.
et amplius arescit. sicut qui botros in torculari. et oli
uas in prelo subito et nimis vehementer comprimit. liquor
magis turbidus et insipidus fluit. quam si paulatim
et moderatius compressisset. quo enim liberior eo pinguior
deuotionis affectus. Ideo alio tempore sepius est homo deuo
tior. quia tunc spiritus sue libertati relictus sponte se eleuat
in sublime. Violenta namque acceleratio perforat spiritum. si
cut in corpore motosa respiratio cordis refrigeratio est. ¶
Quinta ratio potest esse meritum maioris gratie et glorie
dum desiderium non adimpletum affligendo purgat animam
per patientiam desolationis. quia humilis sustinentia meroris
quasi lima reddit animam clariorem et magis suscepti
bilem splendoris diuini. et amplioris gratie et glorie
capacem. lux enim vultus dei et fulgor claritatis eius
omnibus equaliter superfulget. cum autem purior. et a vi
tio obscurante liberior. magis capax est lucis et illumina
tionis desuper influentis. Sicut vitrum clarum vel metal
lum bene limatum et politum radios luminis amplius
recipit et splendidius efficitur. Quia ergo afflictio lima
est anime que rubiginem vitiorum abradit. ut deterso
peccato quod sua obscuritate radios diuini fulgoris
velut obex ab anima excluserat. lucem gratie recipiat
purgat enim deus aliquando deuotorum corda per subtractionem
gratie. et illius consolationis. cuius carentia maxima est
eis afflictio. ut sic purgati capaciores fiant habundan
tioris gratie recipiende in presenti. et glorie in futuro.

si tamen afflictionem hanc quam patitur homo propter carentiam devotionis specialis culpe meritum seu negligentia propria non contraxit. De vita contemplativa. capitulum xlii.

Habita igitur informacione de virtute orationis et quibusdam alijs que viam dant ad actum contemplacionis. Nunc de ipsa vita contemplativa cupio edoceri. De vita contemplativa super qua desideras informari. Scire debes primo quod duplex est vita activa videlicet et contemplativa. De hac duplici vita dicit Beda in quadam omelia. Activa quippe vita est studiosum xpi famulum insistere iustis laboribus et primus quidem seipsum ab hoc seculo immaculatum custodire. mentem manum linguam ac membra corporis cetera ab omni inquinamento culpe temptantis continere. ac divinis perpetuo subiugare servicijs. Deinde etiam proximi necessitatibus iuxta vires succurrere. esurienti cibum. potum sicienti. algenti vestitum ministrando. ac ceteris se manciparando fraterne dilectionis obsequijs. Contemplativa autem vita est cum longo quis edoctus bone actionis exercitio. diutine orationis dulcedine instructus. crebra lacrimarum compunctione assuefactus. cunctis mundi negotijs vacare et in sola dei dilectione oculum mentis intendere didicerit. gaudiumque perpetue beatitudinis. quod in futura percepturus est vita. etiam in presenti cepit ardenter desiderando pregustare et aliquando etiam quantum mortalibus phas est in excessum mentis speculando sublimiter elevari. hec Beda. Et Isidorus de vita activa et contemplativa sic dicit. Activa vita est que in operibus iusticie et proximi utilitate versatur. Contemplativa est que vacans ab omni negocio in sola dilectione dei figitur. Una in opere conversationis. altera in contemplatione immutabilis veritatis. Activa vita mundanis rebus bene utitur. Contemplativa vero mundo renuncians soli deo vivere delectatur. hec Isidorus. Ubi considerandum quod oportet qui ad vitam contemplativam desiderat conscendere. Ut

prius in actiua vita se exerceat. quia merito ad virtutem
contemplacionis sustollitur. qui in actiua vita vtilius
inuenitur. De hoc idem Isidorus sic ait. Actiua vita
innocencia bonorum operum. Contemplatiua speculacio
supernorum. Illa enim communis multorum est. Ista vero paucorum.
Actiua vita rebus mundanis bene vtitur. Contemplatiua
vero mundo renuncians soli deo viuere delectatur. Qui
prius in actiua vita proficit. ad contemplacionem bene
conscendit. Merito enim in ista sustollitur. qui in illa vti-
lis inuenitur. In ista enim prius per exercicium boni operis cunc-
ta exhaurienda sunt vicia. Vt illa iam pura mentis
acie ad contemplandum deum quisque pertranseat. Et licet
conuersus statim ad contemplacionem conscendere cupiat.
tamen racione cogitur. vt prius in actiue vite operacione ver-
setur. Hec Isidorus. Et nondum preterit dicat beatus Gregorius.
Quia sine contemplatiua vita intrare possunt homines
ad celestem patriam. qui bona que possunt operari non
negligunt. Sine actiua autem intrare non possunt. si ne-
gligant operari bona que possunt. et tamen contemplatiua
vita. maior est merito quam actiua. quia actiua in v-
sum presentis temporis laborat. contemplatiua vero saporem
intimo venturam iam requiem degustat. Quod vero con-
templatiua vita sit maioris merito quam actiua sacri
euangelii verbis ostenditur. in quo due mulieres diuersa
egisse memorantur. Maria quippe redemptoris nostri verba
audiens ad pedes illius residebat. Martha autem cor-
poralibus ministeriis insistebat. Cumque contra Marie
ocium Martha quereretur audiuit. Martha sollicita es
et turbaris erga plurima. Quid enim per Mariam que
verbum domini residens audiebat. nisi contemplitiua vita
exprimitur. Quid per Martham exterioribus obsequiis occu-
patam. nisi actiua vita designatur. Sed Marthe cura
non reprehenditur. Marie vero laudatur. quia magna
sunt actiue vite merita. sed contemplatiue pociora.
Vnde nec auferri vnquam Marie pars dicitur. quia

actiue vite opera cum corpore transeunt. contemplatiue
vero gaudia melius ex fine conualescunt. Quod bene
ac breuiter ezechiel propheta exprimit. cum volancia
animalia contemplatus ait. Similitudo manus hominis
sub pennis eorum erat. Quid enim per pennas animalium nisi
contemplaciones possumus sentire sanctorum. quibus ad
summa transuolant. et terrena deserentes sese in celestibus
librant. Quid per manus nisi operaciones accipimus. quia
cum in proximum amore se dilatant bona que preualent
et corporaliter administrant. Sed manus eorum sub pennis
sunt. quia actionis sue opera virtute contemplacionis
vincunt. hec gregorius. Sed et hoc nondum. quod non omnibus
expedit vita contemplatiua nec etiam actiua. quia
multi ita quietas mentes habent. qui si laboribus
et occupacionibus exterioribus implicentur. in suis actio-
nibus succumbunt. Sic econuerso. nonnulli ita inquieti
sunt. ut si eos vacare contigerit grauius laborent
Ergo quietis cordibus vita contemplatiua expedit.
inquietis vero mentibus conuenit actiua. De hoc lo-
quitur beatus gregorius in vi° li° moralium ita dicens. Sciendum est quod val-
de inter se diuerse sunt conspersiones animorum. Nonnulli
namque hominum ita ociose mentis sunt. ut si eos labor
occupacionis excipiat. in ipsa operis inchoacione succu-
bant. Et nonnulli ita inquieti sunt. ut si vacacionem
laboris habuerint grauius laborent. quia tanto dete-
riores cordis tumultus tollerant. quanto eis licencius
ad cogitaciones vacat. Unde necesse est. ut nec quieta
mens ad exercitacionem se immoderati operis dilatet. nec
inquieta ad studium contemplacionis angustet. Sepe
enim qui contemplari deum quieta poterant. occu-
pacionibus pressi ceciderunt / et sepe qui occupati bene
humanis usibus viuerent. gladio sue quietis extincti
sunt. hec gregorius. **Quid impediat vitam contemplatiuam. xliii**

Vellem etiam scire quid est quod impedit
vitam contemplatiuam. Scire debes quod
vitam contemplatiuam maxime impedit

Vita viciosa. Qui enī ad contemplacōis dulcedinē
aspirat. oportet vt a pctīs et vicijs se elonget ac abs-
tineat. et cor suum sanctis desiderijs inflāmare stu-
deat. De hoc p quēdam sic dr. Qui enī ad apicē diuine
contēplacōis aspirat. necesse est vt se ab omib; pctīs
et vicijs debeat elongare. omīa terena sub pedibus
conculcare. bonis opibus se exercitare. affectū suum
sanctis desiderijs inflāmare. crebris suspirijs euagacō-
nem mentis ad deum reuocare. et ad hanc grām cō-
templacōis semp aspirare. et visitacōnē sa spe vehe-
ment desiderare. et in hijs omibus quovsq; accipiat
contencōse laborare. hec ille. Vnde homo deuotus cō-
templacōi insistens sola celestia meditat. sepatur
a terrenis. a turba carnaliū cogitacōnū longe ponit.
dulces carnales refugit affectus. Vagos sensuū motus
restringit. in dn̄o delectatur. angelica dulcedine fruit.
Ergo qm̄diu qnis pmit scelerꝫ immanitate. illam in-
estimabilem iocūditatem celestiū. nec desiderare n gus-
tare poterit mētiū. Oportet namq; scdm̄ dcm̄ Cassia-
ni. Omēs sensus velari. carnē macerari. cōsciam q; tur-
bari. antequā anima celestia valeat meditari. ac dei
dulcedine oblectari. nec solum aliciis. verꝫ eciā ne-
cessarijs nōnūq̄ cura carnis est postponēda. Vt hūa-
nus affectus eo liberius celestia possit contemplari.
Nam prout dicit. Rich. de scō vic. Nunq̄m humanꝰ
affectus ad eternitatis desideriū pfecte inflammat. nūq̄
hūanus intellectus ad eternorꝫ contēplacōm plene a-
cuit. nisi carnis cura in rebus eciā licitis multum q;
necessarijs frequent fortit q; repellatur. hec Richardus
Btūs eciā Rich. quedam enumerat que mūdiciam cor-
dis efficere solent. ad verum lumen contēplandū. ita d.
Que oculos mentis emūdant. vt ad lumen verum
subleuari possint. sunt hec. Secularis vite abstīsio.
carnis afflictio. cordis cōtricio. frequēs et pura delicti
confessio. lauacrū fletus. et cum foris emissa fuerit
omnis immūdicia. sursum eos attollūt meditacō āni-

rabilis dei. et caste veritatis inspeccio. oracio munda et valida. iubilus laudis. et desiderium ardens in deum. hec Richardus. Oportet ergo ut homo a viciis purgetur. et gracia illuminetur. ac in virtuoso statu perficiatur. et si volt et desiderat mentis intuitum dirigere ad contemplandum deum. De hoc hugo super tercio capitulo angelice ierarchie sic dicit Oportet quod mens que volt deum contemplari primum purgetur. postea illuminetur. et deinde perficiatur. quia nisi precesserit purgacio non sequetur illuminacio. et nisi esset illuminacio non veniret consummacio sive perfeccio. et tales magis appropinquant deitati. et quanto magis appropinquant. tanto verius contemplantur. hec hugo. Et notandum quod ad actum contemplacionis multum valet iocunditas interne devocionis, sed illam ut frequenter impedit leticia sive delectacio temporalis consolacionis. Unde dicit beatus Ieronimus Subtrahitur tibi consolacio divina. si consolacione temporanea gaudes. Dicit eciam de hoc fulgencius. Dulcedinem quippe iocunditatis interne. sola reprimit dulcedo voluptatis illicite et immunde. Nam prout dicit orosius. Iuste ei dulcis dei consolacio denegatur. qui in humano solummodo solacio delectatur. hec orosius. Sed valde diligenda et querenda est devocio cordis. quia numquam potest homo exteriora bona videlicet temporalia contempnere nisi interiora bona per gustum spiritualem meruerit sentire. De hoc Richardus de sancto victore sic dicit Non potest ad perfectum exteriorum bonorum fastigium pertingere qui interiorum bonorum dulcedinem nondum meruit gustando sentire. Puto quod propheta nisi prius gustasset quam suavis est dominus. et quam magna multitudo dulcedinis eius puto nisi hoc per experimentum didicisset. illud omnino ex sentencia dicere non posset. Renuit consolari anima mea. hec Richardus. Oportet eciam ut non solum a gravioribus, verum eciam a levioribus peccatis abstineat. qui in hac peregrinacione spirituali dulcedine inebriari desiderat. Testatur hoc idem richardus qui sic dicit. Nil levitatis in se habeat. nil ei caducum. nil carnale sapiat. et ad magnam maturitatis gravitatem animum componat. qui esurit et sitit

de petra melle saturari. et de torrente voluptatis in via
bibere et inebriari. hec Richardus. Et considerandum secundum
dictum beati Gregorii. Quod hoc distare inter delicias corporis so-
let et cordis. quia corporales delicie cum non habentur
grave in se desiderium accendunt. cum vero habite eduntur
comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt
At contra spirituales delicie cum non habentur in fasti-
dio sunt. cum vero habentur in desiderio. tanto quoque a come-
dente amplius esuriuntur. quanto et ab esuriente amplius
comeduntur. In illis appetitus placet. experientia displicet
In istis autem appetitus vilis est. experientia magis placet
In illis appetitus famem. saturitas fastidium generat
In istis autem appetitus saturitatem. saturitas appetitum
parit. Augent enim spirituales delicie desiderium in mente
dum saciant. quia quanto magis earum sapor percipitur
eo amplius cognoscitur. quod avidius ametur. et ideo
non habite amari non possunt. quia earum sapor igno-
ratur. Quis enim amare valeat quod ignorat. Proinde
nos psalmista admonet dicens. Gustate et videte quoniam suavis est dominus
hec Gregorius. Super quo etiam verbo. videlicet. gustate et videte. quedam
glosa sic prosequitur dicens. quasi dicat. per experimentum probate quoniam
suavis est dominus. et loquitur ad modum hominum dulcedinem
vini potantium. quia primo modicum degustant. et ex hoc
cognita eius dulcedine alliciuntur ad amplius degustan-
dum. Sic homines devoti primo percipientes aliquid de dulce-
dine dei. alliciuntur ad amplius senciendum. Sed advertendum
quod probantes dulcedinem vini. illud modicum quod degustant
super linguam diu retinent. Sic sencientes divinam dulcedi-
nem. debent eam quam diu possunt retinere. quia hoc
est quoddam preludium beatitudinis future. Nam talis
pregustacio divine dulcedinis. auget spem future beati-
tudinis. et talibus ex eo quod senciunt in se divinam presenciam
sufficiat eis pro omni bono. Immo alia bona eis desipiunt
nisi quantum necessitas exigit. hec glosa. Qui vero dulce-
dinem divine gracie degustant. hii frequenter in domino
gaudent. quia eorum gaudium ipse est deus. De hoc beatus

Aug⁹ in li° confessionum sic ait. Absit ut quocu͡qz gau
dio gaudeam beatum me putem. Est enim gaudium quod
non datur impiis. sed eis qui te gratis colunt. quorum
gaudium tu ipse es. et ipsa est beata vita gaudere ad te
de te propter te. ipsa est et non altera. Beata quippe vita
est gaudium de veritate. hoc est enim gaudium de te. qui
veritas es et vera vita deus meus. tu dulce lumen verum
bonum et secura suavitas et salus anime mee. Querebam
enim sine offensione iocunditatem. et ubi hoc possem non inveni
preter te domine. hec Aug⁹. hoc est enim verum gaudium videlicet
in domino gaudere. ad quod hortatur apostolus dicens. Gaudete in
domino semper. Leticia vero seculi. pro ut dicit beatus Aug⁹. quid
est. nisi impunita nequitia. luxuriari inebriari comes
sationibus vacare. vanitatibus intendere. et pro hiis
nil in hac vita sustinere. incerta securitas est. Putant
enim seculares se mali esse in delicijs cum non corriguntur.
et ignorant quia nil infelicius felicitate peccancium. Unde
secundum beatum Bernhardum. Ridere et gaudere cum hoc seculo non
est hominis sensati sed frenetici. quia mundum cor non cum
hoc seculo. sed cum deo iocundum est et letum. Nam illud
solum verum est gaudium quod non de creatura sed
de creatore qui res omnes condidit concipitur ac habetur.
De hoc idem Bernhardus sic ait. Illud revera verum est gaudium
et solum quod non de creatura. sed de creatore concipitur
quod cum possederis nemo tollet a te. cui comparata omnis
aliunde iocunditas meror est. et omnis suavitas dolor
est. et omne dulce amarum est. et omne decorum fedum est.
et omne aliud quod delectare possit molestum. hec Bernhardus.
Bonum est ergo gaudere in domino. quia ipse solus est
qui cor hominis saciare potest. et non creatura. Teste
hugone qui sic ait. Omnis iocunditas omnis suavitas
omnis opulencia creaturarum afficere cor humanum potest
saciare non possunt. hec hugo. Et nondum quia sine
deo esse non possumus. necesse est ut illi per fidem et dilec
tionem inhereamus. ac in ipso gaudeamus. ut eum no
biscum semper habere valeamus. Nam per ut dicit beatus

Aug. Magna hoīs miseria est cum illo non esse sine
quo non potest esse. in quo enī est. procul dubio sine illo
non est. et tamē si eius non meminit. eumq; nō intel-
ligit nec diligit. cum illo non est. hec Aug. Cap. xliiij.

Desiderio eius scire. que sunt illa que parāt mē-
tem hoīs. ad diuinorū cōtemplacōnē. et de
hys cupio informari. ¶ Scire debes q ad con-
templacionē diuinorū pparancia sunt sex. ¶ Primū est
exercitacō in opibus actiue vite. quia nō potest aliquis
ad dei cōtemplacionē peruenire. nisi prius in bonis opib;
se studuerit exercere. Vnde dicit Isidorus. Non prodest
facere bonū nisi correctum fuerit malum. nec poterit q̄sq̄
ad contēplacionē dei pficere. nisi se prius studuerit in bōis
actibus exercere. hec Isidorus. Oportet namq; vt mēs hoīs
prius exsudet in opibus actiue vite si desiderat post mō-
refici iocunditate vite contēplatiue. Ad hoc btūs greg. in
vi. li. morꝫ sic dicit. prius enī mēs ab appetitu glorie tpalis
atq; ab omī carnalis concupiscentie delectacōne tergēda
est. et tūc ad aciem contemplacōnis erigenda. Qui igit
culmen apprehendere pfectionis intēdunt. cum cōtempla-
cionis arcem tenere desiderant. prius se in campo opis
p exercitiū probent. Vt sollicite sciant. si nulla iam ma-
la proximis irrogant. si irrogata a proximis eq̄nimit
portant. si abiectis bonis tpalibus. nequaq̄m
mēs leticia soluit. si subtractis nō nimio merore
sauciat. ac deinde ppendant. si cum ad se ipsos intrors;
redeunt. in eo q spiritalia rimant. nequaq̄m secum
rerum tpaliū vmbras trahūt. Vel fortasse tractas
manu discrecōnis abigunt. si incircūscriptū lumen
videre cupientes. cunctas circūscripcōnis seu ymagines
deprimant. et pro eo q supna contingere appetūt
vincant q sunt. Vir quippe pfectus prius actiue
vite opa cōgregat. et postmodū carnis sensū per
contēplacionē mortuū huic mūdo funditus occultat
hec greg. ¶ Scdm qd disponit ad graciam cōtēplacōis
est solitudo siue vita solitaria. Que aūt vita solitaria

sit apta ad speculandum siue contemplandum. dicit osee
ij. cap°. Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor
eius. Ps. ecce videns se non posse vacare deo in turba
ideo dicit. Elongaui fugiens et mansi in solitudine
Ad hanc vitam solitariam sequendam btus bernh. vnam
quamque deuotam animam hortatur ita d. O sancta anima
sola esto vt soli creatori omnium serues teipsam quem ex
omnibus tibi elegisti. fuge publicum. fuge et ipsos domes
ticos secede ab amicis. an nescis verecundum te habere
sponsum. qui nequaquam suam tibi indulgere poterit
presenciam presentibus ceteris. hec bernh. Oportet igitur
qui desiderat vacare deo. vt turbas hominum fugiat. et
curas seu occupaciones terrenas abiciat ut eo liberius
possit mente contemplacioni insistere. Ad hoc faciendum
anshelmus monet. cum sit ait. Eya nunc homuncio
fuge paululum occupaciones tuas. absconde te modicum
a cogitacionibus tuis. abice nunc onerosas curas tuas
vaca aliquantulum deo tuo. et requiesce aliquantulum in eo
fuge occupaciones operancium in homine exteriore. abice
curas racionis. postpone dissensiones voluptatis.
vt possis aliquantulum mente vacare deo. vaca ergo
vt videas vite intellectu. ut concupiscas affectu. hec
anshelmus. Tercium quod promouet ad graciam contem
placionis est mentis humilitas. Nam corda humilia li
benter inhabitat spiritus sanctus. Et ideo per suam presenciam
mentes hominum quas visitat erigit ad diuina contem
planda. Vnde ipse dominus ait. Confiteor tibi pater domine
celi et terre. quia abscondisti hec a sapientibus et pruden
tibus. et reuelasti ea paruulis. Per sapientes enim et pru
dentes intelliguntur superbi. per paruulos vero humiles.
quibus dominus per suam graciam reuelat ea que sunt spiri
tualia. et ad actum contemplacionis pertinencia. De hoc
bernh. sic dicit. Superbo oculo deus non videtur. sinceris
patet. Absconditur enim a sapientibus et prudentibus
et reuelatur paruulis. Magna fratres magna et sub
limis virtus humilitas. que promeretur quod non docetur.

digna adipisci q non valet adisti digna a verbo
et de verbo concipe. quod sive ipa verbis nō potest
explicare. hec bnh⁹. Etiam de hoc in li° de Job. sic dicit
Non audebunt eum contemplari omēs qui sibi vi
dentur esse sapiētes. Quod exponēs btūs gg⁹ sic ait
Contēplari em̄ dei sapiam non possunt. qui sibi sa-
pientes esse vident. quia tanto ab eius luce lōge sūt
q̄ntum aput semetipōs hūiles nō sunt. quia dum
in eorum mentibus tumor elacōnis crescit. aciem con
templacōis claudit. et vnde se preceteris luce estimat
inde se lumine veritatis privant. Si ergo veraciter sa
piētes esse. atqȝ ipam sapiam cōtemplari appetim⁹
stultos nos hūilit agnoscam⁹. hec gg⁹. Quartū q°d
reddit hominem habilem ad actū cōtemplacōis est
puritas seu mundicia cordis. Vnde dr̄. luce vi°. Bti
mūdo corde qm̄ ipi deum videbūt. Oportet namqȝ
vt cor mūdum habeat. qui in sūmū bonū hoc est in
deum mentis intuitum figere desiderat. Quia scdm q
dicit btūs Aug⁹. Summū bonū non nisi mentib⁹ pur-
gatissimis cernitur. Mentis em̄ hūane acies inva-
lida in tam excellenti luce non figitur. nisi p iusti
ciam fidei nutrita vegetetur. hec Aug⁹. Vnde non
potest pút dicit Isidorus ad contemplandū deum
mēs esse libera. que desideriis hui⁹ mūdi et cupidi
tatibus inhyat. nec em̄ alta conspicē potīt ocls
quē pulvis claudit. hec Isidorus. Ubi nōndum
scdm q°d habetur in lib° de spū et anima. q ocul⁹
anime est mēs ab omī labe corpis purā. mentis
aspectus est racio. intellectus visio. Tria hec omī
anime necessaria sūt. Vt sanos oculos habeat. vt
aspiciat vt videat. Sanos oculos habet. cū a morta
liū cupiditatibus est purgata atqȝ remota. Aspiciat
cum in dei lumine et cōtemplacōne oculos figit. Vȝ
cū in illa cōtemplacione conspiciat q̄nta sint gaudia
q̄nta leticia q̄nta serenitas. q̄nta iocūditas. Sam
tas facit illam scauram. aspect⁹ rectā. visio btam.

Cum enī ab omi fece fuerit libera. maculis qȝ diluta
tunc ingenti quadam et incredibili fiducia pgit in deū
id est. in ipam contemplacōne veritatis. hoc in libro
de spū et aīa. Istos oculos interioris hominis sui .i. aīe
btūs augꝰ mundari et illuīari a dño desiderabat. tū
in libº soliloquiorꝫ sic dicēt. Quis est iste ignis qui calefacit
cor meum. nōne tu es dñe O ignis qui semꝑ ardes.
et non extingueris accende me. o lux que semꝑ luces
illumina me. o vtinā arderē ex te. Ignis sancte qm̄
dulcit̄ ardes. qm̄ secrete luces. qm̄ desideranť adustis
ve hys qui non illuīanť ex te. ve hys qui nō ardēt
ex te. Ve caligantibus oculis qui te videre nō possūt
ve auertentibꝫ oculos vt nō videant veritatem. et non
auertētibꝰ ut nō videant vanitatē. Nequeūt enim
oculi tenebris assueti. sūme veritatis radios intueri
nec sciūt de lumīe aliquid aut senciūt. quorꝫ est in
tenebris habitacō. O lux beatissima. que non nisi a
purgatissimis oculis videri potes. munda ergo ocłos
meos. vt sanis te cōtempler oculis. quē nō nisi sani
intuenť oculi. Aufer squamas caliginis antique
radys illuīacōnis tue splendor inaccessibilis. vt te
videre valeam irreuberatꝭ obtutibus. et in lumīe
tuo videam lumen. hec augꝰ. ¶ Quintum qđ disponit
hominem ad grām contemplacōis est feruor caritatꝭ
vnde dicit btūs augꝰ. duo multum ꝑparant ad cōtem
placōm. s. puritas et feruēs caritas. Debet namqȝ
semetipm̄ diligenť discucē quātum amat. quis ergo
ad contemplacōnis studiū festinat. ac puenire desiderat.
De hoc btūs Gg. in vi. lº morꝫ sic ait. Necesse
est vt quisqȝ ad contēplacōnis studiū se ꝑparet. semet
ipm̄ prius subtilit̄ interroget. quātum amat. Machi
na quippe mentis est vis amoris. que hanc dum
amando extrahit. in alta sustollit. Prius ergo discu
ciat. si sūma inquirēs diligit. sed diligens timet. si
nouit incognita. aut amando comphende. aut nō
cōprehensa venerari. In cōtemplacōe etenim. mentem

si amor non excitat teporis sui torpor obscurat. hec
gregorius. Quanto enim propinquius est amans amato. tanto
verius subtilius et perfectius sibi revelatur amatum
Unde hugo in v° li° angelice ierarchie de hoc sic dicit
Constat quod qui ardencius diligunt. profundius perspiciunt.
et subtilius discernunt. et quia e vicino magis respi
ciunt. procul dubio evidencius cognoscunt. Ergo rectissime
quanto eterna magis amantur. tanto perfectius cognoscuntur
hec hugo. ¶ Et notandum secundum eundem hugonem. quod
per studium divine dilectionis. aperitur via cordi nostro. usque
ad contemplandum lumen divinitatis. Ut illuc qui de
fonte vite aque spiritualium donorum descendant per radium
contemplacionis ad irrigandum et implendum sinum
mentis nostre, hec hugo. ¶ Sextum quod valet ad virtutem
contemplacionis. est mentis stabilitas. quia mens distrac
ta per terrenas cupiditates seu occupaciones. non est ha
bilis ad spiritualium rerum contemplacionem. Nam cum per diver
sas concupiscencias rapitur. per multas eciam species a semet
ipsa abducta dissipatur. De hoc beatus gregorius in xxxi° li°
moralium sic dicit. Notandum quod cum mens torpore fugescat intus
secus amore dampnabili molestatur. foris seque ipsam
considerare non valet. quia cogitare minime se studet
cogitare vero se non potest. quia tota apud semetip
sam non est. tota vero esse apud semetipsam non
sufficit. quia per quot concupiscencias rapitur. per tot a semet
ipsa species dissipatur. et ipsa in infimis iacet. que
collecta si vellet ad summa consurgeret. Unde e contrario
mens quia per custodiam discipline a cetorum visibilium
fluxu appetitu constringitur. collecta apud semetipsam
intrinsecus integratur. qualisque deo esse debeat ple
ne se conspicit. quia nil suum externis derelinquit
et quanto ab exterioribus abstracta compescitur. tanto
aucta in intimis inflamatur. hec gregorius. Oportet ergo
ut mens a distraccione rerum mutabilium se exuat
et hec infima deserens paulatimque se in unum colli
gat. Ut tandem aliquando in divine contemplacionis lu
men intuitum figere valeat. De hoc habetur in libro

de spiritu et anima ubi sic dicit. Deus est in summo mundus in
imo. Ille in eodem statu eternitatis sue semper consistit.
ille cursu mutabilitatis sue semper instabilis fluit. hu-
manus animus qui in quadam collocatus condicionis sue
excellencia. et huic mutabilitati que deorsum est sup-
eminet. et ad illam que est aput deum veram immuta-
bilitatem necdum pertingit. Si vero hys que deorsum
transeunt se per cupiditatem immerserit. statim per in-
finitas distractiones rapietur. et a semetipso quodammodo
divisus dissipabitur. Si autem ab hac infinita distractione
que deorsum est se extraxerit. et hec infinita descrens. at-
que paulatim se in unum colligens secum esse didicerit
tanto amplius in unum colligetur. quanto magis cogi-
tacione et desiderio sursum elevabitur. donec tandem
omnino immutabilis sit. et ad illam veram et unicam
que est aput deum immutabilitatem perveniat. Ubi perpe-
tuo sine omni mutabilitatis vicissitudine requiescat.
Ab hiis ergo mundi distractionibus cor nostrum colligamus
et ad interna gaudia revocemus. et si cor nostrum semper tenere
non possumus. saltem abilliatis et vanis cogitacionibus
restringamus. ut aliquando in divine contemplacionis lumine
figere valeamus. hec enim est requies cordis nostri. cum in dei
amore per desiderium figitur. hec est vita cordis nostri. cum
deum suum contemplatur. et in ipsa sua contemplacione
suavius reficitur. et dulce est illi semper ad desiderandum quod
ad amandum et laudandum semper est suave. Nichil ei
ad beatam vitam prestancius videtur. quam velut clau-
sis carnalibus sensibus extra carnem mundique affectum
quempiam intra semetipsum converti. alienumque effectum
a mortalibus cupiditatibus sibi soli et deo loqui. hec in
libro de spiritu et anima. Richardus eciam de sancto victore de hoc
sic ait. Quamdiu amor ad multa spargitur et ad ima
derivatur. nunquam ad plenam pacem cor perducitur
nunquam ad vere securitatis tranquillitatem serenatur. O anima
infelix et misera usque quo sollicita es et turbaris erga
plurima porro cum unum sit necessarium. tandem
aliquando fige desiderium dilige unum. hec Richardus. Sunt eciam

et alia que promouēt ad diuinorꝝ cōtemplacōnē. Primū
est consideracio creaturarum quas deus condidit. Nam
cum anima per oculos corporis respiciēs pulchritu
dinem creaturarꝝ. et ex tali intuitu intelligit deum
qui illam creauit. ac opa eius miratur. laudat q3 eū
qui cūcta plasmauit. ad huiusmodi aīam vita ingre
ditur p̃ fenestras oculorꝝ. De hoc origenēs sup Cañ sic dicit.
Cum enī anima intuens ornamētum mūdi et ex pul
chritudine creaturarꝝ conditorē oīum intelligit deū. et
opa eius miratur. laudat q3 optīm creatorem. ad hāc
aīam vita p fenestras ingredit oculorꝝ. hec origenes.
De hoc et btūs Bernhardus sup Cañ. sic ait. Quid haec tanta
formarū varietas et innumeositas specierꝝ in rebus con
ditis sunt nisi quidam radij diuinitatis demonstrātes
quidem q̄a vere est a quo sunt. non tamē quid sit
prorsus diffinientes. Itaq3 de ipso vides. sed non ipm
Vnde hoc genus videndi cōmune est in promptu Vt
iuxta aplm omī vtenti racione inuisibilia dei per
ea que facta sunt intellecta possint cōspicere. hec bernhardus.
Et nōndū p̃ut dicit hugo de sco vic. q̄ tria sunt inuisi
bilia dei. potencia. sapiencia. benignitas. Potenciā
manifestat creaturarꝝ inmēsitas. Sapiciam decor. Be
nignitatē vtilitas. Immensitas creaturarꝝ constat in
multitudine et magnitudine. Decor creaturarꝝ est in
situ et motu et specie et qualitate Vtilitas creaturarꝝ
constat. in grato et apto et comodo et necessario. Vnde
mūdus iste sensibilis quasi quidam liber est scriptus
digito dei. hoc est v̄tute diuina creatus. et singule cre
ature q̄si figure. Vnde duo sunt genera cōtemplaco
nis. Vnū quod p̃imū est et incipienciū in creaturarꝝ
consideracōne. Aliud q̄d vltimū et p̃fectorꝝ est in con
templacōne creatoris. Species enī rerum visibiliū
quasi vene tm̄mō quedam sunt. p quā inuisibilis
pulchritudo se manifestans ad nos vsq3 emanat. Et
ideo cum ita sensum nr̄m atq3 affectum naturalit
p̃uocant. non quidem desideriū replent. sed ad in
quirendam conditoris spem et eius pulchritudine

concupiscēdam irritant. hec hugo. Ubi considerandum
q sicut artifex pter artem vel in arte sua laudatur
ita rerū creator deus p creaturā suam laudat et ecc
intelligit. Et qm̄uis irraconabilia et insensibilia p se
deum laudare non possunt. tamē p nos dum ea consi
derantes deum laudam9 dicunt laudare. De hoc ysidor9
in li° de sūmo bono sic ait. Sicut em̄ ars in artificem
retorquet laudem. ita rerum creator p creaturā suā
laudat. et qn̄to sit excellencior. ex ipa ōpis condicōne
monstrat. Ex pulchritudine circūscripte create pulchri
tudinē suam qua circūscribi nequit facit deus intelli
gi. Ut ipis vestigijs reuertat homo ad deum quibus a
uersus est. Ut quia p amorē pulchritudinis creature
a creatoris forma se abstulit. rursum p creature deco
rem. ad creatoris pulchritudinē reuertat. quibusdam
gradibus intelligencie. p creaturā em̄ progredit hō
ad intelligendum deum creatorem. i. ab insensibilibus
surgens ad sensibilia. et a sensibilib9 surgens ad racio
nabilia. a racōnabilib9 surgens ad creatorem. Intelli
gibilia p se collaudant deum. irracōnabilia et visibi
lia non p se sed p nos dum ea considerantes deū lau
dam9 et ideo dicunt laudare ipa. quia eandē laudem
eorum parturit causa. hec Isidorus. Item scdm q pro
mouet ad diuinorum contēplacōnē est sui ipius cogni
cio. Unde dicit btūs bnh9. Qn̄to namqz in cognicōne
mei proficio. tantū ad cognicōnē dei accedo. Scdm
interiorem hominem tria in mēte mea inuenio. per
que deum recolo. conspicio et concupisco. Sunt aut
hec tria. Memoria. intelligencia. et voluntas siue
amor. Per memoriam reminiscor. p intellectum intue
or. p volūtatem amplector. P memoriā patri silēs
sum9. p intelligēciā filio. spiritu scō michil in nobis
ita simile est. qm̄ volūtas siue amor. hec bnh9. Si
igitur ex consideracōne creaturarum irracionabiliū ipe
deus intelligi seu cognosci potest. qn̄to magis homo
p sui ipius cognicōnē. qui ad ymaginē dei creat9 est
poterit puenire ad cognicōnē dei. Ipe namqz homo

pro ut dicit glo. in li. de diuinis noib9 non solum ex co-
silio sancte trinitatis a conditore conditus est. sed etiam
ad ymaginem et similitudinem suam creator omni-
um creauit. quod nulli alteri ex creaturis donauit. que
ymago diligencius in interioris hominis nobilitate
consideranda est. Nam sicut deus unus semper ubique
totus est. sic anima in suo corpore. et sicut nec crescen-
tibus creaturis deus crescat. nec de crescentibus decrescat
Sic anima nec minutis membris minuitur. nec ad-
auctis augetur. hec glo. Unde ymago dei consistit in
anima quantum ad proprietates naturales. scilicet memoriam
intelligenciam et voluntatem. Similitudo autem in gratuitis
et ideo similitudo est quedam perfectio ymaginis. quia
gratia perficit naturam. Quod autem anima sit creata ad ymaginem
et similitudinem sancte trinitatis. beatus bernh9 de hoc
ita dicit. Beata illa et sempiterna trinitas. pater et fili9
et spiritus sanctus. unus deus. scilicet summa potencia. summa
sapientia. summa benignitas creauit quandam trinitatem
ad ymaginem et similitudinem suam. animam videlicet ra-
cionalem que in eo prefert vestigium quoddam illius summe
trinitatis. quod ex memoria. racione et voluntate consistit
Sed hec trinitas creata cecidit. per suggestionem. delec-
tacionem consensum. ab illa summa et pulchra trin-
tate. scilicet potencia. sapientia et puritate in quandam contrari-
am et fedam trinitatem. scilicet infirmitatem. cecitatem
immundiciam. Memoria enim facta est impotens et in-
firma. Racio imprudens et tenebrosa. Voluntas impu-
ra. hec bernh9. Quisquis igitur desiderat oculum cordis erigere
ad videndum deum. primo discat cognoscere se ipsum.
principale enim speculum ad videndum deum absque
dubio est animus racionalis inueniens se ipsum. Ter-
gat ergo speculum mundet que spiritum suum. qui volt et
sitit videre deum suum. Studeat eciam euagaciones men-
tis restringere. assuescat in intimis sui immorari. ex-
teriora omnia obliuisci. Verum bonum solum amare.
qui ad celestium contemplacionem anhelat peruenire.

hec et quedam alia Rich9 de sc͡o vic. com̄memorat in li°.
sup benyamyn adolescentulus ita. d. Frustra namq3
cordis oculum erigit ad videndū deum. qui nondum
idoneus est ad videndū seipm̄. Prius discat homo cog-
nosce͡ invisibilia sua. qm̄ p̄sumat posse apphendere
invisibilia divina. Si vero non potes cognoscere te
qua fronte p̄sumis apphendere ea que sunt supra te
principale enī speculum ad videndum deum. absq3
dubio est anim9 racōnalis inveniēs seipm̄. Si enī invi-
sibilia dei p ea que facta sunt intellecta conspiciuntur
ubi queso qm̄ in eius ymagine cogniciōis vestigia ex-
pressius impressa repient. hominem enī scdm̄ animam
ad dei similitudinem factum. et legim9 et credim9. et
idcirco qm̄diu p fidem et non p spem ambulam9. et ad-
huc p speculum et in enigmate videmus. ad eius ut ita
dixerim ymaginaria visionem aptius speculum qm̄
spm̄ racionale invenire non possum9. Tergat ergo spe-
culum. mundet q3 spm̄ suū. quisquis sitit videre deū suū.
hoc itaq3 speculum. non desinit verus penitēs. tenere
tergere. et indesinent᷑ inspicere. Tenere. ne deorsū corru-
ens t᷑re p amore inhereat. Tergere ne inaniū cogitacio-
nū pulve᷑ sordescat. Inspice᷑ ne ad inania studia inten-
cionis sue oculum reflectat. Exterso aūt hoc speculo
ac mūdato. et diu diligent᷑ inspecto. incipit ei quedam
divini luminis claritas interlucere. et immensus quidā inso-
lite visionis radius oculis eius appare᷑. hoc lumen
oculos eius irradiaverat qui dicebat. Signatū est super
nos lume᷑ vultus tui dn̄e. dedisti leticiā in corde meo. Ex
hui9 ergo lumis visione quā admirat᷑ in se mirū inmodū
accendit᷑ anim9 et aīat᷑ ad videndū lume᷑. quod est sup
se. Vis ergo videre deum. disce cognosce᷑ teipm̄. Vides igit᷑
qn̄tū valeat et qm̄ utilis sit sui ipius plena cognicio
Sed ad celsitudinem hui9 cogniciōis. sine triplici studio
non pducim᷑. s. p studiū opis. p studiū meditacionis. p
studiū oracōis. p ista paulatim promovem᷑. et quiq3
pducim᷑. ad pfectionē cogniciōis. Multa enī exprimunt᷑

operando. multa invenimus investigando. multa extor
quemus orando. Innumera siquidem que nec per experien
ciam operis. nec per investigacionem racionis invenire va
lemus per inoportunitatem oracionis edoceri meremur. ex re
uelacione divine inspiracionis. Sed quia multos hodie
videmus studiosos in leccione. desidiosos in opere. tepidos
in oracione. presumentes tamen cognicionem sui ipsius posse ap
prehendere. Iungat igitur studio leccionis studium operis et
oracionis. qui cupit pervenire ad sui ipsius cognicionem. et
per consequens ad dei contemplacionem. Sed sciendum quod qui
cogitacione vel conversacione adhuc in primo sunt. huius
muneris dignacione indignos se esse ostendunt. Nam
mens que adhuc prava desideria sequitur. que variis
cogitacionibus huc illucque distrahitur. quando putas hanc graciam
accipere merebitur. que nondum potest seipsam in unum
colligere. que nondum novit ad seipsam intrare quando po
terit ad ea que supra seipsam sunt contemplacione
ascendere. Studeat ergo evagaciones mentis restrin
gere. assuescat in intimis suis immorari. exteriora
omnia oblivisci. qui ad celestium contemplacionem an
helat. qui in divinorum noticiam suspirat. Discat verum
bonum solum amare. et ipsum solum indesinenter cogita
re. Et si persenseris desideria tua circa exteriores delectacio
nes affici. et cogitaciones tuas in eis iugiter occupari
cum magna sollicitudine compelle intrare. Quociens
enim evagaciones mentis in unum colligimus. et omnes
cordis motus in uno eternitatis desiderio figimus. quid
aliud quam de illa interna familia synagogam. id est
congregacionem facimus. Sed cum illa iam desideriorum
motuum. cogitacionumque frequencia. illius interne dulcedi
nis degustacione allecta. ad nutum racionis sponte
occurrere. et in intimis fixa stare didicerit. ecclesia. i. co
nvocacio digne censeri poterit. Discamus ergo sola in
teriora bona amare. discamus sola illa frequenter cogi
tare. et ecclesiam in nobis deo efficimus. In hac siquidem
ecclesia xpc libenter immoratur. et mirabiliter delectatur

Vnde ipſe p̄ Sapientē dicit. Delicie mee eſſe cū filijs homi
hec Rich9. Sed et hoc diligent̄ attendendū q̄ aīa deuo
ta et contēplatiua p̄ deſideriū ſēp̄ debet ſe ad ſupna ex
tendere. et diuine viſitacionis horam omī tp̄e expectare
Vt quacūqȝ hora diuine aſpiracōis aura mentē tetige
rit. excuſſis ſtatim contēplacionis ſue alis ſe ad alta ele
uet. et fixis obtutibus in illud eternitatis lumen quod de
ſup radiat. pro ut poſſibile eſt trāſuolet atqȝ tūſcēdat
De hoc et de illis qui in tali ſtudio ſp̄uali negligentes
exiſtunt. Rich9 de ſcō vic. in iiij°. li°. cōtemplacōis ſic dicit.
Debem9 cordis nr̄i alas ſemp̄ p̄ deſideriū extendere. et di
uine reuelacōnis horam ſub omī hora. ymo ſub omī
momēto expectare. Vt quacūqȝ hora diuine inſpiracō
nis aura. mentis nr̄e nubila deterſerit. verū qȝ ſolis
radios amota omī caliginis nube detexerit. excuſſis
ſtatim cōtemplacōnis ſue alis. mēs ſe ad alta eleuet
et auolet. et fixis obtutibus. in illud eternitatis lumē
quod deſup radiat. in aquile volantis impetu omīa
mūdane volubilitatis nebula trāſuolet atqȝ tūſcēdat
Vt cum tempus bn̄placiti diuini aduenerit. et aura
aſpirantis gracie afflauerit. idoneus poſſit inueniri
qui ad illud diuinoꝝ ſecretoꝝ ſpectaculū debeat admitti
Debet enī anima ſancta. et vera ſponſi amica. ad di
lecti ſui aduentum ſemp̄ ſūmo cū deſiderio inhiare.
parata ſemp̄ et vocanti occurrere. et pulſanti aperire. Debȝ
inquā ſemp̄ in hoc ſollicita eſſe et parata inueniri. ne ſubi
to et inopinate adueniens. inin9 cōmptā minus ornatā
inueniat. Vel diu excluſus diutine p̄ſtolacōis vllam
moleſtiam ſuſtineat. Moleſta ſatis verba eſtuanti
ḡ deſiderio multum onerosa. Manda remanda. ex
pecta reexpecta. modicū ibi. modicū ibi. Verba ſunt
ſane anime pigre aīe tepide immo ꝯſpcte et nimis ingra
te. Sed audi o anima vocem dilecti tui pulſantis. Api
michi ſoror mea. amica mea. colūba mea. Audi vo
cantem. api pulſanti. Cur non ſtatim exilis. occurs
app̄hendis et oſcula ingeris. Quid adhuc dicis expecta

Ecce adhuc expectat. ecce iterum vocat. Surge propera ami
ca mea formosa mea et veni. Quid tu. Re expecta ad
huc modicum. O anima ingrata. o viscera dura. usque quo
fatigas dilectum tuum. pulsat et non vis aperire. Vocat
et non vis exire. pulsat semel et iterum. et tu eum expec-
tare. tu eum expectare iubes. modicum et modicum. et hoc
modicum protrahis in longum. et in hunc modum fraudas
amicum tuum et fatigas dilectum tuum. Taceo de illis qui
foris sunt qui spiritualem dilectionem necdum scire potue-
runt. qui dum mandata ex doctorum dictis cottidie au-
diunt. nec tamen acquiescunt. cottidie peccantes. cotti-
die penitencie tempora dari sibi postulantes. ex quibus dum
quidam verba vite libenter audiunt. quid aliud per
studium quam manda remanda dicunt. et cottidie peccatis
peccata accumulant. Quid aliud quam expecta reex-
pecta per desiderium clamant. cottidie spacium penitencie
postulantes. et resipiscendi tempus cottidie proponentes.
cottidie prolongantes. Certe ad saciendum desideri-
um suum. totum huius vite spacium carnali menti videtur per
modicum. Et dum eiusmodi anima. modo in uno
vicio modo in altero multa tempora expendit. totum quod
tamen velut momentaneum reputat. Quid queso aliud
in divine pacientie aure quam modicum ibi. modicum ibi
resonatur. Sed de hiis interim tacentes. quid de no-
bis obsecro dicturi sumus. qui habitum religionis sus-
cepimus. qui spiritualibus exerciciis mancipati sumus. qui
divine dilectionis assidue. quasdam velut arras
accepimus. maxime tamen nos quid queso dicemus.
qui nil aliud in nostri officii habemus. nisi legere
psallere et orare et meditari. speculari et contemplari
vacare et videre quam suavis est dominus. Numquid
nam nos non pudebit eadem dicere. et dilectum nostrum
in hiis fatigare verbis manda remanda etc. Hinc fit sepe.
ut vitam nostram corrigere disponamus. semper tamen
differimus. et dum in futuro proponimus. fit ut illud
futurum semper sit futurum. ymo fortassis numquam futurum

Sepe autem aliquid certum futurorum destinatur quo corriga
tur vita nostra · et dicatur interim dilecto meo · expecta · et
cum illud futurorum in presens vertitur · item in aliud fu
turum transfertur · et dicatur · reexpecta · Sed debet veri ami
ci dilecta · et veri dilecti amica ut supius iam dictum est
prompta semper et parata esse · et pulsantem amicum
absque ulla dilacionis iniuria suscipere · et vocanti cum
omni alacritate occurrere · Sciendum autem quia singularis
amor consortem non recipit · socium non admittit · Vide
ergo ne tunc primum incipias perstrepentium turbas eicere
velle · cum iam ipse cepit ad hostium pulsare · Alioquin
quid iam eris dictura cum aput te tunc temporis fuerit eius
modi turba inuenta · quid inquam eris dictura · nisi
expecta reexpecta · Expectandum sane · immo quia ad reex
pectandum · ad eiciendorum turbam extraneorum · ad ei
ciendum familiam tuorum · Omnes cogitatus tam vani
quam noxii · extranei iudicandi sunt · qui nulli nostre
utilitati deseruiunt · Quoniam vero singularis amor soli
tudinem amat · solitarium locum requirit · totam huiusmodi
turbam · non solum cogitacionum · verum eciam affectionum
oportet eicere · ut dilecti tui amplexibus · quanto liberius
tanto iocundius liceat inherere · hec Richardus · De contemplacione · xlv ·

Habita informacione de hiis que disponunt
et preparant ad virtutem contemplacionis · nunc
de ipsa vita contemplatiua · et quid sit con
templacio cupio edoceri · Scire debes quod contemplacio ·
secundum beatum Augustinum est mentis in deum quedam suspense
eleuacio · eterne dulcedinis gaudia degustans · Vita vero
contemplatiua · prout ait prosper · esse dicitur rerum latencium
futurorum que noticia siue vacacio · ab omnibus mundi occu
pacionibus siue diuinarum studium litterarum · siue quod hiis
probatur esse perfeccius dei visio · De contemplatiua etiam vita beatus
Gregorius super ezechielem sic dicit · Contemplatiua vita est · karita
tem quidem dei et proximi tota mente retinere · sed ab
exteriori actione quiescere · soli desiderio conditoris inherere
ut nichil iam agere libeat · sed calcatis curis omnibus

ad videndum faciem sui creatoris animus inardescat
ita ut iam noverit carnis corruptibilis pondus
cum merore portare. totis desiderijs appete. illis
ymnidicis angelorum choris interesse. ad miscere celes-
tibus civibus. de etna in conspectu dei incorrupcione
gaudere. Contemplativa etenim vita amabilis valde
dulcedo est. que semper ad semetipsam aiam rapit
celestia apit. terrena aut debere esse contempnenda ondit
spiritualia mentis oculis patefacit. corporalia absco-
dit. hec gg. Debet aut anima devota appropinquare deo
per contemplacionem. quia ut dicit fortunatus. Nequaquam
deus devote anime se applicat et inclinat. nisi se to-
tam in contemplacione positam erigat. et occurrat.
Cum igitur etna felicitas in visione dei consistat. ne-
cesse est ut qualis quisque in futuro esse debeat. talem
se in presenti vita exhibeat. videlicet se exercendo in spiritualium
et celestium rerum contemplacione. De hoc damascenus sic
ait. Revera necessarium est. ut qualis quis in futuro
esse debeat. talem in presenti se semper exhibeat. cum futura
nostra felicitas in contemplacione divine essencie consistat
ad hoc necesse est. ut in contemplacione quisque nostrum
semper se exerceat. hec damascenus. Et nondum quod deus
non carnalibus oculis conspicitur. sed mente. Et ideo
deum videre intuitu mentis quantum possibile est po-
terimus. si cor purgatum et mundum habuerimus. Quod
affirmat Johes Anachorita. sic dicens. Si mundi corde ante
deum steterimus. deum videre poterimus. quantum est pos-
sibile eum videre. Videbimus enim eum invisibilem men-
te non corpore sciencie intellectu. non carnis aspectu
Nemo enim putet se posse ipsam sicut est. divinam
substanciam intueri. ita ut speciem sibi aliquam vel ymaginem
corpoream in corde figuret. Nulla enim forma in deo est
nulla circumscripcio. sed sensus et mens. Que inveniri quidem
possit. et mentis affectu perstringi. nec tamen comprehendi
aut describi. aut enarrari. Ideo oportet cum omni
reverencia et metu accedere ad deum. et ita librare

in eum mentis intuitū. Ut quidq͡ꝫ potest splendoris
claritatis magestatis meē hūana conspicere. super
hec omnia sentiant eum semꝑ. Oportet aūt vacare
unde vacate et videte qm̄ ego sum deus. et qūto purī
or in eo mens fuerit. tanto plura ei deus revelabit. et
misteria eius agnoscet. hec Johēs. Ergo ꝑ ut dr̄. glō.
sup libᵒ ixᵒ de celesti ierarchia. Intellectualis visio est
mentis intelligencia. a qua divinū lumē invisibilit̄
videtur. Sicut igitur lucem visibilem valencius con
spicit. qui saniores habet corporis oculos. qui aūt ali
qūtulum debiles. minus acute cōtemplatur eā. Qui
vero cecus est pene vix eam tenuit̄ videt. Qui aūt ex
toto cecus est. nec in modico valet eam cernere. quam
quā lux ipā qūtū in se est equalit̄ omnibus luceat. Sic
de creatoris lumine sentiendū est. Nam divina et pater
na bonitas in seipā est suphabūdās. dona tamē sui
luminis unicuiq͡ꝫ prout dignus est distribuit. Nam
scdm̄ uniuscuiusq͡ꝫ mores ac studiū unicuiq͡ꝫ deus adiacet
et sicut magis vel min᷒ de deo quisq͡ꝫ intelligit. sic et
lux divina vel maior est illi vel minor. Qui vᵒ deū
ignorat. lucis eius splendorem. nec in modico videt.
hec glō. Unde omīps deus menti nr̄e. que ob culpam
est cecata. et ad verū lumē conspiciendū invalida. ig
nem compūccionis et tribulacōnis immittit. Ut omīs
impuritas viciorꝫ in ea cremetur. et sic interioribus
oculis mūdatis. postmodū manifestius celestia pos
sit cōtemplari. De hoc btūs ggᵒ. in xxiiijᵒ. liᵒ. moꝛꝫ.
sic dicit. Menti enī nr̄e de consideracione cecitatis sue
prius ignis tribulacōnis immittit᷑. ut omīs viciorꝫ
erugo cōcremetur. et tūc mūdatis oculis cordis. illa
leticia patrie celestis apitur. Ut ꝑus purgemᵘ lugē
do quod fecimᵘ. et postmodū manifestius cōtemple
mur ꝑ gaudia q̄ querimᵘ. Prius a mentis acie ex
urgente. tristicia interposita. maloꝝ caligo detergitur
et tunc resplendente raptim chorruscacione incircūscrip
ti luminis illustratur. quo utroq͡ꝫ cōspecto in gaudio

cuiusdam securitatis absorbetur. et quasi post defectum
vite p̄ntis vltra se rapta. aliquo in quadā nouitate re-
creatur. Ibi mēs ex immēso fonte infusione supni roris
aspergitur. ibi non se sufficere. ad id quod rapta est cō-
templatur. et veritatem senciendo videt. quia q̄nta est
ipa veritas non videt. Cui veritati tanto magis se lon-
ge existimat. q̄nto magis appinquat. quia nisi illā
vtcumq3 conspiceret. nequaq̄m eam conspicere se non
posse sentiret. Annisus ergo animi deuim. illo tendit
immensitate eius chorustante circūstat. et idcirco mēs
nr̄a nequaq̄m se ad dei cōprehendendam incircūscriptā
sb'am dilatat. quia eam inopie sue circūscripciones ang-
gustant. Unde et ad semetipām citius labitur. et pro-
spectis q̄i quibusdam veritatis fastigijs ad suam yma-
ginē reuocatur. hec gg'l. De hac eciā compuncone q̄ sit
via ad grām cōtemplacionis. hugo de sancto vic. in iiijo
lo de archa noe sic dicit. Compunctio est q̄i palus acutus
qui terram mētis cordis fodit. et quasi ignis rubiginem ex-
urit. et quasi splendor tenebras pellit. postq̄m aūt
p ignem compunctōis. rubigo pcti a mente fuerit cōsūp-
ta. et ille intimus fulgor in corde micare ceperit. cō fes-
tim animus in quadā cōteplacōnis speculā subleuat
ibiq3 quodāmō seipō alcior effectus. q̄ndam ut ita
dixerim liuadā regionē. et terram nouam eminus pspi-
cit. qualem nunq̄ āntea vel vidisse se meminit. vel esse esti-
mauit. Agnatur et ipē qui videt. et p gaudio presentis
luminis pteritas ignorancie sue tenebras accusat. Agnat
subter se in imo. quo prostratus iacuit. miratur sup
se in summo quo eleuatus tendit. et sic gracia diuina
aspirante. Ut cum animus pfecte a corporeis passio-
nibus et desiderijs terrenis exutus fuerit. quadā sta-
tim insolita leticia pfundatur. Ut eo amplius ama-
rum esse cognoscat quod deseruit. quo magis dulce
senciat esse quod inuenit. Sopito eciam terrenorum deside-
riorum strepitu. continuo mēs ad quietem interne
pacis componitur. et ut capax esse possit celestis grē.

ex ipsa sua tranquillitate preparat. Sapientia enim qui est christus
habitare nescit nisi in corde pacifico. et ideo illi in qui-
bus adhuc terrena desideria perstrepunt. que sit dulcedo gra-
cie dei non noverunt. hec hugo. Oportet ergo qui con-
templacioni vacare desiderat. ut cogitaciones mundanas
et terrena desideria postponat. Unde dicit beatus gregorius
Necesse est. ut cor intus habeat. qui lumen contempla-
cionis habere desiderat. Nam qui adhuc exteriora im-
moderacius cogitant. que sunt de eterno lumine rime con-
templacionis ignorant. quia dum sola visibilia cogi-
tantur. lumen invisibile ad mentem non admittitur.
Si ergo interna contemplari volumus. ab externa im-
plicacione dormiamus. quia dei secreta non cognoscimus
si in terrenis desideriis vigilemus. hec gregorius. Et notandum
quod omnipotens deus mentes electorum ad cognoscenda celestia
secreta illuminat. sed a reproborum cordibus. iusto suo iudicio
occultat. De hoc beatus gregorius in xxx° libro moralium. exponens
illa verba. Quis enarrabit celorum racionem. et concentum
celi quis dormire faciet sic ait. Celorum racionem dominus
narrat. dum nunc insinuando superna secreta electorum
suorum mentes illuminat. Concentum vero celi dormire facit
dum concordes hymnos angelorum atque illa celestium virtutum
gaudia sic reproborum cordibus iusto iudicio abscondit.
Qui concentus celi quamvis in se intrinsecus vigilet. in
ipsa tamen reproborum ignorancia extrinsecus dormit. et nar-
ratur ergo secreta celestis racio. et tamen concentus celi dormire
permittitur. quia et aliis per inspiraciones superne retribucio-
nis secreta pandit. et aliis que sit interne laudis suavi-
tas occultatur. Narratur celorum racio quia electorum
mentibus que sit supernorum retribucio indesinenter aperitur
ut nimirum sine cessacione proficiant. et transcendentes visibi-
lia. sese ad invisibilia extendant. Omne enim invisibile
quod in hac vita reprobos figit. hoc electos ad alia
impellit. quia dum bona que facta sunt. respiciunt in
eum a quo facta sunt inardescunt. tantoque eum prestan-
tius amant. quanto illum hoc quod ipse bonum condidit

preire considerant. loquit' quippe hoc eis intrinsecus
silent' sonans invisibilis lingua cōpunctōis. quia
tanto plenius intus audiūt. quāto ab exteriorꝫ desid
riorꝫ strepitu ꝑfectius auertūt'. hys namqꝫ cōtent'
celi non dormit. quia eorꝫ mēs que sit laudis supne
suauitas apposita amoris aure cognoscat. Intus enī
q̄d appetant audiūt. et de celestiū bonorꝫ p̄mijs. ipso
diuinitatis desiderio instruūt'. Unde et p̄ntem vitam
non solum adūsantē. sed etiā fauentem grauit' tolle
rant. quia eis onerosum est omē quod cernit'. dum
ab eo quod intus audiūt differūt'. omē q̄d sibi p̄sto
est graue estimāt. quia illud nō est ad quod anhe
lant. qui tamē cōtent' reprobis dormit. quia eorum
cordibus nequaq̄m p vocem cōpūctionis innotesc'.
Non enī considerare illam desiderabilem supnorꝫ ciui
um frequētiam student. nullo ardoris radio illa sol
lempnitatis interne festa cōspiciunt. nulla in intimis con
templacōnis penna subleuant'. Solis namqꝫ visibi
libus seruiūt. et ideirco nil supne suauitatis intrin
secus audiūt. quia eos in aure cordis curarꝫ secularīū
surdi tumultus p̄mūt. hec Greg'. Considerandum ecī
pro ut dt'. Rich' de sc̄o vic. q multa sunt qui si sciant
vacare corpe. minime tamē p̄ualent vacare corde. ne
scientes facere sabbatū ex sabbō. et ideirco nō valētes
implere quod legit' in ps. Vacate et videte qm̄ ego sū
dn̄s. Vacantes siquidem corpe. sed vagātes vbiqꝫ corde
nequaq̄ videre merent'. qm̄ dulcis est dn̄s. et qm̄ bo
nus isrl deus hys qui recto sunt corde. Vnde necesse est
vt discant requiescere. non solum ab opibus malis
sed eciā a cogitacōibus supuacuis vt possint eo liberius
deo vacare. Nam nichil sic cor ab omī mūdano amo
re emūdat. nichil sic animū ad celestiū amorē inflā
mat. queadmodū contemplacio. Ipa itaqꝫ est que
emūdat. ipa que sāficat. vt p assiduā veritatis con
templacionem fiat mundus p cōtemptū mūdi. et scūs
p dileccionē dei. hec Rich'. Debet eciā homo sensꝰ exteriores

ab illicitis restringe. et semetipsum in unum colligere. de-
inde videre qualis sit collectus ut possit anima eius
sive mens super semetipsam surgere. et contemplacioni sui
auctoris intendere. Ista commemorat beatus gregorius super ezech
sic dicens. Sepe enim volumus omnipotentis dei naturam invisibi-
lem considerare sed nequaquam valemus. atque ipsis difficul-
tatibus fatigata anima a semetipsa recedit. sibique de se
ipsa gradus ascensionis faciat. ut primum semetipsam. si
valet consideret. ut tunc illam naturam. que super ipsam est
inquantum potuerit investiget. Sed mens si carnalibus yma-
ginibus fuerit sparsa. nequaquam vel se vel anime naturam
considerare sufficiat. quia per quot cogitaciones ducitur
quasi per tot obstacula cecatur. primus ergo gradus est ut
se ad se colligat. Secundus ut videat qualis sit collecta. ter-
cius ut super semetipsam surgat. ac se auctoris invisi-
bilis contemplacioni intendendo subiciat. Sed se ad se nul-
lomodo colligit. nisi prius didicerit terrenarum atque cele-
stium ymaginum fantasmata. ab oculo mentis compescere
quidquid de visu. quidquid de auditu. quidquid de odoratu. quidquid
de tactu et gustu cogitacioni occurrerit. respuere atque calcare
debemus. hec gregorius. Et sciendum quod humana anima. primo-
rum hominum vicio. a paradisi gaudiis expulsa. lucem
invisibilium perdidit. et totam se in amorem visibilium
fudit. tanto que ab interna speculacione cecata est. quanto
foras deformiter sparsa. Unde fit ut nulla noverit. nisi
ea que corporeis oculis. ut ita dixerim palpando cog-
noscat. Homo enim qui si preceptum servare voluisset. eciam
carne spiritualis futurus fuerat. peccando eciam factus est
mente carnalis. ut sola cogitet que ad animum per
ymagines corporeas trahit. Corpus quippe est celi et terre
aquarum animalium. cunctarumque rerum visibilium. quas in-
desinenter intuetur. in quibus dum totam se delectata
mens proicit. ab interne intelligencie subtilitate gros-
cescit. et quia iam erigi ad summa non valet. in hiis
infirma libenter iacet. Cum vero miris conatibus ab
hiis exurgere nititur. magnum valde est. si ad cognicionem

suam repressa corporali specie anima perducatur. Ut se
metipsam sine corporea ymagine cogitet. et cogitan
do se sibi viam usque ad considerandam eternitatis paret
Hoc igitur modo quasi quandam scalam sibi exhibet se-
metipsam per quam ab exterioribus ascendendo in se
transeat. et a se in auctorem tendat. Cum enim mens
corporeas ymagines deserit in semetipsam veniens
non modicum ascendit. nec tamen debet anima ibi quiescere.
sed debet ulterius procedere. sanctorum angelorum agmina
rimando qualia sint. et que sit in eis sine fine festiui
tas visionis dei. que leticia sine defectu. et quo contem
plando semper eternitatem sint eterni. sed et hos videlicet choros
angelorum transeat. et omne quod creatum est deserens ul
timo in solo sui conditoris lumine fidei oculos figat. ac
in eius contemplatione dulciter requiescat. Istos quatuor
ascensus sive gradus tangit beatus gregorius. exponens illa
verba ezechielis. Nam cum fieret vox super firmamentum
quod erat super caput eorum stabant. et submittebant
alas suas ita dicit. Querendum nobis est. que sit vox que
super firmamentum sit. Sed eandem vocem melius intelligi
mus. si ab ymis ad superna gradientes. quasi quibusdam
passibus ascendamus. Sicut enim auditus corporis excitatur
voce. ita sensus mentis excitatur intellectu. Vox ergo in
mente. quasi quidam sonus intelligentie. Sed sciendum
est quod nostris sensibus. aliquando vox carnalis loquitur. aliquando
vox anime. aliquando vox firmamenti. aliquando vox que super
firmamentum est. Ponamus enim ante oculos. quod quispiam
sit lesus a proximo. qui ex humana ratione cogitet. ut
vicem lesioni reddat. malum pro malo retribuat. huic
vox carnis loquitur in mente. quia cum divina mandata
precipiant bonum nos facere hiis qui nos oderunt. Quisquis
male se facere odientibus cogitat. in eius animo carnis
vox clamat. Multa etiam terrena cottidie agimus. post hoc
ad orationem redimus. attenditur ad computationem animus. sed
earum rerum quas egimus ymagines versantur in mente
et intencione computationis impediunt in oratione. et quod

Volentes foris egim⁹. hoc interius patim̄ inviti vt que
dam cogitatonū̄ fantasmata mentem p̄ ymagines
corporeas dispergant ne strictam se totam in oracione
colligat. hec quoqȝ vox carnis est. Cum vero et ista subi
gim⁹ atqȝ ab oculis mentis cunctas corpeas ymagines
effugamus. ipām in nobismetipsis naturā anime que
rentes qualis sit que carnē viuificare potest. inuenim⁹
quēdā intellectualem spm̄ p̄ creatoris potēciā viuentem
corpus q̄d sustinet viuificantem. sed tn̄ obliuioni subdi
tum. mutabilitati subiectum. quem sepe timor afficit.
leticia extollit. Ipē itaqȝ intellectus anime vox eius est.
quia sonat q̄d est. que tn̄ adhuc vox sub firmamēto est. Sȝ
transcēdentes aīam vocem de firmamēto querim⁹. cum illa
sanctorꝝ angelorꝝ innumerā multitudo. in omīpotētis dm̄
conspectu qualis sit investigam⁹. que sit in eis sine fine
festiuitas visionis dei que leticia sine defectu. qui amoīs
ardor non cruciaus sed delectans. q̄nta in eis sit desideriū
visionis dei cum sacietate. et sacietas q̄nta cum desiderio
In quibus nec desideriū penam generat. nec sacietas
fastidiū parit. q̄uo inherendo b̄titudini sint b̄ti. q̄uo con
templando semp̄ eternitatē sint eterni. q̄uo cōniūcti vero lu
mini facti sint lux. q̄uo aspicientes sp̄ incōmutabilem imitati
sint incōmutabilem. Sed cum ista de angelis cogitamus
adhuc vox de firmamēto est non sup̄ firmamentum
Transeat ergo anim⁹ et ab ipso transeat omē quod crea
tum est in solo creatoris sui lumē oculos figat. q̄ vnus
viuificet omīa qui creauit deus. q̄ vbiqȝ est et vbiqȝ
totus est. q̄ incircūscriptus et incōprehēsibilis sentiri
potest et videri non potest. Qȝ inuisq̄m deest. et tn̄ ab
iniquorꝝ cordibus et cogitacōibus longe est. q̄ nec ibi
deest vbi longe est. quia vbi non est p̄ grām adest p̄
vindictam. q̄ omīa tangit. nec tamē omīa equalit̄
tangit. Quedam enī tangit vt sint. nec tamē vt viuāt
vel senciant. sicut sunt cuncta insensibilia. Quedam
tangit vt sint viuant senciant. nec tamē ut discer
nant. sicut sunt bruta animalia. Quedam tangit

Ut sint vivant sentiant et discernant. sicut est humana
natura et angelica. et cum ipse nunquam sibimetipsi sit
dissimilis. dissimiliter tamen tangit dissimilia. Qui ubique
presens est et inveniri vix potest quem stantem sequimur
et apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos
mentis que illa natura sit que tenet omnia. et implet
omnia. circumplectitur omnia. superexcedit omnia. sustinet omnia
nec alia ex parte sustinet. neque alia superexcedit. neque alia
ex parte implet. atque alia circumplectitur. sed circumplectendo im-
plet implendo circumplectitur. sustinendo superexcedit. super-
excedendo sustinet. Huius ergo nature potentiam dum stricte in ea
cogitat animus vox super firmamentum fit. quia eius intel-
lectus concipit. qui et angelorum sensum sua incompre-
hensibilitate transcendit. Cum ergo vox super firmamentum
fit stant animalia et submittunt alas suas. quia sanctorum
mentes cum creatoris sui potentiam intenta contemplatione
considerant vilescunt eorum animo virtutes quas habent
et tanto fiunt apud se humiles. quanto eis illud altum est.
quod super angelos sonat. hec Gregorius. Nondum etc. quod quantali-
bet se intentione mens humana tetenderit. etc. si iam fantha-
sias ymaginum corporalium a cogitatione compescat. si iam
omnes circumscriptos spiritus ab oculis cordis amoveat. adhuc
tamen in carne mortali posita videre gloriam dei non valet
sicut est. sed quicquid de illa est quod in mente resplendet simi-
litudo et non ipsa est. Unde Paulus dicit. Videmus nunc per
speculum in enigmate. Neque enim omnipotens deus iam in sua
claritate conspicitur. sed quedam sub illa impura vita spe-
culatur anima. Unde recreata et refecta proficiat. et post
resolutionem corporis ad visionis eius gloriam pertingat. De
hoc dicit beatus Bernhardus. Quicquid de dei visione hic fidelibus
impartitur. speculum est et enigma. tantum distans a futura
vita. quantum a veritate fides. tempus ab eternitate. et hoc
ipsum breviter et raptim. hec Bernhardus. De hoc etc. beatus Gregorius
in viii libro moralium super illud dictum Usque quo non parcis michi
nec dimittis me ut glutiam salivam meam sic ait. Saliva
nobis ex capite labitur. ab ore vero in ventrem ducitur. dum
glutitur. Quid itaque est caput nostrum nisi divinitas. Quid

aut veniet in usus mens. Quid saliue nomine nisi sapor
intime contemplacionis accipitur. Sed saliua ad os quidem
labitur. set vero ad ventrem veniat non glutitur. quia divi-
nitatis contemplacio sensum tangit. sed plene mentem
non reficit. quia animus perfecte conspicere non valet. quod adhuc
quia caligo corrupcionis impedit raptim videt. Ecce enim
electorum mens iam terrena desideria subigit. iam cuncta
que considerat preterire transcendit. iam ab exteriore delecta-
cione suspenditur. et que sunt bona invisibilia rimatur.
atque hec agens plerumque in dulcedine superne contemplacio-
nis rapitur. Iamque de intimis aliquid quasi per caliginem
conspicit. et ardenti desiderio interesse spiritualibus angelorum
ministeriis conatur. gustu incircumscripti luminis pascitur.
et ultra se rapta ad semetipsam relabi dedignatur. Sed quia
corpus quod corrumpitur aggravat animam. inherere diu luci
non valet quam raptim videt. ipsa quippe carnis infirmi-
tas transcendentem se animam retrahit. atque ad cogitanda yma
ac necessaria suspirantem reducit. Saliua ergo defluens
de capite os tangit. sed ad ventrem minime pervenit. quia
rigore superne contemplacionis. iam quidem intellectus noster
infunditur. sed nequaquam mens plene saciatur. more gustus
est in ventre sacietas. Saliuam itaque glutire non possumus
quia superne claritatis bono saciari non permittimur. quod
adhuc extremitate gustamus. Sed quia hoc ipsum quod utcumque
iam superna cognoscimus. ex pietate parcentis est. Quod vero hoc
perspicere perfecte non possumus. adhuc ex pena est vetuste dam-
nacionis. hec Gregorius. Unde in hac vita homo positus quamvis
in virtutibus multum proficiat. tamen claritatis divine mag-
nitudinem ut dictum est penetrare nequaquam potest. quia
caligo nostre corrupcionis ad lucem incorruptibilem
videndam nos obscurat. De hoc iterum beatus Gregorius in xxxi.
libro moralium. exponens illud verbum. Oculi eius de longe prospi-
ciunt. sic dicit. Quantolibet enim in hac vita positus quisque pro-
fecerit. necdum deum per speciem sed per enigma et speculum
videt. Enigma namque cum respicimus veritatem cernimus.
Cum vero longius aciem tendimus. sub incerto caligamus.
Quia igitur sancti viri in alta contemplacione se erigunt

et tamē deum sicut est videre non possunt. bene dicit.
Oculi eius de longe prospiciunt. ac si dicat. Intencionis
aciem fortiter tendunt. sed necdum propinquum aspiciunt
cuius claritatis magnitudinē penetrare ut est nequaquam
possunt. A luce enim incorruptibili caligo nos nostre corrup
cionis obscurat. Cumque et videri aliquatenus potest. et tamen
videri lux ipsa sicut est non potest. quam longe sit indicat
quam si mens utrumque non cerneret. nec quia longe esset
videret. Si autem perfecte iam cerneret. profecto hanc quasi
per caliginē non videret. Igitur quia nec omnino cernitur
nec omnino non cernitur. recte dictum est. quia deus longe vi
detur. hec Gregorius. Ergo deus per quasdam ymagines in hac
vita corruptibili videri potest. sed per nature sue speciem
videri non potest. Si vero a quibusdam potest in hac
adhuc corruptibili carne viventibus quodam contempla
cionis acumine dei claritas videri. Oportet ut tales ines
timabili virtute polleant. Sed quisquis deum incircumscriptum licet
in lumine contemplacionis videt. huic mundo funditus moritur
nec ultra eius amore tenetur. Ista commemorat beatus Gregorius
in xviii. libro moralium sic dicens. Quamdiu hic mortaliter vivitur.
videri per quasdam ymagines deus potest. sed ipsam na
ture sue speciem non potest. ut anima gracia spiritus
afflata per figuras quasdam deum videat. sed ad ipsam
vim essencie non pertingat. Quia in hac mortali carne
consistentibus et videri potest per quasdam circumscriptas
ymagines. et videri non potest per incircumscriptum lumine
eternitatis. Sin vero a quibusdam potest. in hac adhuc
corruptibili carne viventibus. sed tamē inestimabili
virtute crescentibus quodam contemplacionis acumine eterna
dei claritas videri. sed quisquis deum incircumscriptum est phas vi
det. huic vite funditus moritur. nec iam eius amore
tenetur. Nullus quippe eum videt. qui adhuc carna
liter vivit. quia nemo potest amplecti deum simul et
seculum. Qui enim deum videt. eo ipso moritur. quo vel
intencione cordis vel effectu operis ab huius vite delecta

cionibus tota mente separatur. Nullus vmquam deum videt
spiritualiter et mundo carnaliter vivit. Unde paulus qui ad
huc de invisibilibus sicut ipse testatur ex parte cognoverat
iam huic mundo totum se mortuum perhibeat dicens. michi
mundus crucifixus est et ego mundo. hec glossa. Et quamvis
secundum communem cursum divina essencia in presenti vita
conspici non valeat. tamen illam credere et ardenter con
cupiscere quodammodo est illam videre. Quod affirmat beatus
Augustinus sic dicens. Quamquam autem illa summa incommutabilis essen
cia. lux vera. lux indeficiens angelorum. a nemine conspici
valeat in hac vita. que solis sanctis reservatur in celesti pa
tria. Illud tamen credere et intelligere. sentire et ardenter
concupiscere. vel inhiare quodammodo illud cernere est atque
tenere. hec Augustinus. Et notandum quod contemplacio dei mul
tipliciter concipitur. interdum ex creaturarum suarum magni
tudine. cum potenciam ipsius. qua vniuersa gubernat
moderatur ac regit formidoloso corde miramur. De hac
multiformi contemplacione moyses abbas in prima sua
colla. sic ait. Contemplacio dei multipharie concipitur.
Nam deus non sola incomprehensibilis illius substan
cie sue admiracione cognoscitur. quod adhuc in spe promis
sionis absconditum est. sed ex creaturarum suarum magnitu
dine vel equitatis sue consideracione. vel cottidiane dispen
sacionis auxilio providetur. quando scilicet que cum sanctis suis per
singulas generaciones egerit. mente purissima per
lustramus. cum potenciam ipsius qua vniuersa gubernat
moderatur ac regit. cum immensitatem sciencie eius. et oculum
quem secreta cordium latere non possunt trementi corde mi
ramur. cum arenam maris vndarumque numerum dimensum
et ei cognitum cogitamus. cum pluviarum guttas. cum
seculorum dies et horas. cum preterita futura ne vniuersa
obstupescentes sciencie eius assistere contemplamur. cum
ineffabilem clemenciam eius. qua innumera flagicia
que singulis quibusque momentis sub ipsius committuntur
aspectu. indefessa longanimitate sustentat. cum

vocatione qua nos nullis precedentibus meritis gratia
sue miserationis asciscit. tum denique quod occasiones sa-
lutis tribuit adoptandis. tum quodam admirationis
intuemur excessu. quod ita nos nasci precepit. ut ab
ipsis cunabulis gratia nobis legisque sue notitia traderetur.
quod ipse adversarium vincens in nobis. pro solo bone volun-
tatis assensu. eterna beatitudine ac perpetuis nos premiis
muneratur. tum postremo dispensationem incarnationis
sue pro nostra salute suscepit. ac mirabilia miserationum
suarum in cunctis gentibus dilatavit. Sunt autem alie
quoque huiusmodi innumere contemplationes. que pro quali-
tate vite ac puritate cordis in nostris sensibus oriuntur.
quibus deus vel videtur mundis obtutibus vel tenetur. Quas
profecto nullus perpetuo retentabit. in quo adhuc car-
nalium aliquid vivit affectuum. quia non poteris ait
dominus videre faciem meam. Non enim videbit me homo
et vivet. scilicet mundo huic deditus affectibusque terrenis
hec moyses abbas. Sed et hoc considerandum. quod perfecti
viri cum in oratione vel in gratia contemplationis sunt
constituti. si mentibus eorum interim cogitationes vane
vel improbe occurrerint. Valde moleste hoc ferunt
et ideo quidquid ab illo vero lumine mentis aspectum
retrahit execrantur. Fastidiunt enim universa in quibus
mundus iste versatur. sed tamen impossibile est ut non
ad eum videlicet mundum tempore orationis aut contemplatio-
nis. vel brevi cogitationum rapiantur excessu. De hoc et
quibusdam aliis Cassianus in collatione patrum sic ait. Quod
etenim beato paulo. quem ad summum perfectionis culmen certum
est pervenisse illud poterit convenire quod dicit. Non enim
facio bonum quod volo. etc. Sed quid sit principaliter
bonum. quod apostolus non poterat perficere cum vellet. dili-
gentius indagemus. Est enim bona castitas. laudabilis
continentia. miranda prudentia. larga humanitas.
circumspecta sobrietas. modesta temperantia. sancta iusti-
tia. que omnia in apostolo paulo. eiusque consortibus

ita plena atque perfecta fuisse non dubium est ut virtutum
potius quam verborum magisterio ab eis religio doceretur.
Sed una et sola est theoria .i. contemplatio dei. cuius me
rito omnia iustificationum merita. universa virtutum studia
postponuntur. et eius comparatione frustrantur. Bonum ergo hoc
summum .i. dei conspectu frui. et christo iugiter inherere. ut per
fecte apostolus possit adipisci. dissolvi optat cum corpore
quod caducum. et multum fragilitatis sue necessitatibus
impeditum non potest. a christi consortio non avelli. Quod
enim tam pertinax sanctorum studium. quod tam arduum potest
esse propositum. cui non aliquando ille versutus insidiator illudat
Quis ita sollicitudinem sectatus est. ut numquam cogitationi
bus superfluis labatur. Quis tam familiaris est deo. tam
que coniunctus. qui apostolicum illud impleri. quo sine intermissio
ne orare nos precepit. vel uno die se gaudeat consequutum
Que licet omnia nonnullis qui sunt gravioribus viciis in
voluti. levia atque a peccati pena aliena videantur. scientibus
tamen perfectionis bonum etiam minimarum rerum. multitudo
gravissima est. Multis que sibi maculis videntur aspersi.
si non dicam vane cogitationis improbitas materia mentis
irrepserit. sed vel psalmi qui dicendus est recordatio orationis
tempore intentionem supplicantis averterit. nec levi peccato
astringi se. qui precem deo fundens subito a conspectu
eius. qui ab oculis non videntis nec audientis cogita
tionis improbe vanitate secuntur abscesserit. Unde qui sum
mam totius voluntatis et gaudii et beatitudinis sue in
divinarum spiritualium rerum tantum contemplatione constituunt
cum ab ea vel inviti vel paululum violentis cogitationi
bus abstrahuntur. velut quoddam in se sacrilegii genus pre
senti penitudinis puniunt ultione. ac vilissimam
creaturam ad quam sic detortus mentis intuitus erat a
tore suo se pretulisse lugentes pene impietatis sibi cri
men ascribunt. Et quidquid ab illo vero lumine mentis
aspectum retrahit execrantur. fastidiunt ergo universa
in quibus mundus iste versatur. sed impossibile est

Ut non ad eum vel brevi cogitationum rapiantur excessu.
Nullus quippe ecclesie nunc hominum excepto salvatore nostro naturalem
pervagationem mentis ita defixus semper in dei contemplatione
continuit ut nunquam ab ea raptus mundane cuiusquam rei
dilectione peccaret. Dicente scriptura. Sidera ipsa non
sunt munda in conspectu eius. et inter sanctos eius nemo mun-
dus. Cum ergo semetipsos cottidie sentiant sancti ter-
rene cogitationis pondere pregravatos ab illa mentis
sublimitate decidere. et invite immo etiam nescientes in le-
gem peccati mortis quippe transduci. hinc profecto pro quibus
ad deum iugiter ingemiscant. et in veritate humiliati atque
compuncti ad gratiam dei que impios iustificat convolan-
tes cum apostolo protestantur. Infelix ego homo quis me libe-
rabit de corpore mortis huius. et condelectantur quidem legi
dei secundum interiorem hominem que visibilia universa transcen-
dens conatur deo semper uniri. semper vident aliam legem in
membris suis etc. Vere enim lex peccati est quam humano
generi prevaricatio induxit. qua maledicta terra in
operibus nostris post agnitionem boni ac mali cogitationum
spinas cepit ac tribulos germinare. Quarum aculeis na-
turalia virtutum semina prefocantur. ne illum panem qui de
celo descendit et confortat cor hominis edere absque vultus
nostri sudore possimus. Hoc ergo inevitabile corpus est
mortis per quod perfecti quique qui gustaverunt quam suavis
est dominus cottidie sentiunt cum propheta quam malum
sibi et amarum est discedere a domino deo suo. Hoc est corpus
mortis quod celesti eos intuitu retrahens ad terrena redu-
cat. quod psallentes eos atque orationi prostratos vel huma-
nas effigies vel sermones vel negocia vel actus facit
superfluos retractare. et volentes deo iugiter inherere per-
fectionem tamen huius boni quia mortis corpus obsistit
invenire non possunt. sed faciunt malum quod nolunt
id est traducuntur mente etiam ad illa que ad profectum non
pertinent. Idcirco cottidianis suspiriis sue fragilitatis
compuncti dum cogitationum varietates et conscientie latebras
perscrutantur suppliciter clamant. Non intres in iudicium etc.

Et illud Quis gloriabitur castum se habere cor. et ita infir-
mam hominis imperfectamque iusticiam ac sine gratia dei semper
indignam esse senserunt. proinde quia hiis omnibus
ociosis ac superfluis rebus volucrem humane mentis
excursum fatemur carere non posse. per hoc utique consequenter
sine peccato nos non esse veraciter confitemur. Quanto quis
magis profecerit mens humana et ad interiorem contem-
placionis pervenerit puritatem. tanto se immundiorem quasi
per speculum sue puritatis inspiciet. quia necesse est.
ut dum animus ad sublimiorem se tendit intuitum. et
maiora quam agit prospiciens concupiscat illa in quibus
est. et inferiora semper ac viliora despiciat. plura siquidem
denotat sincerior obtutus. parit que maiorem reprehensi-
onis dolorem. irreprehensibilis vita. et multiplicat ge-
mitus atque suspiria. emendacio morum et emulacio
attenta virtutum. Nemo enim illo in quo est potest esse
contentus. et quanto quis fuerit mente purgacior. tanto
se sordidiorem videns. magis humilitatis quam elacionis
invenerit causas. Quantoque magis ad sublimiora con-
scenderit. tanto amplius providet sibi superesse quo ten-
dat. Denique qui carnem suam crucifixerunt cum viciis
et concupiscenciis. et quibus vere crucifixus est mundus
cum de cordibus suis non solum radicitus vicia univer-
sa convulserint. Verum etiam cogitaciones ac memoriam pecca-
torum conentur excludere. nichilominus tamen cottidie fide-
liter profitentur. ne una quidem hora macula se posse
carere peccati. Nec tamen ex eo debemus nos a dominica
communione suspendere. quia nos cognoscimus peccatores
sed ad eam magis ac magis est propter anime medi-
cinam et purificacionem spiritus avide festinandum. Verum
tamen ea humilitate mentis ac fide. ut indignos nos
perceptione tante gracie iudicantes. pocius nostris reme-
dia vulneribus expetamus. Alioquin nec annuatim quidem
digne presumenda est communio. ut quidam faciunt. qui ita
sacramentorum celestium dignitatem et sanctificacionem ac meritum
metiuntur. ut estiment ea non nisi sanctos et inmaculatos

debere presumere. et non pocius ut sanctos mundos que nos
sua participacione purificant. Cum profecto maiorem arro-
gancie presumpcionem. quam declinare sibi videntur incurrunt
quia vel tunc cum ea percipiunt. dignos se eorum percepcione
diiudicant. Multo autem iustius est. ut cum cordis humilitate
credamus et fateamur illa sacrosancta misteria. nunquam pro
merito nos posse contingere. quam ut vana persuasione
cordis elati vel post annum dignos eorum participacione nos
esse credamus. hec Cassianus. Debent hii eciam qui studio
contemplacionis intendunt magnopere curare. ut mentem
semper in humilitate custodiant. ne propter elacionem graciam con-
templacionis amittant. Ad hoc hortatur beatus Gregorius in libro
super ezech. sic dicens. Cuiusque iam lumini contemplacionis inten
dit. curare magnopere debet. ut mentem semper in humilitate
custodiat. nunquam se de gracia qua infunditur extollat
Quia hii qui vere speculatores sunt. semper sensum
in humilitate custodiunt. atque ad eorum mentes intelligencia conte-
placionis intrat. sed iactancia non intrat. quia et apta est in mentibus
gracia qua replentur. et tamen adversarium ingredi per
superbiam non permittunt. Nullus ergo se domum veri lu-
minis estimet habere primatum. quia in eo quod se habere
principium estimat. sepe alter est dicior. qui se habere aput
se boni aliquid non putat. hec Gregorius. De deo trino et uno xlvi

Cum igitur contemplacio sicut ex precedentibus
intelligo sit quedam mentis direccio sive in-
tuitus in deum. Nunc desidero ut de deo trino
et uno velis michi aliqua enarrare. De deo trino et
uno ut informacionem sanam habeas. primo debes scire
quod summa contemplacionum genera sunt duo. Primum versatur
circa divinitatis unitatem. Secundum vero circa personarum
trinitatem. De hoc Richardus de sancto victore sic ait. Summa
contemplacionum genera sunt duo. que designantur per
duos cherubyn. qui extenti fuerunt super propiciatorium
Primum est supra racionem. nec tamen preter racionem. Secundum
est vero supra racionem et videtur esse preter racionem. Primum
versatur circa divinitatis unitatem. Secundum autem circa

personarum trinitate. Illa sane supra racionem sed preter racionem non sunt que quamvis racio patitur esse nulla tamen humana racione investigari possunt ut est de unitate deitatis. Illa autem dicimus et supra racionem et preter racionem esse quibus videtur omnis racio humana contraire qualia sunt ea que de trinitatis unitate credimus et multa que de corpore Christi indubitata fidei auctoritate tenemus. Quod enim in una et simplici essencia triplex persona sit. Vel quod unum idemque corpus eodem in tempore in diversis locis esse possit nulla humana racio patitur. et hys assertionibus omnis absque dubio raciocinatio reclamare videtur. hec Richardus. Nunc igitur videndum est de primo genere contemplacionis videlicet de divinitatis unitate. De hoc idem Richardus in iiii libro de contemplacione sic ait. Primum autem genus contemplacionis versatur circa divinitatis unitatem. Deus enim est simplex et summe unum et in illo uno et simplici bono est omne bonum. Quantum ad essenciam nichil illo simplicius. quantum ad efficaciam nichil illo multiplicius. Deus quippe omnipotens est. et ubique potest. Potencialiter ergo ubique est. et ubi locus est et ubi locus non est. Sed vero potencialiter et essencialiter. quia non est alia eius potencia et alia eius essencia. Essencialiter ergo est intra omnia et extra omnia. infra omnia et supra omnia. Si intra omnia nichil illo secrecius. Si extra omnia nichil illo remocius. Si infra omnia nichil illo occultius. Si supra omnia nichil illo sublimius. Quid ergo illo incomprehensibilius quo nichil secrecius. nichil remocius. nichil occultius. nichil sublimius. Item si non est aliud eius potestas et aliud eius felicitas. ubicumque summa potestas. ibi et summa felicitas. summa ergo ubique felicitas est. Quo ergo vel in inferno summe miserie locus esse potest. Vel potest quisquam miser esse. cui summa felicitas numquam potest abesse numquam deesse. hec omnia mira. et vere incomprehensibilia sunt. Multa et pene innumerabilia circa divinitatis unitatem. et vere unitatis consideracionem racio approbat. cum tamen non comprehendat. hec Richardus. Et beatus Bernhardus de deo.

et eius effectibus in epistola ad eugenium papam sic ait. Quid est deus voluntas omnipotens. benivolentissima virtus. lumen eternum. incommutabilis racio. summa beatitudo. creans mentes ad se participandum. vivificans ad senciendum. afficiens ad appetendum. dilatans ad capiendum. iustificans ad prome rendum. accendens ad zelum. fecundans ad fructum. dirigens ad equitatem. formans ad benivolenciam. moderans ad sa piencia. roborans ad virtutem. visitans ad consolacionem illuminans ad cognicionem. perpetuans ad immortalitatem implens ad felicitatem. circumdans ad securitatem. hec bernhardus. De deo eciam per quendam sic dicitur. Deus est cui esse totum est inseparabile. quoddam sine fine substancie. pelagus nul lis terminis limitibusque circumdatus. omnem sensum omnemque naturam. omne tempus supergrediens. Neque enim potest au geri. qui immensus est. nec minui qui unus est. nec loco mutari qui ubique est. nec tempore qui eternus est. nec cogita tione quia sapientissimus est. nec affectu quia optimus est. Ipse longitudo propter eternitatem inestimabilem. latitudo propter caritatem immensurabilem. sublimitas propter maies tatem inattingibilem. profundum propter sapienciam inscru tabilem. hoc sancti secundum apostolum comprehendunt. hec ille. Et quamvis nichil dignum de deo humanus sermo possit eloqui. tamen latitudo. longitudo. altitudo. et profundi tas deo quodammodo in esse legitur. De hoc beatus augustinus sic ait Nichil enim dignum de te deo humanus sermo loquitur. quia nec secundum qualitatem aut quantitatem situm vel habitum seu motum aliquid digne de te dicitur. et tamen latitudo altitudo. longitudo. et profunditas tibi quodammodo inesse legitur. Sed latitudo caritatis. qua nos ab erro re colligis et contines in veritate. longitudo vero qua nos tua longanimitate malos portas. donec emendatos future patrie restituas. Altitudo autem qua omnem sen sum et hominum. et angelorum. immensitate sciencie superex cellis. Profunditas quoque qua dampnandos inferius iuxta equitatem disponis. atque recto iudicio iudex iustus preordinas. Omne igitur supergrediatur creaturam. et mentis

intuitū vltra om̄ia diligat. q̄ aliquid voluerit de tua p̄-
libeare ꝓprietate sūma boni deitas. hec aug⁹. Sic igitur
habem⁹ de p̄mo gen̄e cōtemplacionis. q̄d versat᷑ circa
diuinitatis vnitatē. Scd̄m genus cōtemplacōis v̄sat᷑
circa p̄sonaꝝ trinitatē. De hoc rich⁹ de s̄cō vic. in q̄rto libro
cōtemplacōis sic ait. Scd̄m cōtemplacōnis genus v̄sat᷑
circa p̄sonaꝝ trinitatē. trinitatis q̄ꝫ speculacōnē. Nā
multa firmit᷑ credunt᷑ veracit᷑ asserunt᷑. que tamē non
solum supra racōnē sed etiā contra racōnē esse videntur
Credim⁹ vnū deum patrē et filiū. et spm̄ s̄pm̄. patrem
a nullo. filiū a patre solo. spm̄ s̄cm̄ a patre et filio. filiū
nascendo. spm̄ s̄cm̄ procedendo. Credim⁹ itaq̄ꝫ vnū eūdēq̄ꝫ
in p̄sonis trinū. et in substancia vnū. Unde alius est p̄r
alius est filius. alius est sp̄us s̄cus. nec tamē aliud p̄r
q̄m filius. nec aliud p̄r vel filius. q̄m amboꝝ spiritus.
Nam alia est p̄sona patris. alia filij. alia sp̄us sancti. cū
sit omnibus vna substancia. eadem essencia. et sola natu̅.
Hec om̄ia credim⁹. hec om̄ia profitem᷑. et cōstant veracit᷑
esse. et tamē in hijs omnibus. si iuxta humanā estimacō-
nem pensent᷑. videt᷑ hūana racio fortit᷑ repugnare. hec
rich⁹. Et nōndum q̄ pater qui est fontalis om̄ium boni-
tas. quia potuit et voluit. filiū dil̄cm̄ genuit. cui b̄ti-
tudinis sue delicias plenissime communicauit. Coetnum
genuit. quia nunq̄m sine illo fuit. Consubstāncialem q̄ꝫ
ne diuinitatis substācia. duplicet᷑. Dicit᷑ tamē pater ge-
nuisse alteꝝ se. scilꝫ. alterā p̄sonā. que est hoc quod ipe.
Ex vtroq̄ꝫ eciā sp̄us s̄cus procedit. Ut ambo se mutuo di-
ligentes. t̄ciū quoq̄ꝫ cōdilectum habeāt. cui caritatis
sue delicias om̄io communicarēt. in quo ecc̄. et p̄ quē crea-
ture racōnabiles pro modulo sue capacitat᷑ eisdem par-
ticiparēt. Ipē enī est caritas vtriusq̄ꝫ cōiungens. nosq̄ꝫ sub-
iungens. A fonte igit᷑ bonitatis qui pater est procedit
donū amoris qui sp̄us s̄cus est. si aūt a patre cōseq̄ncis
et a filio. quia pater nichil sibi retinuit. q̄ nō filio suo
gingnēdo dederit. sicut ipē ait. Om̄ia que habet pater
mea sunt. ꝓpterea dixi quia de meo accipiet. et annūciabit

vobis. Est aut spus sanctus equalis vtriqz. quia
ex summa liberalitate oportuit summu donu procedere. ergo
et summu bonu. Est eciā deus quia donū intrinsecum
est. et quidqd est in deo deus est. ob hoc et vterqz coetnus
est. quia donū intrinsecū prius in deo fuit qm esse. vel
aliud quidqz creaturas cogitaret exterius et distribueret

De proprietate psonarum que in diuina natura subsistunt.

Thomas de aquino sic dicit. In diuina natura tres psone
subsistūt. et hii tres sunt vnus deus. et solis relacōibus
distiguunt. paternitas racōne filiacōis. pater aut et fi
lius a spu sancto spiracōne. vt ita dicatur spus scs a pre
et filio processione amoris. qua ab vtroqz procedit. pt
has tres. non est quartam in diuina natura ponere psonam
Dicit ecia de hoc btus aug in li de vbis apli. Audiuimus
dicentē dnm. Ego sum qui sum. et deus summe bonus
est. Cum audis deus summe bonus est. noli putare de
deo tm patre dictū. sed de patre et filio et spu sancto. hec
enim trinitas vnū sunt et vnus deus est. et summe bonus
est. Ita plane vnus est deus. vt qn de ipa trinitate in-
rogaris hoc respondeas. ne forte cum audieris. vnus
est deus putes ipm esse prem. ipm esse filiū. ipm esse
spm sanctū. Non ita est. sed qui pater est in illa trini
tate filius nō est. qui filius est in illa trinitate nō est
pater. qui spus scus est in illa trinitate nec filius est
nec pater. sed spus patris. idemqz spus filii. ipe est enim
vnus spus sanctus. et patris et filii. coeternus patri et
filio cosubstancialis et equalis. hec tota trinitas vnus
deus summe bonus. hec aug. Est igitur solus et verus
deus eternus immensus incommutabilis. omps et ineffa
bilis pater et filius. et spus sanctus. tres quidem pso
ne. sed vna essencia. substancia seu natura simplex omnino
pater a nullo. filius a patre solo. spus scus ab vtroqz
absqz inicio et absqz fine. pater generans. filius nascens.
spus scus a patre et filio procedens. hec tres psone sunt
consubstanciales coeterne. omnipotentes coequales. vnum
vniuersorum principium. creator omnium visibilium et invisibilium.

spiritualium et corporalium creator. hec autem sancta trinitas
secundum suam essentiam est indiuidua. et secundum personarum proprie-
tates est discreta. et nature sue simplicitate non admittens
diuisionem. nec in personali proprietate recipiens vnitatem
sed semper in essencia vnitas. et in personis pluralitas inue-
nitur. a qua omnis confusio. et mutua commixtio remoue-
tur. quia cum alius sit pater. alius filius. alius spiritus sanctus.
pater non potest esse filius nec spiritus sanctus. sic nec econuerso
spiritus sanctus non potest esse pater vel filius. nec filius pater
vel spiritus sanctus. Est ergo pater qui generat. filius qui
gignitur. et spiritus sanctus qui procedit. Vt simplex distinctio
sit in personis. et in natura vnitas teneatur. Vnde licet
alius sit pater. alius filius. alius spiritus sanctus. non tamen aliud. Quia
id quod est pater. est filius et spiritus sanctus. pater vero generando
totam substanciam suam ei dedit sine diuisione. et tamen
totam retinuit sine diminucione. et sic vna et eadem res
est pater gignens. et filius nascens. et spiritus sanctus ab vtroque
procedens. De hac trinitate beatus Augustinus sic dicit. Trinitas
diuinarum personarum est summum bonum. et purgatissimis men-
tibus cernitur. Vna est enim indiuisibilis essencia. persone
tres. Et hee tres persone sunt vna essencia et vnus deus. et quelibet earum est
vna essencia et vnus deus. pater a nullo. filius a patre nascendo. spiritus sanctus
a patre per filium procedendo. pater filium generat. filius gignitur
et pater cum filio spiritum sanctum spirat. et quod filius spiritum sanctum
spirat. hoc habet a patre. Quicquid enim persona habet vel facit
hoc habet a persona a qua est. et ideo quia filius est a
patre et ab ipso omnia habet. et quia spiritus sanctus est a patre
et filio. ideo habet quod habet communiter ab vtroque. Sed propter
huius nascibilitatem. pater non est maior nascente vel spiritu
sancto procedente. quia vnitas diuine essencie equaliter
est in ipsis. hec Augustinus. Et nondum quicquid ad se dicuntur
pater et filius. non dicitur alter sine altero. i. quicquid dici-
tur quod substanciam eorum ostendat simul dicuntur. Non ergo pater
est deus sine filio. nec filius sine patre. sed ambo simul
deus est et vnus deus. Quo circa quicquid secundum substanciam vel
eternitatem de eis dici potest. ambo simul sunt. Et quamuis

de filio dicat^r. deus de deo lume͞n de lumine. ābo tame͞n simul
et semp̄ vnus deus et vnū lumen. Vnde sciendū p̄rem
et filiū et sp̄m sc̄m vnū esse naturalit^r deum. nec tamen
ip̄m patrem esse qui filius. nec filiū ip̄m esse qui p̄r
est. nec sp̄m sc̄m esse ip̄m. qui pater est aut filius. Vna
est enī essencia patris et filij. et sp̄s sancti. in qua nō est
aliud pater. aliud filius. aliud sp̄us sanct^s. q̄muis p̄so-
nalit^r alius sit pater. ali^s sit filius. alius sit sp̄us sc̄us
Et nōndum q̄ tota deitas est in patre. tota in filio. et
tota in sp̄u sc̄o. nec minor in patre solo q̄m simul in p̄re
et filio et sp̄u sancto. similit^r et de filio et de sp̄u sc̄o intelli-
gendū est. De hoc et quibusdā alijs. ad sc̄am trinitatē
spectantibus. Hugo in li^o de sacramētis sic ait. Creatorē
igitur om̄ rerum vnū confitem^r et trinū. vnū in essēcia
trinū in p̄sonis. quia essencia deitatis vna est. et in essen-
cia vna p̄sone tres. p̄r et filius et sp̄us sc̄us trinus est
sine diuisione vnitatis. et vnus sine cōfusione trinitat^s
Tres aūt p̄sonas nichil aliud esse. q̄m essenciā vnam
quia tribus esse vnū est. et vna essencia est. Quapp̄ter
tres vnū sunt. sed tres vnus non sūt. quia si tres vnum nō
essent. vna essencia triū non esset. et si tres vnus essēt. tres
non essent. Ideirco tres vnū sunt. ne substācia diuidatur
et tres vnus non sunt. ne p̄sone confundant^r. Quod ergo
pater est filius est. quia vna est natā patris et filij. sed
non qui pater est filius est. quia alia est p̄sona p̄r̄s et
filij. Item que de deo scd̄m sbām dicūt^r equalit^r dicunt^r.
de patre et filio et sp̄u sancto. q̄m substancia p̄r̄s et filij
et sp̄us sancti vna est et equalit^r est. Deus nomē est.
substancie. et hoc deo esse est q̄d subām esse. Ideo pater
deus est. et filius deus est. et sp̄us sc̄us deus est. et nō tres
dij. sed vnus deus. q̄m vna substācia. et sicut alia
subām dicūt^r equalit^r dicūt^r. et de singulis singu-
lari^r et equalit^r. et de omnibus simul. nō pluralit^r. sed
singularit^r et equalit^r. et tum de singulis singularit^r
dicunt^r. non min^s dicat^r. et cū de omnibus cōiter dicunt^r.
non amplius pronunciatur. Cum enim dr̄. p̄r est deus

non mi͞n9 dicit͛ q͞m cum dicit͛ p͞r et fili9 et sp͞us s͞cus est
deus. Tota eni͞ deitas in patre et tota i filio et tota i sp͞u
sancto. nec minor in patre solo q͞m simul in p͞re et filio
et sp͞u s͞co. Similit͛ et de filio et de sp͞u s͞co intelligendu͞ est.
Notandu͞ est͛ cum potentia p͞ris aliud no͞ sit q͞m essentia
eius. nec amor sp͞us sancti aliud q͞m essentia eius. ne=
cesse omio est ubi una est essentia una͞ esse potentia͞. et
unam sapia͞m. et dilectione͞ unam. Dicit͛ eni͞ pater po
tens. et non solus pater potens. quia pote͞s est pater
et filius et sp͞us sanctus. et no͞ tres pote͞tes. sed unus
potens. quia potencia una in natura una. et s͞ba una
Et est filius sapie͞s et non solus. q͞a sapie͞s est p͞r. et fili9
et sp͞us s͞cus. et non tres sapientes sed unus sapie͞s. quia
sapia͞ una in nat͞a una et s͞uba una. Et d͞r sp͞us s͞ctus
benignus et bonus. et est quidem benignus et bonus
sp͞us s͞cus. sed non solus. quia benignus et bonus est p͞r
et filius et sp͞us s͞cus. nec tu͞ tres benigni et tres boni. sed
unus benignus et unus bonus. quia benignitas una
et bonitas una. i nat͞a una et s͞uba una. hec hugo.
Sciendum est͛ q͞ pater non est maior filio. nec pater u͞l
filius maior sp͞u s͞co. nec maius aliquid due p͞sone sil͛
si͞ut. q͞m una. nec tres simul maius aliquid q͞m due. nec
maior est essentia in tribus q͞m in duab9. nec in duab9
q͞m in una. quia tota est in singulis. Unde damascen9 ait
Confitem͞9 divinitatis nat͞az omem͞ p͞fecte esse in singl͞a
suarum ypostason. i. p͞sonar͞ omem͞ in patre. omem͞ i filio.
omne͞ in sp͞u s͞co. Ideoq͞ p͞fectus deus pater. p͞fect9 deus fili9
p͞fectus deus sp͞us s͞cus. Et inde est q͞ pater dicit͛ esse i filio
et filius in patre. et sp͞us s͞cus in utroq͞. et singuli i singl͞is
Unde aug͞ in li͞o de fide ad petrum dicit. p͞pter unitatem
nat͞e totus pater in filio et sp͞u s͞co est. totus q͞z sp͞us s͞cs
in patre et filio est. nullus hor͞ extra quelib͞z illor͞ est
p͞pter nat͞e divine unitat͞e. Et ec hic apparet aliq͞ten9
non eni͞ plene potest tantu͞ ab homine reserari archa=
nu͞. ex qua intelligencia dicatur singula p͞sonar͞
tota esse in aliis. Unde est͛ hilarius ista interi9 p͞quire͞s.

in libro iii° de trinitate ait. Affert plerisque obscuritatem
sermo domini cum dicit. Ego in patre et pater in me est. Nec
inmerito. natura enim intelligentie humane rationem huius
dicti non capit. nec exemplum aliquod rebus divinis
comparatio humana prestabit. sed quod inintelligibile
est homini deo possibile est. Cognoscendum itaque atque intel
ligendum est quid sit illud. ego in patre et pater in me est. si
tamen comprehendere hoc ita ut est valebimus. patrem igitur
in filio et filium in patre esse plenitudo in utroque divinita
tis perfecta est. Unde eadem in utroque et virtutis similitudi
nem et deitatis plenitudinem confitemur. Omnia enim filius
accepit a patre. nam si partem eiusdem qui genuit ac
cepit. neuter ergo perfectus est. Deest enim ei unde decessit
nec plenitudo in eo erit qui ex portione constiterit. Neu
ter ergo perfectus est si plenitudinem suam et qui genuit
amittit. nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo quod
pater est in filio. et filius est in patre et deus in deo. Ecce in
hys verbis ~~verbis~~ prout humana permittit infirmitas potest
intelligi. ex quo sensu dixerit christus se esse in patre et pa
trem in se. ex eodem etiam sensu intelligitur spiritus sanctus esse in
utroque et singula personarum in singulis. quia scilicet in sin
gulis est eadem plenitudo divinitatis. quia non est ma
ior divina natura in aliqua harum personarum. sed unius
et indifferentis nature sunt hee tres persone. Ideoque altera in
altera esse dicitur ut predictum est. Unde Ambrosius predictorum verborum sinum
nobis aperiens super illud verbum. deus erat in christo mun
dum reconcilians sibi ait. Per hoc intelligitur esse pater in filio
et filius in patre quia una est eorum substantia. Ibi enim
est unitas ubi nulla diversitas. Ecce trium illustrium virorum
testimoniis .s. Augustini. hilarii. atque Ambrosii in idem concinentibus
revelatione spiritus sancti in eis loquentis pie credere volentibus
ostenditur. tamen quasi per speculum. et in enigmate qualiter
accipiendum sit cum dicitur. pater in filio est. Vel filius in patre.
Vel spiritus sanctus in utroque. nec est etiam aliqua trium personarum
pars dei vel divine essentie. quia singula harum verus
et plenus deus est. et tota et plena divina essentia est.

et ideo nulla istarum in trinitate pars est. Hii ergo tres quia
unum sunt propter ineffabilem coniunctionem divinitatis qua
ineffabiliter copulantur unus deus est. pars ergo trinitatis
esse non potest quicumque unus in tribus. In trinitate igitur
qui deus est et pater deus est et filius deus est et spiritus
sanctus deus est et simul hii tres unus deus. nec huius
trinitatis tercia pars est unus. nec maius aliquid duo quam
unus est ibi. nec maius aliquid sunt omnes quam singuli
quia spiritualis non corporalis est illa magnitudo. qui potest
capere capiat. qui autem non potest credat et oret ut quod
credit eciam intelligat. Verum est enim quod per prophetam dicitur
Nisi credideritis non intelligetis. Nam secundum dictum beati
Augustini Inquirere de trinitate perversa curiositas est. credere
et tenere sicut sancta ecclesia docet fides et securitas est. Videre
autem eam sicuti est perfecta et summa felicitas est. hec Augustinus
Unde sciendum quod acies mentis humane invalida est ad
conspiciendam divine maiestatis excellentissimam lucem
nisi iusticie fidei et dilectionis divina donante gratia illus-
tretur splendore. quapropter divina votis omnibus postulan-
da est gratia ut mundentur oculi cordis ad videndum. quam
proprie trinitas sit unus deus et solus et verus deus. et quam
recte pater et filius et spiritus sanctus unius eiusdemque substancie
vel essencie dicatur. credatur intelligatur. ad huius sacratissime
beatitudinis visionem nemo nisi per fidem mundato corde
attingere poterit dicente ipsa veritate. Beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt. Et quia per fidem pervenitur ad
agnicionem. ergo prius ut hortatur beatus Augustinus Credendum
est pariter in patrem et filium et eorum spiritum et in singulis
et simul in tres. quia et singulus pater et singulus
filius et singulus eorum spiritus est summa essencia. et simul
pater et filius cum spiritu sancto sunt una eademque summa
essencia. in quam solam omnis homo debet credere. quia
est solus finis quem in omni cogitatu actuque suo per amo-
rem debet intendere. hec Augustinus. hanc summam trinitatem
idem beatus Augustinus confitetur in libro qui intitulatur speculum
ita dicens. Confiteor te patrem et filium et spiritum sanctum

in psonis trinū · in substancia vnū · verum deum omī
potentē · visibiliū et invisibiliū conditorem · nō corp⁹
aut in corpore positum · neqꝫ ex diuersis spēbus admix
tum · aut membrorꝫ cōpaginibus effigiatū · sed vnius
simplicis et incorporee invisibilis · et incircūscripte natē
te quidem verū patrē sūme bonitatis · et totius diui
nitatis pncipiū · incircūscripte et ingenite maiestatis deū
ex nullo initiū ducentē · sed hōibus initiū dantem ·
Credo et confiteor nō corporali progenie · neqꝫ ex trin
secus · nō necessitate neqꝫ voluntate sed natura filiū
generantē · Confiteor et verū te filiū ex patre sine ini
cio ineffabilit͛ natum verū deum vnigenitū · p quem
omīa facta sunt et verbum patris v͛bum nō factum
non creatū · nō adoptiuū sed genitum · et vnius cum
patre sub͛e · atqꝫ ita p omīa equalem deo patri · vt nec
tpe nec gradu · nec potestate esse possis inferior · tātūqꝫ
te esse confiteor · qui genitus es · quātus est ipe qui ge
nuit te · Non aūt quia dico genitū a patre filiū diui
ne et ineffabili generacōi aliqd tempus ascribo · sed
nec patrem aliqñ cepisse nec te eius filiū · quia semp
fuit pater · nūqm igit͛ non fuisti filius · Non enim
aliter confiteri possum⁹ etnū patrem · nisi cōfitea
mur eciā te coeternū filiū · Ex filio eñ pater dicit͛ ·
et quia semp pater fuit · semp habuisse filiū dubiū
non est · Te quoqꝫ credo spm̄ sanctū verum deum
non factū · nec creatum nec genitū · neqꝫ ingenitū
sed ex patre filioqꝫ inenarrabilit͛ procedentē · et ī pr̄e
simulqꝫ filio substācialit͛ pmanētem · Sic igit͛ ab vtrꝫ
procedis vt inseparabilit͛ in vtroqꝫ pmaneas · atqꝫ
ita p omīa deo patri et filio equalem coeternum
et consb̄alem vt neqꝫ ptāte neqꝫ voluntate · neqꝫ
etnitate · neqꝫ sub̄a · differri possis ab eis vel precedi
a quibus procedis · Igitur etnū prēm sine natiuitate
eternū filiū et cū natiuitate · etnū spm̄ sanctū cū
processione sine natiuitate · totū prēm in filio et
spū sancto · totū filiū in patre et spū scō · totū spm̄

sanctū in patre et filio ꝑmanētem. Patrē et filium
et spm sanctū. vnū deum omnipotētem vna potestate
vno quoqꝫ regno vna maiestate vna eternitate ex tūc
et nūc et semꝑ vbiqꝫ regnātem. corde credo. ore cōfiteor
et mente diligo. hec augꝰ. Unde scdm qd dicit Richꝰ de
scō vic. in iiijꝰ libꝰ de cōtemplacione. caute est nobis
obseruādū et diligentꝰ ꝑcauendū vt sic in summis illis
et diuinis astruamꝰ substācie vnitatem. vt tamē non
euacuemꝰ ꝑsonarū trinitatē. et sic cōfirmemꝰ ꝑsonarū
trinitatē. vt tn̄ non dissipemus substācie vnitatē. Qm̄
multi in eo qd de summe diuinitatis vnitate senciūt. verā
trinitatis fidem euacuare contēdūt. Et item qm̄ multi
in eo qd de trinitate asserūt. diuine essencie vnitatem
dissipare volūt. Arrius dicit. Aliud est pater. aliud est
filius. aliud est spūs scūs. Recte quidem diceret si alius
diceret. non aliud. Is vtiqꝫ in eo qd dixit aliud diuinitatis vni
tatem dissoluit. Sabellius dicit. Idem deus qn̄ vult
pater est. qn̄ vult filius est. qn̄ vult spūs scūs est. ipse tn̄
vnus est. Iste aūt in eo qd loquitꝰ vere trinitatis fidem eua=
cuare conatur. Debent itaqꝫ dicti illi cherubin. ꝑ quos
designantꝰ summa duo genera cōtemplacōnū se ipsos
mutuo respicē. nec vllā intelligencie sue consideracōe
a mutuo cōcordie cōsensu speculacōis sue oculos in cō
traria diuertere. Sed scdm ꝑdictos hereticos. cherubyn
nři ab altutꝰ aspectu faciem auertūt. quia cōtraria as=
sercione multum diuersis et sibi ipsis oppositis intēdūt
et acquiescūt. Scdm pmū cherub dicimꝰ quia vnus et
solus deus est. qui cūcta ex nichilo creauit. Iuxta scdm
cherub affirmamꝰ quia alius est qui genuit. et alius
est quē genuit. et alius est qui ab vtroqꝫ procedit Sꝫ
cherubin isti duo respiciāt semutuo. et dicamꝰ qa vnus
idemqꝫ deus est substancialitꝰ vnus et ꝑsonalitꝰ trinus
Dicimꝰ scdm pmū cherub. quia pr et filiꝰ et spūs scūs
vnū sunt in substācia vna. in essencia vna in natura
vna. Dicimꝰ iuxta cherub scdm. quia alius est pater in
ꝑsona/ et alius filius in ꝑsona. et aliꝰ spūs scūs in ꝑsona

Respiciant se cherubim mutuo et profitemur absque dubio quia
non sunt aliud et aliud pater et filius et spiritus sanctus quamvis
veraciter sint alius atque alius. Alius itaque est pater alius
filius alius spiritus sanctus iuxta cherub secundum. Nec tamen
aliud est pater aliud est filius aliud est spiritus sanctus iuxta
cherub primum. Cum secundum mutuum respectum veraciter affir-
memus quia pater et filius et spiritus sanctus non tres dii sed unus
deus. Iuxta secundum cherub confitemur quia filii substantia nostre
substantie in unam personam unita est. Iuxta cherub pri-
mum indubitanter affirmamus quia patris et filii et spiritus sancti
substantia una et individua est. Veruntamen iuxta mutuum respec-
tum profitemur quia solus filius veraciter incarnatus
est. Cherub itaque cherub respiciat. Quando unus dicat alius non
contradicat et illa que sue considerationis sunt sic unus
asserat ut tamen que alterius sunt omnino evacuare nolit.
Cherubim se mutuo respiciunt quando summa duo contemplatio-
num genera in unitate sibi occurrunt et mutua sibi veritatis
concordia alludunt. Et notandum si illa que de personarum
trinitate et substantie unitate in deo credimus per mentis excessum
videre et pura perspicuaque intelligentia capere nequimus.
Nichilominus tamen ea que inde catholica traditione acce-
pimus fide tenemus per ut nobis possibile est in frequentem con-
siderationem adducamus ut ex eiusmodi studio divinarum
revelationum copiam promereri possimus. Puto siquidem
quia divinarum revelationum consolatio non omnino peregrina
erit eis qui divinorum sacramentorum archana fidei oculo
tam frequenter quam libenter aspiciunt. Quanto magis illis ma-
xime familiaris erit qui ea intelligentie oculo assidue
contemplando et per mentis excessum sepe videndo de-
siderio suo satisfacere non possunt. Hec Richardus. Sic igitur
habemus de secundo genere contemplationis quod versatur circa
personarum trinitatem. Et notandum secundum doctorem Thome de aquino
quod deus cum omnino sit indivisibilis et simplex non determina-
tur ad aliquem locum ut esse dicatur ubique quod videlicet una
pars eius sit hic alia illic. Sed immensitate virtutis sue at-
tingit omnia que sunt in loco cum sit universalis causa

essendi. Movens enim et motum oportet esse simul. Deus
autem omnia movet ad suas operationes. est igitur in omnibus.
Unde sciendum quod res corporea est in aliquo loco secundum contac-
tum quantitatis dimensive. sed res incorporea per contactum
virtutis cum careat quantitate dimensiva. Si autem esset
aliquod corpus habens quantitatem dimensivam infinitam
oporteret illud esse ubique. ergo si sit aliqua res incorporea
habens virtutem infinitam. oportet illud esse ubique. quod sit
deus autem est huiusmodi. ergo est ubique. hec Thomas. Et quamvis
sit ubique. a nullo tamen eorum que sunt comprehenditur. Unde
dicit Scotus. Deus enim in omnibus super omnia est. ipse quidem
essentia omnium est. qui vere solus est. et cum in omnibus to-
tus sit. extra omnia totus esse non desinit. Dum enim per
omnia que sunt diffunditur. a nullo eorum que sunt comprehenditur.
quia esse quidem de eo predicatur. quid autem sit penitus
ignoratur. hec Scotus. Ergo prout dicit beatus Augustinus. Intelli-
gamus deum si possumus quantum possumus. sine qualitate
bonum. sine quantitate magnum. sine indigentia creatorem. sine
situ presentem. sine habitu omnia continentem. sine loco ubique
totum. sine tempore sempiternum. sine ulla sui mutatione muta-
bilia facientem. nichilque patientem. hec Augustinus. De hoc etiam
quomodo deus voluntate sua cuncta creavit. et quomodo in ipso omnia
fuerunt. antequam ad formarum suarum visibiles procederent species.
et quomodo per molem corporis nusquam est. et tamen per incircu-
scriptam substantiam nusquam deest. De hiis et quibusdam
aliis ad divinitatis potentiam pertinentibus Petrus Dami-
ani sic dicit. Voluntas quippe dei omnium rerum sive visibi-
lium sive invisibilium causa est. ut existant adeo ut condi-
ta queque. antequam ad formarum suarum visibiles procederent
species. iam veraciter atque essentialiter viverent in sui opifi-
cis voluntate. quod factum est. ait Iohannes. In ipso vita erat.
Et idem in Apocalipsi. Tu creasti omnia. et propter voluntatem
tuam erant. et creata sunt. Prius dicit quia erant. et
postmodum fuisse creata. Quia que foris expressa sunt
per conditionem operis. iam intus erant in providentia et con-
silio conditoris. Constat itaque deum omnipotentem omnia

secula in eterne sapientie sue thesauro concludere. Vt nec ad se quid accedere. nec a se quidquam per temporum valeat momen-
ta transire. Illa igitur ineffabili sue maiestatis arce pre-
sistens. sic omnia in presentie sue constituta conspectu. vno
ac simplici contemplatur intuitu. vt sibi nunquam pe-
nitus vel preterita transeant vel futura succedant. Cui dum
semper esse. atque idem esse est perpetuitatem. dum omne quod
labitur circumstabit. intra semetipsum omnium cursus tem-
porum claudit. et sicut intra se sine transitu cohibet omnia
tempora. ita nichilominus intra se sine spacio vniuersa
continet loca. hinc est quod ait. Celum et terram ego imple-
bo. Item per prophetam dicit. Celum michi sedes est. terra autem
scabellum pedum meorum. Rursum quoque de eo scriptum est
Celum metitur palmo. terram pugillo concludit. Sedi
quippe cui presidet interior. et superior manet. Nam
celum palmo metiens. et terram pugillo concludens osten-
ditur quod ipse sit circumquaque cunctis rebus quas creauit ex-
terior. Id namque quod interius concluditur. a concludente exte-
rius continetur. Per sedem ergo cui presidet esse interius ac sup-
perponditur. Per pugillum vero quo continet esse exterius
subterque signatur. Quia enim ipse manet intra omnia.
ipse extra omnia. ipse super omnia. et superior est per potentiam
et inferior est per sustentationem. et exterior per magnitudi-
nem. et interior per subtilitatem. Vbi ergo sit aliquid
absque eo qui cum per molem corporis nusquam est. per in-
circumscriptam substantiam nusquam deest. De quo ait apostolus
Quia in ipso constant omnia. Et rursus. Quoniam ex ipso et
per ipsum et in ipso sunt omnia. Est enim ut ita dixerim localis
illocalis qui sic in se continet omnia loca. vt non moueatur
ipse per loca. Et cum omnia simul impleat. non per partes suas
occupat partes loci. sed totus vbique est. Nec per ampliora lo-
ca distractior. nec per angustiora contractior. nec altior
in excelsis. nec plus humiliatus in infimis. non maior in
magnis. sed vnus idemque simplex. et equalis vbique
nulla indigens creatura. sed eo indiget omnis creatura
Nam et antequam virtutes angelicas condidisset. antequam

tempus vel temporale aliquid extitisset. plenas atque perfectas
immortalitatis et glorie divinitas possidebat. Ad creandum
igitur quod non erat. non eum alicuius inopie necessitas im-
pulit. sed sola proprie clementie bonitas provocavit. Nec
beatitudinis rerum conditio conferre aliquid potuit
cum ita per se et in se sit plenus atque perfectus ut nec existen-
te creatura sibi aliquid accedat. nec ea pereunte decedat
hec petrus damiani. Unde considerandum quod deus non loco
continetur. Ipse enim sibimetipsi locus est. quia in se habi-
tat et existit. et ideo in se continet omnia loca. nec tempore va-
riatur. nec alicubi est. quia corpus non est. sed omnia in ipso
et ipse in omnibus. non particaliter divisus. sed ubique totus
intra omnia non inclusus. extra omnia non exclusus. super
omnia non elatus. infra omnia non depressus. Ubique nempe
est per divinitatis presentiam. in sanctis autem familiarius per inha-
bitationis gratiam. propter quod non dicimus pater noster qui es ubique
licet et hoc verum sit. sed qui es in celis. id est in sanctis. quodam
saltem excellentiori modo. Celum autem quod dicitur trinitatis
non est locus aliquis corporeus. extra mundum vel intra.
saltem ut habitet trinitas sicut angeli in empireo. sed est
ipsa trinitatis excellens maiestas que ubique est. et omnia
implet et continet et excedit. ac superat omnia. non loci
positione. sed nature dignitate. et omni potentie sublimi-
tate. Unde lucifer ait. In celum ascendam. id est ad equali-
tatem dei ascendam. Et sciendum quod deus incommuta-
biliter in se existens. presentialiter essentialiter potentialiter
est in omni natura sine sui diffinitione. et in omni loco
sine circumscriptione. et in omni tempore sine sui mutabilitate
De hac divine magnitudinis immensitate Isidorus in libro
de summo bono sic dicit. Divine magnitudinis immensitas
ista est ut intelligamus eum intra omnia. sed non inclusum
et ideo interiorem ut omnia contineat. extra omnia. sed non
exclusum. et ideo exteriorem ut incircumscripte magnitu-
dinis sue immensitate omnia concludat. Per id ergo quod
exterior est ostenditur esse creator. per id vero quod interior
gubernare omnia demonstratur. ac ne ea que creata sunt

sine deo essent· intra omīa deus est· vel ne extra deum
essent· deus exterior est vt omīa concludant͛ ab eo· Et no-
tandum q̄ intelligibilit͛· quodā̄ mixo modo dei essencia
sciri potest· dum esse credit͛· hec ysidorus· Considerandū
etiā prout dicit btūs greg͛· in xvi° li° mor̄· q̄ omipotens
deus sic intendit omnibus· ut assit singulis et simul
omībus nunq̄m desit· Nam et si quosdam peccantes
deserit· eisdem tamē ipīs adest p̄ iudiciū· quibus deesse
cernit͛ p̄ adiuuamētum· Sic itaq̧ exteriora circūdat
vt interiora impleat· Sic interiora implet vt exterio͛a
cīrcūdet· Sic sūma regit vt yma nō deserat· sic imis p̄ns
est vt a sup̄ioribus non recedit· sic latet in sua specie
vt tamē cognoscatur in op̄acione· sic cognoscit͛ in ope
suo vt tamen comp̄hendi non valeat agnoscentis
estimacione· sic adest vt videri nequeat· sic videri non
valet· vt tamē eius p̄ñcia ip̄a sua indicia testent͛· sic se
nobis intelligendum prebet· vt tamē ip̄m nobis ta-
dū sui intellectus obnubilet· et rursum sic caligine
ignorācie nos rep̄mit vt tamē mētí nrē radys sue clari-
tatis intermicet· q̄tīus et subleuata quippiam videat·
et reuerberata cōtremiscat· et quia eum sicuti est vide͛
non potest· aliq̄ñ videndo cognoscat· hec gg͛· Sciendū
etiā q̄ deus vbiq̧ est· Ip̄e namq̧ manet intra omīa·
extra omīa· supra omīa infra omīa· De hoc idem btūs
gg͛ in y° li° mor̄· expones illud dñi· Egressus est sa-
than a facie dñi· sic ait· Quid est q̄ sathan a facie domi-
ni dicit͛ egressus· Quo em̄ exitur ab eo qui vbiq̧ est· Ip̄e
em̄ manet et intra omīa· ip̄e extra omīa· ip̄e supra
omīa· ip̄e infra omīa· Et sup̄ior est p̄ potenciā· et in-
ferior p̄ sustentacōm· et exterior p̄ magnitudinem
et interior p̄ subtilitatem· Sursum regens· deorsum
continēs· extra circūdans· interius penetrans· Nec
alia ex p̄te sup̄ior· alia inferior· aut alia ex p̄te exterior
atq̧ ex alia manet interior· sed vnus idemq̧ totus·
vbiq̧ p̄sidendo sustinēs· sustinēdo p̄sidens· circūdando
penetrans· penetrādo circūdans· Vnde superi͛ p̄sidens·

inde inferius sustinens. et unde exterius ambiens.
inde interius replens. Sine inquietudine superius re-
gens. sine labore inferius sustinens. interius sine exte-
nuacione penetrans. exterius sine extensione circumdans.
Est itaque superior et inferior sine loco. est amplior sine la-
titudine. est subtilis sine extenuacione. Quo enim exitur
ab eo qui dum per molem corporis unusquisque est. per incircumscriptam
substantiam unusquisque deest. hec Gregorius. Unde secundum dictum beati Augustini.
Divine dignitatis excellencia tanta est. quod mens de deo co-
gitans deficiat. cum sit incomprehensibilis. sensus non perci-
pit cum sit invisibilis. lingua non explicat cum sit ineffa-
bilis. tempus enim non mensurat cum sit interminabilis
locus non capit eum. cum sit incircumscriptibilis. scriptura non
notificat cum sit inestimabilis. virtus non attingit.
cum sit inaccessibilis. desideria et vota transgreditur.
cum sit incomparabilis. hec Augustinus. Ergo prout dicit Damascenus
Solus deus sui ipsius perfectus contemplator est. lucem
enim inhabitat inaccessibilem. quam nulla cognicio valet
attingere pure videlicet creature. Unde tenendum est quod deum
in via cognoscere possumus quia est. in patria vero sicut est
sed nec hic nec illic id quod est. Nam id quod deus est non
solum hominum. sed eciam angelorum supergreditur intellectum
De hoc beatus Augustinus in libro soliloquiorum sic dicit. Nemo novit
patrem nisi filius. et eorum spiritus. Soli quidem sibi sola tri-
nitas integre nota est. Sancta trinitas supernaturalis. et super
inenarrabilis. et super inperscrutabilis. et super inaccessibilis
et super incomprehensibilis. et super intelligibilis. et superessencia-
liter exuperans omnem sensum. omnem racionem. omnem in-
tellectum. omnem intelligenciam. omnem essenciam super-
celestium animorum. quam neque dicere neque cogitare. neque in-
telligere neque cognoscere possibile est eciam oculis angelorum
hec Augustinus. Dicit de hoc eciam Hilarius. Perfecta sciencia est
sic deum scire ut licet non ignorabilem tamen incompre-
hensibilem scias. Est enim progenies ingeniti. Unus
ab uno. virtutis virtus. sapiencia sapiencie. gloria glorie. ge-
neracionis huius sacramentum ego nescio. non requiro

et consolabor me. quia archangeli nesciunt. angeli non
audierunt. secula non tenent. propheta non sensit.
apostolus non interrogavit. filius non edidit. hec hilarius
Oportet ergo secundum quod dicit glosa super dyonisium de divinis
nominibus deo attribuere tamquam sibi soli cognitam. super
substantialem de scripto scientiam. que est ignorantia intra
respectu sublimitatis que est in abditis. propter inaccessibilem
quam inhabitat lucem. super omnem rationem et intellec-
tum et substantiam existentem. Igitur quamvis iste modus
cognoscendi impossibilis sit omni creature. tamen cogni-
tioni viatoris modo suo potest esse possibilis. Ideo auctoritas
dyonisii qua dicit. Prius enim supersubstantialis etc. intelli-
genda est de cognitione vie qua intellectus viatoris vi-
det deum per aliquam formam. quia illa forma deficit a
representatione divine essentie et per eam non potest videri.
sed tamen cognoscitur quod deus est super illud quod de ipso intellectum
representatur. Unde illud quod est remanet occultum et hic
est nobilissimus modus cognitionis ad quem possimus
pervenire in via. et ideo non cognoscimus quid est. sed
quid non est. Et nondum quod sanctus dyonisius tractatur de
divinis nominibus. ad superexcellentem non attingit
veritatem divine nominationis. attingit tamen ad verita-
tem hominum possibilem contentus cognitionis divinis di-
vina providentia hominibus adhuc exultantibus
promissis. Quia nulla rerum creatarum species ita eius simili-
tudini approximat. ut id quod vere deus est expresse et secundum
proprietatem ostendat. Non ergo vere deum dicimus dum
aliquid eorum que sunt eum esse affirmamus. Nulla siquidem
essentia est. nulla bonitas. quia superessentialis est. et plus
quam bonitas et super omne quod dicitur aut intelligitur exaltatur
propterea negativa in divinis significationibus proponitur
affirmative. et vere dicimus ipsam deitatem. que super-
eminet omnia non esse aliquid eorum que sunt. quia ig-
noramus quid ipsa sit eius superessentialitas et invisibi-
litas et ineffabilitas et infinitas. Quod enim infinitum
est scientia humana estimari non potest. quod ineffabile

est non dicat. quod invisibile nō cognoscat. quod vero
supessenciale non cōphendit. Qui igit recto incōīnādi
itinere deum querunt. eum sup omnia sublimatū esse
cognoscunt. ac p hoc eoꝝ ignorancia vera est sapiencia
et nesciendo eum in hijs que sunt. melius eum sciunt
sup omnia que sūt et que non sunt. Unde Aug? Qui
melius nesciendo scitur. Et dyonisius. Cuius ignorancia
vera est sapiā. quia creatoris immēsitas omēm create
impossibilitatē trāscendit. cum ad semetipsām cōphen
dendam nequaqm creata sufficiat. De ipo igit mens
humana aliquid capē potest. ipm nō potest. Ergo nul
la racio vel intellectus est. qui similitudinē ipius qnīam
incompabilis est possit attingē. Deseritur enim et viles
cit omīs creata visibilis et invisibilis. dum cōpat summe
et supnatāli nature que est sup omnia. Deus enī nichil
est aliud qm infinitū pellagus quoddam pfectionis
in quo reseruāt esse vivere et intelligē et simul omēs p
fecciones. et quia intellectus nr̄. nō potest apphendere
illud esse divinū qd est infinitū pelagus vno cōceptu
vocat eum multis nōibus. nūc ipm vivere. nūc ipm in
telligē rc. Nam nulla res creata potest recipe illud pe
lagus infinitū pfectionis. sicut nec tota aqua maris
se comēdare modico vasi sed vna queqꝫ creatura de esse
recipit scdm modum suum. Nam ignis ipe divin illucet
quidem mentibus viatoꝝ. sed pmanet innoiabilis.
vtpote invisibilis. Nam qui in effectibus suis cā est
multipliciat discitur. qd scdm naturā sic penitus ignorat
hec glō. Et nōndum qp cū aliqua corpalia in sacra scrip
tura dicūt de deo vtputa de oculis vel auribus et sīlia.
sicut ec. pō. ait. oculi dnī sup iustos. et aures eius in
preces eoꝝ. hec et huiōi occultam qndam et spualem
intelligenciā habent. Unde damascen? de deo loquens
appellat dei oculos. et palpebras consideratīnā vtute
vniūsoꝝ. aures et auditū eius ppiciacionē et rne depta
cionis susceptionem. os et loquelam volūtat sue demō
stracionem. cibum et potum nrm ad eius volūtatem

concessum · odoratu eius acceptacionem · faciem eius per opa-
ciones demonstracionem manus eius operacionum perfectionem
dextram auxilium eius in prosperis palpacionem eius di-
uinacionem · et exquisicionem eorum · que aput nos sunt · pe-
des et incessum · auxilium indigencium · vel oracionem inimi-
corum · iuramentum et transmutabilitatem consilij eius et
voluntatis · iram et furorem confusionem ad maliciam
et iniquitatem vindicandam · obliuionem autem et somp-
num et dormicionem · dilacionem eius que ad inimicos est
vlcionis et auxilij retardacionem · et simpliciter dicendo omnia
que corporaliter dicuntur de deo · occultam quandam habent intelli-
genciam · ex hijs que sunt aput nos · ea que sunt supra
nos edocentem · quod de angelis similiter modo suo licet incom-
parabiliter inferiori intelligendum est · hec damascenus · Circa
quod est considerandum · quod in homine qui ad ymaginem
est creatus dei · duo sunt sensus · vnus exterior · et alius
interior · et vterque bonum suum habet in quo reficiatur
Sensus exterior reficiatur contemplacione humanitatis sensus
interior contemplacione diuinitatis · propterea enim deus ho-
factus est · vt totum hominem beatificaret · et tota conuer-
sio eius esset ad ipsum · et tota dileccio esset in ipsum · cum
assensu carnis videtur per carnem · et assensu mentis videtur
per contemplacionem · hoc est totum bonum hominis · vt siue
ingrederetur siue egrederetur · pascua in suo factore inue-
niret · pascua foris in carne saluatoris · pascua inte-
rius in deitate creatoris · Cum autem homo existat ex
carne et anima · et in carne sunt quinque sensus · scilicet
visus auditus · gustus olfactus et tactus · quos tamen
non mouet absque anime societate · Ita anima similiter mo-
habet quinque sensus suo modo · quia spirituales res · non
corporalibus sed spiritualibus sensibus rimande sunt · Vnde
diuina vox in deutronomio · ait · Videte quod ego sum solus deus
Ecce spiritualis visus · Et in apocalipsi · Qui habet aures audiendi
audiat quid spiritus dicat ecclesijs · Ecce auditus spiritualis · Et in psalmo · Gustate
et videte quoniam suauis est dominus · ecce gustus spiritualis · Et
apostolus · Christi bonus odor sumus · ecce olfactus spiritualis

Et in ewn̄o mulierē fide se tetigisse magis qm̄ corpe
ostendit. d. Quis me tetigit &c. Ecce tactus sp̄ualis
Sic ergo cum om̄i cautela obseruandū est. quid ad
corpis sensus. quid et ad dignitatē anime ptinet. Ex
hys plane patet. q̄ sicut expiencia corpaliū fit sensi
bus corpalibus. ita expiencia sp̄ualiū fit in mente
sensibus sp̄ualib9. Unde sicut gustus exterior. cū attin
git gustabile. vel attingit' ab illo. tūc vere habet noti
ciam experimētalem illius. Sic est de gustu interiori
et alys sensibus sp̄ualib9. nam si aliquis legerit.
vel audierit ab aliquo. q̄ dulcis sit dn̄s. ꝓpter hoc nō
habet noticiā expimētalem de hoc. nisi gustus sp̄ual'
attingat dulcedine diuina vt dicē possit cū sponsa
Fructus eius dulcis gutturi meo. Can. ij°. vbi loquit'
de gustu sp̄uali vt dt' glo. Quid namqz prodest multa
cognoscere nec illa experiri. nec ad aliquē vsum illa
habere. Ad hanc expienciā hortat' petrus in canonica
sua p̄ma. d. Si tamē gustastis qm̄ dulcis est dominus
Isti aūt sensus nri īriores sp̄uales īpediunt' ab illa expimēta
li noticia. et hoc duplici impedimēto. Unū impedimētū
procedit ex natura corrupta. aliud ex negligēcia ꝓpa
De p̄mo impedimēto videlz nature btūs bnh9 sup Can
sic dt'. Saporem interiorē pdidim9 ab ip̄o pene exordio
generis nri. ex quo cordis palatū sensu carnis p̄ualēte
infecit virus serpētis antiqui. cepit non sape bonū. et
sapor noxius subintrare. et insipiencia mulieris id est
sensualitatis saporem boni excludit. quia serpētis mali
cia et astucia mulieris insipiēciam circūuenit. hec bn̄
Ille namqz morsus serpentum9 fecit sensus languescē inte
ores et tabescere. Extunc enī visus sp̄ualis interior
tenebrescit. auditus surdescit. olfactus tabescit. gust9
amarescit. et tactus grossescit. Unde clamat propheta
Oculos habēt et non videbunt. aures habent et non
audient &c. Tales enī manēt in tenebris exterioribus
carnis. De impedimēto scdo dr in li° de sp̄u et aīa. hoc bō9
magnū quod habuit homo ex duplici sensu. s. exteriori

et interiori bene ordinato. magnum malum sequutum est
quoniam perdito bono quod intra erat. egressa est anima ad bo-
na aliena que foris erant. et pactum fecit cum delecta-
tionibus seculi requiescens in illis. non attendens boni
sui interioris absenciam. eo quod consolaciones suas te-
neret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus car-
nalis bono suo utitur. interior sensus quasi obdormit
non enim cognoscit bona interioris sensus qui iocun-
ditate bonorum exteriorum capitur. hec in libro de spiritu et anima
Qualiter autem hii sensus interiores reformentur. et repa-
rentur ab hiis predictis impedimentis. De hoc sciendum. quod
primum impedimentum. scilicet corrupcionem nature tol-
lit christus qui suam sapienciam et graciam infundit cordibus
hominum. et per eam exterminat concupiscenciam malam et consequenter intellectum
hominis et affectum purificat et cordis palatum sanat.
De hoc beatus bernhardus super Cantica ait. Sapiencia assidue vincat
maliciam. id est concupiscenciam in mentibus ad quas intraverit
saporem mali quem illa invenerit sapore meliori exter-
minans. Intrat enim sapiencia. dum sensus carnis infirmat
intellectum purificat. cordis palatum sanat et reparat
sanato palato iam sapit bonum. sapit et ipsa sapiencia
qua in bonis nichil est melius. hec bernhardus. Contra impe-
dimentum secundum scilicet maximam negligenciam. necesse est ut sensus
nostri exteriores sopiantur. et a sua evagacione restringantur
quia tunc sensus interiores excitantur et exercitantur. Unde
dicit beatus gregorius. Si exterior evagatio sensus clauditur. in-
terior sensus aperitur. Cuius racionem reddit hugo de cartha
noe ita dicens. Mentes quas cure carnales exagitant. non
comprehendunt sapidam sapienciam. sed qui minoratur actu
ille inveniet eam. quia dum animus ab exterioribus abs-
trahitur ad seipsum colligitur. et robustior ad eterna contem-
planda sublevatur. et cum a delectacione carnali abstrahitur
necesse est ut statim iam aliquid spiritualis gaudii pregustare
incipiat. ne si mens omnino a delectacione remanserit aliena
quasi semen aridum sine humore ad germen sapiencie

non possit convalescere. Sit ergo divina gratia aspirante ut mens sit abstracta et terrenis desideriis exuta. statim quandam insolita leticia perfundatur. et amplius amarum cognoscat esse quod deseruit. quo magis dulce sentit quod invenit hec hugo. Ex hiis igitur dictis colligere possumus quod quanto magis sensus exteriores a carnalibus desideriis retraxerimus tanto validius sensus interiores et spirituales ad degustandum divina et celestia convalescunt.

Quod tribus modis species contemplationis variatur et de alienatione et excessu mentis et de raptu pauli apostoli xlvi.

Desidero etiam scire quot modis variatur qualitas sive species contemplationis. Scire debes quod tribus modis contemplationis qualitas variatur. primo enim modo contemplacio agitur mentis dilatatione. Secundo modo mentis sublevatione. Tertio vero mentis alienatione. Mentis autem dilatacio est. quando spiritus sanctus cor hominis ingreditur. et per suam gratiam omnes affectiones carnales sive seculares de ipsa mente eliminantur. et cor magno ardore amoris dei inflammatur. ac etiam dilatatur. modum tamen humane industrie non supergreditur. Mentis vero sublevatio est quando intelligentie vivacitas divinitus irradiata humane industrie metas transcendit. nec tamen in mentis alienationem transit. ita ut et supra se sit quod videat. et tamen ab assuetis penitus non recedat. Mentis autem alienatio est quando presencium memoria menti excidit. et in peregrinum quendam humane industrie statum divine operationis transfiguratione transit. Primus itaque modus sive species contemplationis agitur mentis dilatatione. Exclusis namque viciis de cubiculo cordis. et decenter virtutibus adornato. subintrat dilectio dei. Qui vero diligit deum et mandata eius servat peccatis resistendo et virtuose vivendo. illius mentem deus libenter visitare dignatur. ac in illa mansionem desiderat facere. teste veritate que ait Si quis diligit me sermonem meum servabit. et pater meus diliget eum. et ad eum veniemus. et mansionem apud eum faciemus. Cuius vero cor omnipotens deus per suam presentiam sic visitat. illius mentem divinus amor inflammat. et exclusis omnibus cupiditatibus

feruens caritas dei omnia interiora anime occupat. et per
suam dilectionem dilatat. Talis vero anima sic per amorem
dei dilatata videt deum. quod contigit cum deus qui spiritus
est visitans animam principaliter adesse sentitur et intelligitur.
Unde dicit beatus bernhardus. Oculus meus intelligencia mea videt
ergo deum dicimus. cum eius presenciam in anima per intellectum
utrumque percipimus et sentimus. Cum igitur sentis graciam cog-
nosce presenciam. Nam prout dicit beatus gregorius. Que in mente integra
deum desiderat. profecto iam habet quem amat. Neque enim
quisquam posset deum diligere. si eum quem diligit non
haberet. hec gregorius. Anima vero per graciam sibi infusam sen-
ciens adesse presenciam sui creatoris. suum intuitum et
totum affectum dirigit in ipsum. in eo delectando. et ipsum
super omnia amando. In quo autem talis latitudo caritatis
est. fortiter currit viam mandatorum dei. Unde dicit psalmista
Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Ad hanc
latitudinem cordis habendam. hortatur dominus per psalmistam dicens. Dilata os
tuum et implebo illud. Ac si dicat. dilata et extende per desi-
derium sanctum os cordis tui. et ego implebo illud visitando
et replendo illud multiplici dono spiritus mei. Anima vero
devota que sic a domino visitatur. habens et continens illum
in se ipsum intuetur per contemplacionem. amplexatur per dilectionem
deosculatur per devocionem. De hoc Richardus de sancto victore in primo
libro contemplacionis sic ait. Deus auditur videlicet ab anima
per revelacionem. videtur per contemplacionem. deosculatur per devocionem
astringitur per dulcedinis sue infusionem. Auditur per revela-
cionem. donec voce eius paulatim invalescente. tota per-
strepencium tumultuacio sopiatur. solaque illius vox audiatur
donec omnis illa tandem tumultuancium turba dispereat
solusque cum sola remaneat. et solum sola per contempla-
cionem aspiciat. Videtur per contemplacionem. donec ad in-
solite visionis aspectum pulchritudinisque admiracionem
paulatim anima incalescat. magis magisque inardes-
cat. et tandem aliquando tota incandescat. donec ad ve-
ram puritatem. intimamque pulchritudinem tota reformetur
et ille interne habitacionis thalamus undique virtutibus adornetur.

tandem aliquū talamo ornato et introducto dilecto fi
ducia iam invalescente desiderio que urgente. cum se ul
terius iam cohibere non valeat. subito in oscula ruit.
et impressis labijs intime devocionis oscula figat.
Per devocionē sepe et multiformit deosculat. Sim
interim cubiculū sternit. donec intim9 anime sinus
ad sūmam pacem et tranquillitatē componat. Do
nec tandem dilecto inter ubera collocato. ad ineffa
bilem quādam divine dulcedinis infusionē. tota ī illi9
desideriū liquescat. et spūs ille qui dnō adheret. unus
spūs fiat. Puto quia experta tanta dulcedine. et tam
intima suavitate. de cetero iā nō possit anima illa pul
santi dilecto aliquas moras innectere vel ulla expecta
cione fatigare. presertim cum sibi ipsi omnis mora nimis
longa et expectacio videatur onerosa. Deinceps ut ar
bitror ad habitacōis sue introitum libent observabit
ut ad dilecti sui susceptionē semp parata sit. Sed quāvis
iam parata sit tunc tpis eiusmodi anima advenientē
suscipe nescio si eque parata sit. et expedita vocanti
occurrere. Puto enim non esse eiusdem facultatis sus
cipe venientē et sequi vocantē. Aliud est enim ipso intro
ire. atque aliud est ad ipm exire. Ibi anima ad seipam
revertit. et cum dilecto suo usque ad intima cordis sui
penetralia ingredit. hic extra semetipam ducitur
et ad sublimia cōtemplanda sublevat. Quid namque
est eius intrare. nisi se totam in seipam collige. Quid
vero est eius exire. nisi seipam extra semetipam totā
effundere. Nichil itaque aliud est aīam cū dilecto suo
in cubiculum ingredi. et solam cum solo morari dul
cedine que perfrui. nisi exteriorum oīm oblivisci. et in ei9
dilectione sūme et intime delectari. se solam cū dilcō
videt. quā exteriorum oīm oblita ex propria consideratiōe
in dilecti sui dilectionem desideriū suū purget. et ex
hijs que in intimis suis considerat. aīm suū in eius
modi affectum inflammat. et tam ex bonorum. quām ex
malorum suorum consideratiōe in grārū actiōnē assurgit.
et hinc pro impensa grā. hinc pro indulta venia intime

deuocionis victimas persoluit. Vsque quo in intimum dilectus producitur et in optimo collocatur. quando ex intimo affectu et super omnia diligitur. Cogita quid sit quod in vita tua ardencius dilexisti. anxius concupisti. quod te iocundius afficiebat ceterisque omnibus profundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis violenciam. delectacionisque habundanciam sentis. quando in summi dilectoris desiderium inardescis. quando in eius dilectione requiescas. Cui dubium sit. quod intimum illum affectionis tue sinum necdum teneat. si intime dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat tepidius exagitat quam aliciis affectibus penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantam prorsus vel forte validiorem dilectionis vel delectacionis violenciam in intimis tuis circa diuina persenseris. quam alias vnquam expertus fueris. Vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari vel consolari possis. Certe quamdiu possumus ex aliena qualicumque re consolacionem vel iocunditatem concipere nondum audeo dicere intimum ardentissimi amoris sinum tenere. Sathage festina trahere eum adhuc ad interiora tua et secreciora cordis tui penetralia. quecumque es eiusmodi anima. Certe si alienam aliquam consolacionem queris vel recipis. deum tuum quamuis fortassis summe. non dum tamen singulariter diligis. non dum ergo in intimum producitur nondum in optimo collocatur. Si ergo non sathagis introducere eum ad intima tua. quomodo te credam posse sequi eum ad sublimia sua. Certum ergo signum tibi sit quecumque es anima quod dilectum tuum minus diligis. vel ab illo minus diligeris. si ad theoricos illos excessus nondum vocari vel vocantem sequi non dum merueris. hec Richardus.

Secundus vero modus siue species contemplacionis agitur mentis subleuacione. Mens enim preuenta sui creatoris visitata et ex eius amore dilatata. propter feruentem caritatem dei quam in se sentit vltra non valens se continere interiori ac spirituali intuitu sursum se librat desiderans illum videre a quo tam dulciter visitatur ac consolatur. Cum vero mens siue anima sic sursum eleuata per feruidum amorem.

xpo inhesent. incipit int' brachia eius aliquo consopiri
vt non solum delectabilit' sed et tenacit' deo inhereat
et q'i vi quadam abstrahat' ab omi visibiliu sensu et
memoria. sic tamē vt non plene sinimet oblita nec tū
vere compos sit sui. Juxta illud Can. Ego dormio et
cor meum vigilat. Est enim talis iste sompnus sicut
illorū qui incipiūt dormire et tū videnť sibi ea que
circa se fiūt aliquo sentire et intelligere. sed p' sopore
non aduertunt. sic amor dei cum intelligentia coadit'
inebriat mentem. et ab exteriorib' abstractam sua
virtute deo conglutinat et coniungit. et quāto amor ve-
hemētior et intelligētia lucidior. tanto validius mē-
tem in se rapit. quousq' tandem om̄i que sub deo sūt
oblita in solo diuine contemplacōis radio libe' figat'
licet breuit' in quodam velut choruscō lucis celitus e-
micantis. quia corpus quod corrumpit' aggrauat
aīam et deprimit terrena inhabitacio sensum multa
simul cogitantē. Sensus eni hominis p' se pauca potest
et vix tenuit' cogitare. Subleuatus aūt a flatu supni
luminis. tanto plura simul intuetur. quāto sup' se sub-
limius eleuat'. Sed corrupcio terrem corpis et varie hui'
vite occupacōnes deprimūt aīam et reuocāt ad se ip-
sam. Vt gemēs clamare cogat' cum aplo. Jnfelix ego
homo. quis me liberabit de corpe mortis hui'. Quāto
ergo mens plus sobria est ad ista inferiora. et hūana
cogitanda et tractanda. tanto plus a supioribus et ce-
lestibus p' deuocōis intima elongat'. et quāto feruēci'
ab inferiorū memoria affectu et intellectu ad supna
sustollit'. tanto pfectior est deuocio. et purior est con-
templacio. quia simul pfecte nō p't vtraq' esse intēta
que ad inuicem sicut lux et tenebre sunt diuersa. Nā
qui deo inheret in lumine versat'. qui vero mūdo inhēt
in tenebris est. Et nōndū p ut di' btūs Ggo' in v° li-
morū. q mēs cum in contemplacōne suspendit' cum
carnis angustias superās p' speculacōis vim de liber-
tate aliquid intime securitatis rimat'. stare diu

sup semetipa̅ non potest. quia et si hanc spu̅s ad su̅ma
euehit. caro tn̅ ipa̅ adhuc corrupco̅nis sue pondere de
orsum p̅mit. Vnde in lib° Iob dicit᷑. Et cum spu̅s me
pn̅te transiret. Nobis pn̅tibus spu̅s transit. qn̅ inui
sibilia cognoscim᷑. et tn̅ hec non solide sed raptim vi
dem᷑. neqȝ eni̅ in suauitate contemplacoi̅s intime diu
me̅s figitur. quia ad seipa̅m ipa̅ immensitate luminis
reuberata reuocatur. cumqȝ interna̅ dulcedine̅ de
gustat. amore estuat. ac sup semetipa̅m nitit᷑. sed ad
infirmitatis sue tenebras fracta relabit᷑. et magna v᷑
tute proficie̅s videt. quia videre no̅ potest hoc quod ar
denter diligit. nec tame̅ ardent᷑ diligere̅. nisi aliqn̅ten᷑
videret. Non ergo stat sed transit spu̅s. quia supna̅
lucem nobis contemplacio et inhiantibus apit. et
mox infirmantibus abscondit. hec gg᷑. De hoc iterꝝ
btu̅s gg᷑ sup ezech. sic ait. Sepe namqȝ anim᷑ ita in
diuina contemplacoe̅ suspendit᷑. vt iam se ꝑcipe de
et̅na illa libertate. qua̅ oculus non vidit. nec auris au
diuit aliquid ꝑ qn̅dam ymagine̅ letet᷑. sed tn̅ mortali
tatis pondere reuerberat᷑ ad yma relabit᷑. quia quib᷑
dam pene vinculis ligatus tenet᷑. hu̅ana quippe me̅s
cum supiora illa atqȝ celestia vtcu̅qȝ in enigmate co̅
spicit. iam de claustro habitacoi̅s corporee ꝑ subleua
tam cogitacone̅ exit. atqȝ illum humilit᷑ adorat. cui᷑
et si videre subam non valet. iam tame̅ eius potencia̅
ꝑ illu̅inacone̅ spu̅s rimatur. hec gg᷑. Vbi considerandu̅
qꝫ sancta anima. cum ad supiora co̅templanda sub
leuat᷑. ꝑ nulla ibi facta mora. statim ad inferiora rela
bit᷑. et postmodum ex memoria illoꝝ que vidit suauit᷑
pascit᷑. De hoc btu̅s bern᷑ sic dicit. Anima quippe que
prius in scola humilitatis sub magistro filio dei. ad se
ipa̅m intrare et se cognoscere didicit. et de scola humi
litatis duce spu̅. ꝑuenit ad celaria caritatis. Deinde suf
fulta floribus. et stipata malis .i. v᷑tutibus. et bonis
moribus. ad regis tunc cubiculum digne admittitur
cui᷑ amore languet. Ibi modicu̅ qꝫ hora media silencio

facto in celo inter desideratos amplexus suauiter quiescens
ipsa quidem dormit sed cor eius vigilat. quo vtique in
terim veritatis archana rimatur. quorum postmodum in
memoria statim redituta pascatur. Felix enim illa hora
sed parua mora ibi videt inuisibilia. audit ineffabi-
lia. hec bernhardus. Unde eciam deuoti viri. quamuis mente in con-
templacione eleuati. de incircumscripto lumine furtiue
aliquid et tenuiter attingant. tamen statim ad semet
ipsos reuersi ab ea luce quam viderunt ad suas tenebras
suspirando redeunt. Quod beatus gregorius tangit exponens
illud dictum quod habetur in Genesi. Cum inquit ad parentes
proprios rediret Jacob in via angelum inuenit. cum quo
luctam magnam iniit ita dicens. Is enim qui certat in luc-
tamine. aliquando se superiorem. aliquando vero eum cum quo conten-
dit inferiorem inuenit. Est enim in contemplatiua vi
ta magnitudinis tantae contencio. cum sese contemplator ad
celestia erigit. cum in rebus spiritualibus animum tendit. cum
trasgredi nititur omne quod corruptabile videtur. cum sese
angustat ut dilatet. et aliquando vincit quidem et reluc-
tantes tenebras sue cecitatis exuperat. vt de incircum
scripto lumine quedam furtim et tenuiter attingat
sed cum ad seipsam protinus reuerberata reuertitur.
ab ea luce ad quam respirando transit. ad sue cecitatis
tenebras suspirando redit. Quasi ergo vincitur angelus
lus. quando intellectu intimo apprehenditur deus. quia
intelligendo et senciendo de incircumscripto lumine aliquid
degustat. Quasi eciam vincitur homo. quando subtracta inti
ma luce nolens reuiteens quia ad assuetas tenebras redit
Si igitur ad parentes proprios. id est ad sanctos in celo redire cu
pimus teneamus in via angelum. vt suauitate intima
apprehendamus deum. tenentes vero angelum vno clau
dicamus pede. et fit neruii arefactio. per quod intelligitur
carnalium desideriorum repressio siue extinctio. Omnipotens
enim deus cum iam per desiderium et intellectum cognos
citur. omnem in nobis voluptatem carnis restrin
git. et qui prius quasi duobus pedibus innitentes. et

deum videbam^a^ quere et seculum tenere. post agnicōnē
suauitatis dei vnus pes in nobis sanus manet. atq;
alius claudicat. quia necesse est vt debilitato in nobis
amore seculi solus cōualescat amor dei. Vno claudica
mus pede. quia dum crescit in nobis fortitudo amoris
intimi. infirmat^r^ procul dubio carnis fortitudo. q̄a
omīs qui claudicat vno pede soli innitit^r^ quē sanum
habet. quia cui terrenū desideriū iam arefactū fuerit
in solo pede amoris dei tota v̄tute se sustinet et in ipso
stat. quia pedem amoris seculi. quem ponē in terra
cōsueuerat. iam a terra suspensum portat. hec ggr
Et sciendum est. quia sunt diuerse deuocōnū spēs.
quibus sacra scriptura noīa diuersa imponit. vt
est iubilus. ebrietas spūs liquefaccō. et spūalis iocū
ditas. Iubilum vero quid sit btūs ggr. in xxiiij^o^. li. mora
ita dicit. Iubilū namq; dr̄ qū ineffabile gaudium
mente concipit^r^. quod n^c^. abscondi possit. nec sermoī
bus aperiri. et tamē quibusdā motib; prodit^r^. q̄uuis
nullis ꝓprietatib; exprimat^r^. Vnde dauid ꝓpheta in
tuens electoꝝ aīas tantū gaudiū mente concipe
q̄ntū sermone non valet aperire. ait. Btūs ꝓplus
qui scit iubilacōm. Non enī ait qui loquit^r^. sed qui
scit iubilacōm. quia sciri quidem iubilacō intellcū
potest. sed dictu exprimi nō potest. Sentit^r^ p illam
quippe q̄ vltra sensum est. et cum vix ad hoc cōtem
plandum sufficiat consciā sencientis. qū ad hoc expri
mendum sufficēt et ligua dicētis. hec ggr. Iste aūt
iubilus nasci solet. ex sancta meditacōne. et deuota
orōne ac cordis iocūditate. que de consciē procedit
puritate. De hoc btūs bnh̄ sic ait. Renuit cōsolari
anima mea nisi in deo viuo. hec enī consolacō est
suauissimus radius quo anima p circuitum capitis
eleuatur cum meditacōne exardescente. et orōne
inualescente. Ex tali enī meditacone et orōne et cō
templacione nascit^r^ in corde iubilus quidam melli
fluus. et cordis risus. quē nemo scit. nisi qui sentit.

nemo sentit nisi qui expertus est qui cito ptransit. felix
hora sed brevis est mora. Narrant experti que dico qui
hoc magis expientia didicerunt qm̄ in doctrine. quia cum
fervor orationis ad inficitur ardori meditationis. erūpit
ille cōtemplacōis radius de media caritate qui spēs electi
hoc est de medio ignis suspirio. scilz. cōscie iubilant. hec
bonū. Ubi nondū qz sancti viri scdm dictum Cassiani. feli-
tatis sue gaudia tam in p̄nti accipiūt. qm̄ in futuro. In p-
senti quidem p iubilū iocunditatis interne. In futuro
vero p plenitudinē btitudinis sempiterne. hec Cassian'
hunc iubilum suavissimū btūs bonū' desiderabat hic
tū sic dicet. O si veniat sup cor meum fiaes illa que
videtur in iubilo. quid dulcius. quid suavius. quid io-
cundius. In me epulare dñe ihu. et post epulas reclina
sup aīam servi tui. si p̄nis non gravor. si gravor non
lassor. Iugum enī suave est et onus tuū leve. hec bonū'
Ebrietas aūt spūs potest dici quelibz amoris et magni
gaudij devocio. ex qua quasi ex vini fortitudine fervor
spūs intū extrescat. q se intra se cohibere non valet. Dū
apli sancti spūs fervore estuantes. musto pleni dicebāt.
De hoc p Iob sic dicit. Venter meus quasi mustum absqz
spiraculo qd laguncculas novas disrumpit. Novas dicit
non veteres. quia veteribus cordibus non infundit talis
devocio sed novis. scilz in novitate vite ambulātib'
Vel novas dicit. quia talis fervor spūs novis et nōdū
exercitatis mentibus nup infusus minus valet sese co-
hibere qn erūpat p inositates gestus vel voces vel
singultus. sicut vinū in vase ebulit. quod invetratum
quiescit. Nec est mirum si ex magna spūs hilaritate
quā sps scūs scilz cordi infundit. aliqn̄ erumpit in aliq
apta hilaritatis indicia. vel si quoqz singultibus et fle-
tibus aptis imparare non valeat. et huius intime devoto-
nis motus abscondere. cum videamus aliquos sepe ex stul-
ta levitate a risu insolentibus cachinnis non posse se
cohibere. ecce ubi pudor humanus imperat disciplina
et aliqn̄ ex humana tristicia ob orta fletu nō possit

homo q̄uimus libent̄ facet impare. cum em̄ scriptū sit
deus ignis consumēs est. et deus caritas est. Ergo quid
mirū si feruor diuine caritatis cordi infusus totū ho-
minē cōmouet. si ut p̄dictum est leuitas aut tristicia
tantā vim in homīe opari potest. Nam cor diu amo-
ris gaudio vel diuine fruicionis desiderio inflāma
tum in se dilatat̄ et extenditur. et quasi intra angus
tias pectoris se cape non sufficiens ꝓpter ardoris vio-
lenciam extra se erumpit. et amoris magnitudinē
quē in se continet. per exteriora indicia euaporat. li-
quefaccio vero anime. aliud non videtur esse. nisi q̄
dam emollicio a sua duricia. p quā flexibilis reddit̄
et voluntaria ad amandū deum. et liquescēs ad re-
cipiendum diuine v̄tutis impressionē. Ut sicut liqr̄
liquori. ita sp̄us dei sp̄itui hoīs influens inficiatur
et unus fiat sp̄us anima cum deo. De hoc orosi[us] sr̄ Can[tica]
sic dīt. Anima vi[r]i dicit̄ liquefacta dum indulcedine
celestis gracie celitus fuerit resoluta. et suo dilecto
affixa. et inseparabilit̄ ānexa. hec orosius. Unde scdm
dictum orig[enis]. diuine cōsolacōis felicissim[us] effect[us] est
liquefaccio. liquesat em̄ mēs dum deuocōne molesat
vt sponsus in ea suauit̄ cubet. et nichil dum ei obsis
tat. liquesat dum deuocōne calesat. Ut dilectus in ea
calorem diuini amoris inueniat. et q̄i quidam con-
tactus sp̄ualis fiat. qui maximam dileccōnem generat
Liquesat dum deuocione sup̄ effluit. Ut deus solus ple-
nū dominiū in ea obtineat. tūc omīs motus. omīs
visus. omīs impetus eius felicit̄ inebriatā tenuat̄.
hec orig[enes]. De hac eciā liquefaccione. b[ea]t[u]s b[er]n[ardus] super
Can[tica] exponēs illud verbum. Anima mea liq̄facta
est sic ait. o dulcis confabulacio dei in anima et cū
anima. que sine ligua et labiorꝫ formatur strepitu
et sine aure p̄cipit̄. in silencio solus qui loquit̄. et cui
loquit̄ audit. et alienus excludit̄. quorꝫ virtute et
auditu corda liquescūt. liquescendo deficiūt ab eo q̄d
fuerūt. et deficiendo p̄ficiuntur in eo in quē fluūt. hec b[er]n[ardus].

Spiritualis autem iocunditas dicitur proprie gaudium quodlibet in spiritu
sancto, quod a spiritu sancto infunditur, quo gaudet animus
in deo pro preceptis beneficiis vel promissis. Et notandum quod
spiritualis leticia dupliciter accipitur: generaliter et specialiter.
Generaliter et tunc est motus generalis gaudii in spiritu
sancto ex intuitu beneficiorum dei et future glorie et bonitatis
divine. Specialiter et tunc est quedam mentis hilaritas
ex confidencia bona ad deum et bone consciencie testimonio
reddens hominem benivolum et devotum ad omnia agen-
da et sufferenda pro deo et omnia que dei sunt diligenda
et promovenda. Ideo bis dicit apostolus: Gaudete in domino semper,
iterum dico gaudete. primo generaliter, secundo specialiter.
His igitur transcursis videndum est de tercio modo contemplacionis.
Tercius vero modus sive qualitas contemplacionis
agitur mentis alienacione. Mentis autem alienacio ex
triplici causa habet processum. Modo enim agitur per mag-
nitudinem devocionis, nonnunquam per magnitudinem admira-
cionis, interdum eciam per magnitudinem exultacionis. Hos tres
modos Richardus de sancto Victore in quinto libro de contemplacione de-
clarat ita dicens: Tribus namque de causis in mentis alie-
nacionem abducimur. Nam modo per magnitudinem devo-
cionis, modo per magnitudinem admiracionis, modo
per magnitudinem exultacionis fit ut semetipsam mens
omnino non capiat et supra semetipsam elevata in alie-
nacionem transeat. Magnitudine devocionis mens humana
supra semetipsam elevatur quando tanto celestis desiderii
igne succenditur ut amoris intimi flamma ultra hu-
manum modum excrescat, que animam humanam ad cere
similitudinem liquefactam a pristino statu penitus
resolvat et ad instar fumi attenuatam in superna ele-
vet et ad summa emittat. Magnitudine admiracionis
anima humana supra semetipsam ducitur quando divino lumine
irradiata et in summe pulchritudinis admiracione
suspensa tam vehementi stupore concutitur ut a suo
statu funditus excuciatur et in modum fulguris chorus-
cantis quanto profundius per despectum sui in immense pul-

claritudinis respectu in yma deiicitur, tanto sublimius tanto celerius per summorum desiderium reverberata et super semetipsam rapta in sublimia elevatur. Magnitudine iocunditatis et exultationis mens hominis a seipsa alienatur, quando intima illa interne suavitatis habundancia potata, ymo plene inebriata, quid sit quid fuerit penitus obliviscitur, et in alienationis excessum tripudii sui immensitate traducitur, et in supermundanum quendam affectum sub quadam miro felicitatis statu raptim transformatur. Quamdiu igitur huiusmodi excessus in nobismetipsis minime sentimus, quid aliud in nobis sentire debemus, nisi quia minus diligimus, nisi quod minime diligimus. Si enim quisquis es plene perfecteque diliges, forte dilectionis tue immensitas estuantisque desiderii anxietas in eiusmodi te rapet excessus, quales tibi ex parte descripsimus. Item sane si divina dilectione plene dignus extitisses, si tanta dignatione te idoneum exhiberes, forte tanta luminis sui claritate intelligentie tue oculos irradiaret, tanta intime dulcedinis sue suavitate cordis tui desiderium inebriaret, que teipsum supra temetipsum rapet, et per mentis excessum in superna elevaret. Hos autem tres anagogicos excessionis modos mystice quidem descriptos in canticis canticorum invenimus. De primo quidem recte illud intelligitur quod dicitur: Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi pulveris pigmentarii. De secundo: Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens. De tertio: Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suum. Hec Richardus. Postquam igitur dictum est de triplici modo alienationis mentis in genere, Nunc de unoquoque in specie videamus. Primus itaque mentis excessus, prout dicit Richardus de sancto victore in quinto libro contemplationis, fit ex desiderii anxietate et magnitudine devotionis. Fumus autem semper surgit ab igne. Quis autem neget amorem spiritualem ignem esse. Recte itaque illa mentis in superna elevatio que ex fervore dilectionis oritur, fumo ni fallor comparatur.

Quid autem intelligimus per eiusmodi fumum nisi devote mentis desiderium. Quando ergo anima in superna elevatur et ascendit, quando dilectione fervente et in hoc ipsum vigente suum eam desiderium super semetipsam rapit. Est autem virgula ut omnes novimus et gracilis et recta. Ut ergo virgule similitudinem in se trahat ascensio tua, sit anxium sit vinctum desiderium tuum exsurgens ex intencione recta. Si autem per mirram carnis contricionem, per thus vero cordis devocionem, per universum autem pigmentarii pulverem virtutum omnium intelligimus consummacionem. Attende quomodo hec omnia in eandem sententiam concurrunt. Que omnia per se facile intelligi possunt. Nam hoc satis constat quia quisquis caritate plenus est, ceterarum virtutum insignia non habere non possunt. Si enim apostolo creditur, consummacio virtutis est caritas. Illud sane notandum quod anima sancta tunc vocatur quasi fumus et per desertum ascendit, quando affectum suum in celestis sponsi desiderium accendit. Maior autem est sed quantum ad meritum michi esse videtur mentis elevacio illa que fervente quidem gracia surgit ex intencione et intensione propria, quam illa que surgit ex sola revelacione vel aliqua inspiracione divina. Ut ergo digna inveniatur anima, oportet primo quasi per desertum ascendere, deinde tamen ut eadem ipsa velut virgula fumi fiat. Quamvis per desertum fieri incipiat, oportet ut super ipsum desertum assurgat. Alioquin mens ipsa in mentis excessum non rapitur nisi supra semetipsam elevetur, nisi semetipsam in primo deserat et seipsam deserendo desertum faciat, quo deserto in morem fumi magis ac magis in sublimia ascendat. Solet tamen eiusmodi mentis excessus modo fieri ex sola desiderii ferventis exestuacione, modo tam ex eius estuacione quam ex adiuncta sibi divina revelacione. Cur enim spiritualis ille ignis et incorporeus divine dileccionis eandem vim non obtineat in spiritualibus quam ignis iste corporeus in rebus corporalibus habere consuevit. Satis novimus quid ignis iste corporeus in vasis quibus modico liquore perfusis operari soleat. Primo quidem

incipit liquorem ipsum ab ymis euertere. postea vero nunc
in hanc nunc in illam partem. nunc sursum nunc deorsum
iactare et paulatim quidem ad superiora attollere. totum
que vas ex quouis modico vsque ad summum replere. tandem
autem super ipsum attollere. et cum violencia quadam in
teriora euacuare et foras effundere. foris que eicere. Sic
sane animus humanus diuino igne succensus. it sepe
in se ipso contra semetipsum feruens et fremens estuans
sibi ipsi ~~ipsi~~ irascens. seipsum despiciens. sibi ipsi vehemen
ter indignans. semetipsum vehementer conculcans. sum
mis inhians. et dum eiusmodi estu diucius vtitur
dum per inferiorum contemptum ab infimis repellitur. et per
superiorum desiderium ad superiora trahitur. fit sepe vt impe
tu spiritus impellente desiderio extra semetipsum et super
semetipsum eiectus sui que penitus oblitus. et in extasi
subleuatus totus in superiora rapiatur. In hunc modum
celestis desiderij ardor. cum vehementer exestuat. animam
humanam diuino amore feruidam super semetipsam leuat
hec Richardus. Qui igitur diuino amore sic accenduntur. et
super semetipsos ad illa superiora rapiuntur. hij proculdu
bio ab omnibus vicijs et malis moribus se exuunt. se
culum cum mundi cupiditatibus contempnunt. et spe ad in
visibilia tendunt. De talibus beatus Gregorius super Cantica
exponens illa verba superius premissa videlicet. Que est ista
que ascendit per desertum sicut virgula fumi sic dicit.
In deserto itaque in hoc mundo ecclesia siue queque anima sancta
viuit. dum a regno exul inter bestias demones degit
hec et si omnino a sponso non deseritur. tamen quamdiu
in carne est. nondum ad certam eius visionem admittitur
dum ab eo per exilia et temptaciones peregrinatur. et quia
adhuc cum eo non regnat. deserta sibi ab eo videtur
ob hoc semper laborat vt ascendat. vt quem valde diligit
magis ac magis senciat. et quem eum perfecte in deserto
non tenet. vel ipso eius desiderio se reficiat. vt sic in via
roborata. quandoque ad hoc quod diu concupiuit perueniat. Sunt
enim nonnulli. qui dum omnia visibilia fastidiunt.

mentē in celestia erigunt. et quia in infimis nichil qđ
eis dulcescat concupiscunt. totū cor ad supna cōuertunt
hy ab omnibus malis moribus se exunt. censū mūdi
cum cupiditatibus cōtempnunt. spe ad inuisibilia tēdunt
et quo ampliori desiderio illis inherent. eo magis ac
magis moleste corrupcōnē ferunt quā habēt. hy
nimirū p desertum ascendunt. quia dum in hoc mūdo
inter temptacōnes viuūt. quo amplius dum hic mo
rant desen metuūt fortius ista deserunt. et ad illa gra
diūtur. in quibus cum fuerint. nichil amplius qđ eos
āmoneat iam timebūt. Bene aūt sicut ūgula fumi
ascendere dicunt. Non aūt quaruījz rerum fumꝰ iste esse
dicit. sed ex aromatibus mirre et thuris et vniuīsi pul
ueris pigmētarij existere declaratur. Mirra quippe
mortuorū corpora condiūt. ne putrescant. Thura
vero accendunt. ut redoleant. P myrrā ergo carnis
mortificacio designatur. P thus orōnū mūdicia in
telligitur. Sancta igit anima carnē suā a putredīe
viciorū mortificat. dum omēs voluptates mundi
p cōtinētiam abnegat. vt post iudiciū a corrupcōe
ētna libera pmaneat. Cum vero ad celestia maiori
se desiderio accendit. et a cordis cubiculo omēs cogi
tacōes supfluas abicit. qī thuribulū cor suū coram
deo facit. in quo dum dilectionē et ūtutes cōgregat
qī carbones in thuribulo coaptat. quibꝰ se ipām
mēs in cōspectu dei igne caritatis accendat. Dumqz
feruētes et mūdas orōnes ad deum emittit. quasi
fumū aromatū ex thuribulo educat. Vt coram dilecto
suaue redoleat. et proximos quoqz ad eius amorem
p bona exempla conuertere non desinat. hec greg.
De mentis ecˡ alienacōne et de fructu quē tales asse
quūt. qui hui⁹ᵐᵒᵈⁱ graciā pociūt. Rich. de scō vic. sic ait.
Qūdo p cōtemplacōnis dulcedinē sup nosmet ipōs ra
pimur. quoddā qī suauitatis vinū sumētes inebriamr.
et humanū quodāmo sensum excedentes inaudituꝫ
quedam affectuū a nobismetipis alienamr. Nichil

in hac vita hac dulcedine iocundius sentit᷑. nichil sic
aīm ab amore mūdi elongat. Nichil ita mentē contra
temptaciones roborat. quē talis gustus inebriauit
ad omē opus et ad omnēm laborem hilarescat. laborat
nec lassescit. festinat nec deficit. dolet nec sentit. lacat᷑
et nescit. irridetur et nō aduertit. hec Rich᷒. Sic igit᷑
habem᷒ de mentis alienacōne. que surgit ex deuocōnis
magnitudine. ¶ Secūdo videndū est de mētis alienacōne
siue excessu. qui euenire solet. ex admiracionis mag
nitudine. De hoc Rich᷒ de scō vic. in v° li° de cōtemplacōe
sic ait. Dicendum est igit᷑ de illo mentis excessu. qui
surgere solet ex magnitudine admiracionis. Quis
aūt nesciat inde fieri admiracōnē. cum aliquid cerni
mus pret᷑ spem et supra estimacōnē. Nouitas itaq᷒
visionis et rei vix credibilis adducē solet admiracōnē
mentis. qn̄ aliquid incipit videri. q vix possit credi
hic mentis excessus bn̄ describit᷑ in eo q dicit᷑. Que
est ista que pgredit᷑. qⁱ aurora cōsurgens. Aurora si
quidem paulatim eleuat᷑. eleuādo dilatat᷑. dilatando
clarificat᷑. sed miro mō dum tandem in diem desinit
p promocōnis sue incremēta ad defectum venit. Et
vnde accipit ut maior sit. tandem q᷒ ei accidit. vt
oīno non sit. Sic itaq᷒ humana intelligēcia diuino
lumīe irradiata. dum in intellectibiliū cōtemplacōne
suspendit᷑. dum in eorꝫ admiracione distendit᷑. qn̄to
semꝑ ad alciora et mirabiliora ducit᷑ tāto semꝑ amplius
tanto copiosius dilatat᷑. et vnde infimis remocior. inde
in semetipā purior. et ad sublimia subtilior inuenit᷑
Sed eiusmodi sublevacōne. dum mēs humana sꝑ
ad alciora crescat. dum diu crescendo. tandem aliqn̄
humane capacitatis metas trāscendit. fit demū vt
a semetipā penitus deficiat. et insup mūdanū quedā
affectum trāsformata. tota sup̄ semetipām eat. Et
sicut matutina lux crescendo desinit non quidē esse
lux. sed esse lux matutina. vt ipā aurora iam nō
sit aurora. Ita humana intelligēcia. ex dilatacōis

sue magnitudine q̄uq̄ȝ accipit. vt ip̄a iam nō sit ipsa.
non quidem vt non sit intelligēcia. sed ut iam nō sit
hūana. dūmō mirabili mutacōe qȝ incōprehēsibili effi
cit͛. plus q̄m hūana. dum gloriā dn̄i speculando in eā
dem ymaginē trāsformat͛ a claritate in claritatē tanq̄m
a dn̄i sp̄u. Et notādū q̄ si vas aque solis radio suppo
nas. ipam mox aquā videbis lumīs splendorē ex se
in supiora refundere. et claritatē quidem absqȝ calore
tamē in sūma leuare. Et quid est aqua nisi cogitacō
hūana. que semp ad inferiora labit͛. nisi sub districti
onis magne moderamīe cohibeat͛. Aqua in vase collec
ta. cogitacō meditacōi intenta. p intencionem defixa
Aque collectio. cordis meditacio. Eiusmodi aque solis
radius se infundit. qū diuina reuelacio meditacōi occurrit
Sed cum aqua radiū in se supni lumīs accipit. fulgorē
quoqȝ lumīs et ip̄e ad supiora emittit. et miru īmodū
illuc vtiqȝ radiū lum̄s ex se leuat. quo ip̄a p se nullo mō
ascendere valeat. Et cum tanta sit differencia aque et lu
mīs. ei tamē quē de se lum̄s radiū emittit. nichil sue
similitudinis imprimit. ita ut tremula tremulū
quieta quietū. purior puriorē. difusior diffusiorē effi
ciat. Iuxta hanc sane similitudinem. cum inaccessi
bilis illius et eternī luminis reuelacio cor humanū irra
diat. hūanā intelligenciā sup semetip̄am. ymo sup
omnem hūanū modū leuat. et illic intelligēcie radi9
diuini lum̄s infusione. admiracōis qȝ reuerberacione
de ymis ad sūma resilit. Vbi nulla ingenij pspicacia
vbi nulla artis industria humana racōcinacō ascēdē
sufficiat. et quo mēte hominis diuine claritatis splendor
profundius penetrat. eo altius stuporis sui magni^ne
excussa. et p extasim subleuata in diuinorū archanorū
sublimibus sublimius resultat. Illud aūt omīo con
stare debet. q̄ quāto plenius atqȝ pfectius ad intimā
animi pacem et tranquillitatē cōponē se p̄ualuerit. tā
to firmius tanto tenacius in hac subleuacione sū
me lucis p cōtemplacionē inherebit. Et procul dubio quā
to purior ad integritatē. quāto difusior ad caritatem

tanto ꝑspicacior. tanto capacior inuenit̃. ad super
mūdanoꝝ et supꝫ celestiū cōtemplacionē. hec Rich⁹.
Ista vero tam excellens cōtemplacio. que in extasim
et in excessum mentis pducat. requirit cor mūdum
et bn̄ purgatū. Quod affirmat btūs bnh⁹ ita dicens
Precipua et maxima cōtemplacio est. ammiracio ma-
iestatis. hec requirit cor purgatū a vicijs liberatum
atqꝫ exoneratum a pctīs. Vt se facile possit ad su-
pna leuare. Vt interdum p aliquas morulas stu-
pore et extasi suspensum teneat admirantē. hec
bnh⁹. Qui ecc. sic a semetipō alienat̃. ea que intꝰ
in spiritu cernit v̄bis exprimē nō valet. De hoc btūs
Greg⁹ sic dicit. Tunc dei maxime maiestatē intuen
cium in cōtemplacōne eius obstupescēdo obmutesci-
mus. plus inusitare cupientes. qm̄ v̄bis exprīme
valeam⁹. non inuenientes verba idonea. ad tam
sublimia exprimēda. hec Greg⁹. Hic ecc excessus si-
ne alienacō mētis. figurat̃ p reginam Saba. que
videns sapiam Salomoīs. non habebat vltra spm
Quod exponēs richard⁹ de anima deuota ac cōtem-
platiua in v°. li°. de cōtemplacōne. de hoc sic ait. Re-
gina austri venit a finibus terre audire sapiam
Salomoīs. Que est ista regina. nisi quelibꝫ anima
sctā sensibus et appetitib⁹ carnis cogitacōib⁹ et af-
fectibus mentis fortit̃ ꝑsidens. et summi regis vei
qꝫ prorsus Salomonis dileccōe ferueñs. videndiqꝫ de-
siderio ardens. Eiusmodi regina sūme sapie regē
ꝓpositis enigmatibus et frequētib⁹ interogacōib⁹
impetit. qū quelibꝫ anima deuota de diuino ad
interno ꝑsumēs inuestigāde veritatis studio vehe-
ment̃ insistit. Audit quid querit qū et illa ad
que ex ꝓpria industria non sufficit. sepe int̃ orōni
suspiria ex diuina reuelacōe cognoscat. Videam⁹
adhuc quid de hac regina dicatur. Videns aūt regīa
saba omnē sapiam Salomonis et domū quā edi-
ficauerat et cetera. non habebat vltra spm. Prius

quent et audit. et postea videt et intelligit. tandem
aut obstupescit. et deficit. Interrogat quid distat con=
templat' q mirer'. stupet ut mente excedat. menteq3
extedat. primu est meditacois. scdm est cotemplacois
tertiu est extasis. Ecce quibus gradibus subleuatur
animus humanus. Meditacone profecto surgit' in cote=
placione. cotemplacone in admiracone. admiracone
in mentis alienacone. Manifestum ergo est q. ex
magnitudine admiracionis incidat homo i excessum
mentis. Quid eni aliud illi fuit spm no habe. nisi me=
te excedere. Vel unde ei hoc accidit. nisi ex multa admi=
racione. Quomo quso regina ista sine spu fuit. nisi qa
spus ipsius a semetipso alienat' fuit. Sed illud hoc loco
in memoria venit qd Johes dic'. Ego inquit Johannes
fui in spiritu. Ecce iohes se esse in spu attestatur. et
regina austri spm non habere asserit'. Ubi nondu
q hoc est spm in spu esse. semetipm intra semetipm
totum colligere. et ea que circa carnem. seu eciam in carne ge=
runt' interim penitus ignorare. Spm aut sine spu
esse. est semet ipm extra semetipm et sup semetipm
totu effundere. et que in ipso vel sub ipso fuit. omnino
interim ignorare. et in illud diuinitatis archanu to=
tu intrare. Homo i spu sps esse tuc recte asseritur. qn
exteriorum omni obliviscat'. penitus et ignarus corpm omn
que in corpore corporalit' aguntur. et illis solis interest
p memoriam vel intellectu. que in spu vel circa spm acti=
tant'. Cur no et recte dicat' spus. semetipm no hre
qn incipit a semetipso deficere. et a suo esse insup munda=
nu quedam. et vere plusqm humanu statu transire
et … mirabili trasfiguracone spus ille. ab humano vi=
deat' in diuinu deficere. ita ut ipse iam no sit ipse. eo
duntaxat tpe. quo dno incipit altius inhere. Qui eni
adheret domino unus spus est. Et psallere potest q
eiusmodi est. Defecit in salutare tuu anima mea. In
spu itaq3 est. qui summu mentis ascendit. et qui a suo
spu deficit. qui summu mentis transcendit. Hec Rich.

Tercio videndum est de mentis alienacione siue excessu
qui euenire solet ex magnitudine exultacionis. De hoc
mentis excessu Richardus de sancto victore in v° libro de contemplacione
sic ait. Restat adhuc tercio loco ostendere. quomodo ex iocundi
tatis exultacione que magnitudine humana mens soleat
in extasim cadere. et semetipsam excedere. hic sane ex
cessionis modus michi videtur satis conuenienter expressus
illis verbis. Que est ista que ascendit de deserto delicijs
affluens innixa super dilectum suum. Si per desertum recte
intelligitur cor humanum. quis erit iste de deserto ascensus
nisi mentis humane excessus. qui de deserto humani
animi ascendit. quando super semetipsum mentis alienacione
transit. quando semetipsum in ymo deserens. et ad celum vsque
pertransiens. solis diuinis se totum per contemplacionem et
deuocionem immergit. Sed huius ascensionis causa con
sequenter adnectitur. in eo quod hec que ascendit delicijs
affluere describitur. Quid est delicijs affluere nisi spiri
talium gaudiorum plenitudine habundare. Quid inquam
est hec deliciarum affluencia. nisi vere et interne suaui
tatis habundancia. celitus que data vbertimque infusa
leticia. harum deliciarum copiam. sicut nec verum gau
dium. fallaces diuicie. nunquam exhibere possunt. alioquin
fallaces non essent. si veras delicias. et earum affluen
ciam veraciter exhibent. has sane exteriores fallaces
que diuicias. etiam impij habere possunt. qui verum tamen gaudium
omnino habere non possunt. nisi forte mendacem eum facia
mus quem in propheta veraciter contestantem audimus. Non
est impijs gaudere dicit dominus. Quociens itaque interius
veras que delicias capis. etiam si exterioribus diuicijs habundes
cum propheta veraciter psallere potes. quoniam inops et pauper
sum ego. hanc itaque deliciarum affluenciam. verorumque gau
diorum habundanciam. non est vnde sperare debeas. non est
vnde habere valeas. nisi ex intima illa animi iocundi
tate diuinitusque infusa dulcedine. Que est ista inquit
que ascendit de deserto delicijs affluens. Non dicit delicias

habens. sed deliciis affluens. eo quod non quelibet harum deliciarum
experientia. sed earum affluentia huiusmodi ascensus qui de deser-
to fit gignat atque perficiat. Constat autem quod quantumcumque pro-
ficimus has delicias in hac dumtaxat vita continuas habere
non possumus. Eo itaque tempore quo eiusmodi affluentia aia
taret adhuc de quo modo loquimur ascensu assurgere non
valet. quoniam in suo ascensu deliciis affluere oportet. Puto
autem quia aliud et aliud sit affluentem ascendere. et ascen-
dentem affluere. sicut aliud est affluentiam esse causam ascen-
dendi. et ipsum ascensum esse causam affluendi. Deliciarum
itaque affluentia. ascensionis tunc causa existit. quando ex illa
divine dulcedinis infusione. quam in intimis sentit seip-
sam anima sancta. pre gaudio et exultatione non capit.
intantum ut exultationis et iocunditatis sue magnitudo eam
extra semetipsam effundat. et super semetipsam rapiat.
Sic sane sic vehemens immensaque letitia. dum super humanum
modum excrescit. hominem super hominem attollit. et super
humana sublevatum in sublimibus suspendit. Huius sane rei
formam in piscibus videmus. Nam pisces dum in aquis
ludunt. super aquas exiliunt. et native illius habitationis
sue terminos excedunt. dum seipsos vel ad modicum per aera
suspendunt. Sic procul dubio anima sancta. dum interno quodam
tripudii sui applausu a semetipsa excutitur. dum super semet
ipsam in mentis alienatione vigetur. dum in celestibus tota
suspenditur. dum angelicis spectaculis tota immergitur. nature
possibilitatis terminos supergressa videtur. Nemo autem tantam
cordis exultationem vel sublevationem de suis viribus pre-
sumat. vel suis meritis ascribat. Constat hoc sane non
meriti humani. sed muneris esse divini. Unde et illa
quecumque est anima. que de deserto ascendisse describitur.
dilecto suo innixa perhibetur. Quid est enim dilecto suo inniti
nisi virtute illius. et non propriis viribus promoveri. Quid
inquam est illi dilecto suo incumbere. quoniam de propria virtute
pro hac parte nichil omnino presumere. Quantum michi videtur. nichil
de propria industria. nichil de propria prudentia recte presumit.

presertim in eo loco. vbi de deserto ascendit. sed nec in de
serto quidem. qua per desertum itur. Dat hoc sane ipse di
lectus huius. et ideo deducat eam in nube diei. et tota noc
te in illuminacione ignis. Quo enim modo sustineret pondus diei
et estus nisi sub vmbra illius quem diligit anima sua.
Vel quis locus ei tutus a timore nocturno. presertim in
loco horroris et vaste solitudinis. nisi ipse emittat lu
cem suam et veritatem suam. Denique non habet quo estum
concupiscencie temperaret sibi. nisi virtus altissimi obvmbra
ret illi. Nichilominus deesset. vnde ignorancie sue tenebras
illuminaret. nisi in lumine illius videret lumen. Vnde est quod
illi dicitur. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus illumina
tenebras meas. Accipit itaque dilecta ex munere dilecti
sui. et beneficio sponsi sui duo remedia. contra duo prin
cipalia mala. refrigerii nubem. contra concupiscenciam
carnis. et reuelacionis lucem contra ignoranciam mentis
Et notandum quamuis sponsi dilecta. semper et vbique dilecti
sui adiutorio egeat. ita ut sine ipso nichil facere valeat
nisi quando tamen cooperatrici gracie vehemencius incubit
vel incumbere oportet. quando eo loco vbi de deserto ascen
dit tunc temporis maxime cum deliciis affluit. Si enim per deser
tum recte intelligitur cor humanum. quid erit de deserto
ascendere nisi supra semetipsum ire. Quando igitur homo
ibi possit vbi homo super hominem ascendit. vbi huma
na natura humane possibilitatis metas transcendit. Nullo
tamen tempore dilecto suo vehemencius innititur. quam cum spiri
talibus deliciis anima sancta affluere videtur. Et scien
dum quod spiritales delicie animam delicatam efficiunt. Voltis
audire quam delicatam facere consueuerint pene supra id quod
credi possit. Intantum denique vt exterior nulla delectacio
possit ei aliquatenus sapere. nec aliqua huius mundi gloria
aliquid consolacionis afferre. Vt veraciter audeat profiteri
et dicere. Renuit consolari anima mea. eo quod veraciter
senciat. et pro certo diffiniat. quia omnis caro fenum. et
omnis gloria eius quasi flos feni. Denique tedet animam sua
vite sue. quociens non datur consuetas delicias pro
voto habere. et quociens illa interne sollempnitatis gaudia

aliquamdiu subtrahunt. Sed quicquid ad eius consolationem
quicquid ad eius iocunditatem valet. ex alieno arbitrio
ex alieno beneficio pendet. Recte ergo illius viribus
innititur. de cuius munificencia totum recte presumitur. quod
speratur. desideratur. amatur. hec Rich[ardus]. Cum vero incepit
mens per ut dicitur in li[bro] de spiritu et anima semetipsam per
puritatem intelligenciam excedere. et in illam incorporee lucis
claritatem tota intrare in hoc mentis excessu pax illa
que exsuperat omnem sensum invenitur atque obtinetur
ut fiat silencium in celo quasi dimidia hora. ita ut contem-
plantis animus nulla alternancium cogitacionum tumultuacione
perturbetur. sed intra contemplacionis tranquillitatem totus
collectus intromittitur et in quendam affectum multum
inusitatum introrsus. et nescio quam dulcedinem. que si sic semper
sentiretur perfecto magna felicitas esset. Ubi nichil sensu-
alitas. nichil agit ymaginacio. sed omnis inferior vis
anime proprio interim viduatur officio. superior autem vis
anime in illud intime quietis secretum. et summe tranquilli-
tatis archanum feliciter introducatur. hec in libro de spiritu et anima. ¶ Et
notandum quod purus mentis excessus in deum. sive purus
descensus dei in animam fit in spiritu. quia deus est spiritus. et
concupiscit decorem anime que in spiritu ambulat. et car-
nis curam non facit in desideriis. De hoc beatus Bern[ardus] super
Can[tica] sic ait. Fidelissimus paranymphus videlicet angelus domi-
ni cuiusque anime qui inuitatum amoris consciuus. sed non invidus
non suam querit. sed domini gloriam distancitur. medius
inter dilectum et dilectam vota offerens. referens do-
na. excitat illam placat illum. interdum quoque licet raro
repudiat sibi presentat eos. sive hanc rapiens sive illum
adducens. Siquidem domesticus est et notus in
palacio nec veretur repulsam. et cottidie videt fa-
ciem patris. Vide autem tu ne quid me in hac verbi
animeque commixtione corporeum quid sentire existimes
sed loquimur quod apostolus dicit. cum adheret deo unus spiritus
est. Excessum pure mentis in deum. sive dei pium
descensum in animam quibus possumus exprimimus verbis

Itaqȝ in spū fit ista conīccio. quia spūs est deus et co
cupiscat decorem anime illius. quā forte aduenerit
in spū ambulātem. et curā carnis nō pficientem
in desiderio et p̄sertim si sui amore flagrantē con
spexerit. habet qȝ talis anima presto quē desiderat
non figuratū sed infusum. nō apparētē sed afficiētē
nec dubiū q̄n eo iocūdiorem quo intus non foris. Ver
bum quippe est non sonans sed penetrās. nō loquax
sed efficax. non obstrepens auribus sed affectibus blan
diens. facies est non formata sed formās. non pstrin
gens oculos corporis sed faciem cordis letificans. grata
quippe amoris munere non colore. Non tū adhuc
illum dixerim apparē sicuti est. q̄muis non omo ali
hoc modo exhibeat. q̄m quod est. Neqȝ em̄ vel sic conti
nue presto erit. q̄muis deuotissimis mētibus sed nec
uniformiter omnibus. Oportet namqȝ pro varijs aīe
desiderijs diuine gustum pñcie variari et infusum
saporem supne dulcedinis diuersa appetenti aīa alit
atqȝ alit oblectare palatū. hec bnh. Considerandū
est secdm dcm̄ Rich. de scō vic. q̄ mēs cuilibȝ perfecti
ad celi secreta tūc rapit. cum etne illius felicitatis pela
go absorbetur. et sup celestis torrente voluptatis eo usqȝ
debriat. Ut non solum omia exteriora p medoriā nes
ciat; sed ipe ecā sibi in obliuionem veniat. ita ut post
modum ad se reuersus cū aplō proclamet et dicat
Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit.
Unde q̄n animi intencio penitus auertit a sensibȝ corporis
ita q̄ nec pñcia videt nec audit. tūc dicit extasis hec rich.
hoc vero tam excellens donū. q̄ vȝ nōnulli usqȝ ad mētis
excessum rapiunt. alij hoc accipiunt ex sola vocante grā
alij aūt ut hoc possint sibi comparant cū adiutorio tū
gracie ex magna animi industria. De hoc rich. de scō vic.
in iiij° libro de contēplacione sic ait. Sciendū de illis qui
in suis contemplacionibȝ supra semetipsos ducuntur.
et usqȝ ad mentis excessum rapiunt. alij hoc expectant
et accipiunt ex sola vocante gracia. alij vero ut hoc possint

sibi comparaverunt cum gratiae tamen adiutorio et cooperatione
ex magna animi industria. Et illi quidem hoc donum quasi
fortuitum habent. isti vero iam velut ex virtute possident
Quasi fortuitum namque est, quod quando vult vel prout vult nullo
modo potest. Velut fortuitum igitur hoc habent qui in hoc nichil
ex propria industria valent sed solam vocantis horam expec-
tant. Iam vero velut et virtute eiusmodi gratiae efficaciam
habere dicendi sunt qui ex magna iam parte id possunt cum
volunt. Sed ad tantam gratiam non nisi cum magno labore
pervenitur. Unde et moyses in monte sex diebus morabatur
et in septimo de medio nubis ad dominum colloquium vocatur
Sex diebus ut notum est opera nostra peragimus et in septimo requiescimus
Quasi sex ergo dies transigimus in hoc monte. quando cum mag-
no labore magnaque animi industria in eiusmodi sub-
limitatis statu assuescimus diutius permanere. Tunc autem
quasi ad septimum diem pervenitur. quando tanta mentis sublevatio
in mentis oblectamentum vertitur. et sine ullo labore subitur
Quasi ad septimum iam diem pertingitur. quando in illo subli-
mitatis statu tandem aliquando ad summam animi tranquillitatem
componitur. Ut non solum omnem curam et sollicitudinem
deponat. ymo universas pene humanae possibilitatis
metas excedat. Ad colloquium domini domino vocante
admittitur. quando ex divina inspiratione et revelatione in
illam divinorum iudiciorum abissum intromittitur. In me-
dium nebule Moyses ingreditur. quando humana mens ab
illa divini luminis immensitate absorbta summa sui oblivio-
ne sopitur. ita ut mirari valeas et iuste mirari debe-
as quomodo concordet ibi nubes cum igne. et ignis cum nube.
Nubes ignorantiae cum igne illuminatae intelligentiae
ignorantia et oblivio notorum et expertorum. cum revelatione
et intelligentia prius ignotorum. et eo usque inexpertorum. Nam
uno eodemque tempore humana intelligentia. et ad divina
illuminatur. et ad humana obnubilatur. Hanc sublevati animi
pacem obnubilationem et illuminationem. psalmista paucis verbis
comprehendit cum dicit. In pace in idipsum dormiam et
requiescam. Veraciter anima tunc pacem invenit. quando supra

semetipām ducta humane passibilitatis molestias oi
no non sentit. In hac pace obdormit. qn̄ ad sum̄ā trā
quillitatē cōsopita · quidq͛ sobria cogitare cōsueuit ·
ei in obliuionē venit. Que enī dormit. que circa ipm̄ sūt
ymo et semetipm̄ nō nouit. Recte ergo p sopore mēt
alienacio exprimit͛ p quā ab assuetis absentat͛. et
qͥ p sompniū occupata · a rebus humanis diuinarꝫ
rerum cōtemplatione pegrinat͛. Et tūc quidem in
idipm̄ obdormit. qn̄ in eo p cōtemplacionē. et ad
miracionē requiescat. cui vnū idemq̧ est esse oīne
qd est. qui solus veraciter dicē potest. Ego sum qui sū
Et notandū q cū p mentis excessum sup̄ siue int
nosmetipōs in diuinorꝫ contēplacōnē rapim͛. exteriorꝫ
oīm statim ymo non solum eorꝫ que extra nos verꝫ
ec͛ que in nobis sunt oīm obliuiscim͛. Et item cum
ab illo sublimitatꝭ statu · ad nosmetipōs redim͛. illa
que prius sup̄ nosmetipōs vidim͛ in ea veritate vel
claritate qua prius prospexim͛ ad nr̄am meoriam
reuocare oīno nō possum͛. Et quāuis inde aliquid
in memoria teneam͛. et qͥ p mediū velum. et velut
in medio nebule videam͛ nec modum quidem vidē
di nec qualitatē visionis cōphendere vel recordari
sufficim͛. Et mirū in modū reminiscentes non reminisci
mur. dum videntes non puidem͛. et aspicientes nō
pspicim͛. et intendentes nō penetram͛. hec Richard͛.
Tantam talemq̧ gr̄am absq̧ dubio. pro vt idem
Rich͛ dicit. nemo accipit sine ingenti studio. et ardēti
desiderio. Nemo ec͛ existimet. ad illius diuini luminis cla
ritatē argumētando posse penetrare. nemo se credat
hūana illud raciocinacōe posse cōprehendē. Si enī aliq
argumētacōe adiri potuisset lumē illud diuinū vtiq̧
in accessibile non fuisset. Denique ap̄lus ad illud se gliat͛.
non quidem isse sed raptum fuisse. Scio inquit hoīez
siue in corpe siue extra corpus. nescio deus scit raptū
vsq̧ ad t͛ciū celum. Ad hoc itaq̧ celum hoīes rapi pos
sūt. ascendē oīno nō possūt. Possum͛ tamē illam

que in hac vita haberi potest dei cognicionem tribus gra-
dibus distinguere. et secundum graduum differenciam per tres celos
dividere. Aliter siquidem deus videtur per fidem. aliter cog-
noscitur per racionem. atque aliter cernitur per contemplacionem. Prima
ergo visio ad primum celum. secunda ad secundum. tercia pertinet
ad tercium. Ad primum itaque contemplacionis celum et ad secundum
homines ascendere possunt. sed ad illud quod est supra
racionem. nisi per mentis excessum supra semetipsos rapti nequaquam
pertingunt. Cum ergo mens hominis sic supra seipsam rapitur
omnes humane raciocinacionis angustias supergreditur.
Ad illud enim quod supra se elevata et in extasim rapta de
divinitatis lumine conspicit. omnis humana racio suc-
cumbit. et nisi humane raciocinacionis angustias dese-
rat. ad capiendum divine inspiracionis archanum intelli-
gencie sinum non dilatat. Animus qui est huius dilecti dum
desiderio flagitat. quanto eum familiarius novit tanto
amplius amat. et quo frequencius eius fruitur amplexi-
bus. eo vehemencius eius desiderio estuat. Eius siqui-
dem frequens contubernium solet sane desiderium non mi-
nuere sed augere. et amoris incendium acrius inflam-
mare. Qui igitur talis sponsi et dilecti dulcedine frui-
tur. et inter hymeneos illius requiescens. eius amore
iugiter delectatur. quomodo putas frequentes mentis excessus
patitur. qui sepe in extasim raptus supra seipsum du-
citur. dum pulchritudinis eius magnitudine atto-
nitus in eius admiracione suspenditur. tunc nimi-
rum anima. cum seipsam pre gaudio iam capere non
poterit. supra seipsam ducitur. et per excessum mentis in
superna elevatur. Hec Richardus. Qui vero per excessum mentis
aliquid de superne felicitatis dulcedine degustant. tales
interim a miseria huius fragilis vite liberi existunt
quia felicitas et miseria simul esse non possunt. Hoc pro-
bat beatus Bernhardus in libro de gracia et libero arbitrio ita dicens
Fatendum est eos qui per excessum contemplacionis rapti
quandoque in spiritu quantulumcumque de superne felicitatis dulcedine
degustare sufficiunt. tociens esse liberos a miseria. quociens

sit excedunt. Hij plane quod negandum non est. etiam in hac
carne licet raro raptimque contemplatiue libertate fruuntur
qui cum maria optimam partem elegerunt. que non
auferetur ab eis. Qui enim iam tenent quod auferendum
non est. experiuntur utique quod futurum est. Sed quod futurum est
felicitas est. Porro felicitas et miseria. eodem tempore esse
non possunt simul. quociens igitur per spiritum illam participant.
pariter. tociens istam non senciunt. Itaque in hac vita soli
contemplatiui possunt utcumque frui libertate contemplatiua
et hoc ex parte et parte satis modica vitque rarissima. hec bernhardus
Sed mirum videtur cum deus propinquus sit omnibus homini-
bus. et quod tam pauci sint. qui ipsum in seipsis speculen-
tur. et ecstatica in contemplatione extra seipsos rapiantur. Sed
racio est in promptu. quia mens humana sollicitudinibus
distenta non intrat ad se per memoriam. fantasmatibus
obnubilata. non redit ad se per intelligenciam concu-
piscenciis illecta. ad seipsam nequaquam reuertitur. per desi-
derium salutis interne et spiritualis leticie. Ideo taliter in
hijs sensibus iacens. non potest ad se tanquam ad dei
ymaginem reintrare. Et quoniam ubi quis ceciderit. necesse
habet ibidem recumbere. non potuit gracia anima nostra ab hijs sen-
sibus releuari ad contuitum sui et eterne felicitatis in seipsa
nisi veritas assumpta forma humana in christo fieret sibi
scala reparans priorem scalam que fracta fuerat in adam
Ideo quantumcumque quis sit illuminatus lumine nature et sciencie
acquisite non potest intrare in se ut in seipso delectetur
in domino. nisi mediante christo qui dicit. Ego sum hostium
per me si quis introierit saluabitur. et ingredietur. et egre-
dietur et pascua inueniet. Ad hoc autem hostium non
appropinquamus. nisi in christum credamus. speremus et amemus.
Necesse est igitur si intrare volumus ad fruicionem veritatis
tanquam ad paradisum. quod ingrediamur. per fidem et spem
et caritatem. mediatoris dei et hominum ihesu christi. qui est tanquam
lignum vite in medio paradisi. Superuestienda est igitur
ymago mentis nostre tribus virtutibus theologicis. quibus
anima purificatur. illuminatur et perficitur. et sic ymago reformatur.

et conformis superne ierusalem celestis efficitur. Anima igitur credens
et sperans et amans ihesum christum qui est verbum increatum
inspiratum et incarnatum scilicet via veritas et vita dum per
fidem credit in christum tanquam verbum increatum quod est verbum et
splendor patris recuperat spiritualem auditum et visum. auditum
ad suscipiendum christi sermones visum ad considerandum illius lucis
splendores. Dum autem anima suspirat ad suscipiendum verbum
inspiratum per desiderium et affectum recuperat spiritualem olfac-
tum. Dum vero anima caritate complectitur verbum in-
carnatum suscipiens ab ipso delectationem et transiens in illud
per extaticum amorem recuperat spiritualem gustum et
tactum. Quibus sensibus reparatis dum sponsum suum
videt et audit odoratur et gustat et amplexatur decantare
potest talis anima tanquam sponsa dilecta a christo dicens illud
Canticorum. Dilectus meus michi et ego illi. In hoc namque
gradu reparatis sensibus interioribus ad sentiendum summe
pulchrum ad audiendum summe armonicum ad odorandum
summe odoriferum ad degustandum summe suave ad
apprehendendum summe delectabile disponitur anima ad men-
tales excessus et efficitur spiritus ierarchicus ad conscen-
dendum sursum ad illam ierusalem supernam in quam nemo intrat
nisi prius per gratiam ipsa in cor descendat. Tunc autem in cor
descendit quando per reformationem per theologicas virtutes et
per oblectationes spiritualium sensuum et suspensiones excessu-
um efficitur spiritus ierarchicus scilicet purgatus illuminatus et per-
fectus. purgata illuminata et perfecta intrat seipsam in-
trando. in seipsam intrat in supernam ierusalem ubi ordines
angelorum considerans videt in eis deum qui habitans in eis
omnes eorum operatur operationes. Unde dicit beatus bernhardus ad euge-
nium. Quod deus in seraphin amat ut caritas. In cheru-
byn novit ut veritas. In thronis sedet ut equitas. In
dominationibus dominatur ut maiestas. In principatibus regit
ut principium. In potestatibus tuetur ut salus. In virtutibus
operatur ut virtus. In archangelis revelat ut lux. In an-
gelis assistit ut pietas. Ex quibus omnibus videtur deus
omnia in omnibus per contemplationem ipsius in mentibus in quibus

habitat p dona affluentissime caritatis. Et nondū p'ut
dr̄. Rich' de scō vic. q' duo sunt cōtemplacōnis excessus
vnus in intellectu · et alt' in affectu · vnus in lumine · alt' in
amore · vnus in agnicione · alt' in deuocione · cuicūq3 hor
copia datur · vere dicē potest · Introduxit me rex in cella
vinariā · hec Rich'. De hac ecī · affectione et cognicōne · q̄
dam glō · sup illo v̄bo · Gustate et videte · sic ait · Ingusta
te diuinor affectione · In videte eordem cogniconem
insinuās · Magna quippe sunt ista duo bona · et non
repiunt' eis maiora · nec felicitati creature intellctualis
et racōnalis plus comoda qm̄ lumē cognicōis et dulce
do affectionis · Nam si illuīans lumīe cognicōis · et nō
satians dulcedine affectionis · magnū bonū est sed nō
plenū · Si aūt ecōu'so satians affectione · et nō illuīa
ns cognicōe · magnū bonū itez est · sed non pfectum
Vtrūq3 igitur ad gaudiū plenū diuine refectōis exigit
vt bono bonū additū · btitudinis felicitas pfectius cumle
tur · hec glō · Vbi tamē considerādū · q' actus dilectionis
excellit actum cognicōis in aliquo gradu · Dant' nāq3
homi a deo diuersi habitus supnaturales ad suū finem
qui est supnaturalis consequēdū · Dant' eni intellectui
habit' supn̄ales ad suū finem cognoscendū · vt fides
sciencia diuinor zc̄. Dant' ecī · volūtati habit' supn̄a
les ad deum diligendū · vt caritas sive amor gratuitus
Sed habitus caritatis excellit oīes h̄itus intellectus
vt fidem · sciām · zc̄. vt expresse ostendit aplus p̄ma ad
Corinth. xiij.° ca.° Vbi p̄mo enūatis aliquib' h̄itibus et
actibus intellectus et volūtat' infert · Maior aūt hor
est caritas · Et ostendit ibidē · q' nullus h̄itus vel act'
intellectus est meritorius · sine habitu volūtatis · qui
est caritas · et h̄itus intellectus · aliq̄lit' euacuabūtur
pp̄t imp'fectōnē eor in p'ria · habit' aūt caritatis pp̄t suā
pfectōm manebit i p'ria · Sed pfectores h̄it' pfectiores eli
ciūt act' · et ideo act' dilcōis p'fert' hic actui cognicōis
tāmq' pfectior · vn̄ Mt. xxij. dr̄ · q' dilcō est p̄mū et maxi
mū mādatū · Itē actui dilectōis cōuenit vnire et trāsformare · vn̄ dr̄

dyonisi⁹ Nā diligē nichil est aliud q̄ꝫ cōplacere vł vnire se ama
te cū amato. q̄a caritas est vita cōplans amātē cū amato Ex hys
igr̄ apparz planē q̄ act⁹ dilc̄ōis excellit et excedit actū cognicō
nis intellctualis in aliquo gradu. Inq̄ntū aūt eum ex
cellit. īn tm̄ eū excedit in attingēdo deum. in aliq̄ gradu di
lectionis. ad quē actus cognicōis intellctualis nō potest
extendi. quia sup intellctualis est. et q̄ꝫ nis vt dı͛ Augˡ
incognita nequaq̄ꝫ possint amari. Ideo est ibi aliqua
noticia non intellctualis sed affectualis. seu expimētal
Cum p̄dictˡ cōcordat hugo. sup li⁰. vij⁰. angelice ierarch͛e
ita. d. Sic intelligas q̄nta est vis amoris. et dilectōis
si tamē intelligi potest. q̄m dilectō supeminet sciencie
et maior est intelligēcia. plus enī diligit̄ q̄m intelligit̄
Intrat enī dilectio. et appiq̄uat. vbi scīa foris stat. Et red
dit racōm. quia amor inquit p̄simēs et cōfidēs amato
sua acucie penetrat omīa. et impetū sequēs ardentis de
siderij sui. nec dissimulare valēs. donec ad amatū p̄ueniat
et eo ipō amplius adhuc sitiēs. intrare ipm̄. et esse cum
ipō. et esse tam pp̄e vt si fieri possit. hoc idem sit q̄d ipē
Ecce expresse dı͛. q̄ verus amor venit deo īmediacius
q̄m intellectō. et q̄ hoc intellectus non capit. ergo t͛lis
noticia affectualis. est sup͛ior intellctuali. Cum hys et
cōcordat vercellens̄. sup Can. dı͛s. Ꝝ intellect⁹ et affect⁹
simul coambulant. vsq̄ꝫ ad nouissimū defectū intel
lectus. vbi habet sue cognicōis et sui lumīs cōsumma
cionē. affectus aūt adhuc continet p̄ncipalia in deum
suspiria. et sup intellctuales extensiones et īmissiones
s. feruidos fulgores. et fulgidos feruores. ad q̄ꝝ eoꝝ īm
sublimes excessus. et excedentes sublimitates intelli
gencia trahi nō potest. sed solū principalis affectus
deo vnibilis. hec vercell. Diuina namq̄ꝫ caligo est in
accessibile lumē in qua hītare deus dicit̄. et inuisibi
lis quidem existens. pp̄ter excedentē claritatē. et in ac
cessibilis idem pp̄ter excessum. sup sb̄alis lumīs effu
sionē. in hac fit omīs qui deum cognoscē et videre est
dignus habitus. Qui igit̄ intrat hanc caliginem

unitur incomprehensibilitati divine. quam non penetrat intelli-
gencia que vertex est omnium clausura et in se claudit. et se-
cretissime celat omnes cogitaciones apprehensivas tanquam
in prima omnium causa. et per eam omnis unitur deo. qui est
super omnia constitutus in excellencia. quam nec racio inves-
tigat. nec intellectus speculatur. et ab omnibus eciam qui a se
ipso segregatur. et per unionem dilectionis que effectiva est
vere cognicionis unitur deo intellectualiter. ignota cognicioni
multo meliori quam sit cognicio intellectualis. et in eo
quod intellectualem cognicionem derelinquit super intellectum et
mentem deum cognoscit. De hoc intelligens super illud Can.
v°. Quesivi et non inveni. sic ait. Cum hoc modo deum
quererem extendendo me et michi possibilia. vigiles. i.
celestes paranymphi. qui custodiunt civitatem. i. infinitam
divinitatis plenitudinem. continuis suis contemplacionibus
invenerunt me querentem. et ex officio suo sursum me longe
super duxerunt. quibus aio ipsa admiracione mea. Num
vidistis quem diligit anima mea. Qui a deo est ocul-
tus sublimis et gloriosus michi et omni menti sit
invisus. Igitur cum paululum pertransissem eos ascenden-
do super eminenciam anime et caliginem quam deus inhabitat
quod est inaccessibile lumen pro capacitate mea introisse
inveni per desideratam. et absorbentem unionem super intel-
lectualis cognicionis et amoris. quem diligit anima mea
hec intelligens. Si autem querat aliquis. quomodo hec fiant
talis interroget graciam non doctrinam. desiderium non in-
tellectum. gemitum oracionis. non studium leccionis. spon-
sum non magistrum. deum non hominem. caliginem non
claritatem non lucem. sed ignem totaliter inflammantem
et in deum excessivis unionibus. et ardentissimis affectibus
transferentem. Hoc enim misterium est secretissimum. et nemo
novit nisi qui accipit. nec accipit nisi qui desiderat
nec desiderat. nisi quem ignis spiritus sancti medullitus
inflammat. quem christus misit in terram. Hic igitur nichil potest
natura/ modicum valet industria/ parum dandum est in-
quisicioni/ et multum unccioni. parum dandum est lingue.

et plurimu̅ in the lectice. parum dandu̅ est vbo et scripto
sed totum dei dono hoc est spiritui sancto. Parum aut
nichil dandu̅ est creature. sed totu̅ creatrici essencie patri
et filio et spiritui sancto. Et no̅ndu̅ put dicit dyonisius
q perfectissim9 modus in quo intellectus nr deo co̅iungi pt
est inquantu̅ co̅iungit ei vt ignoto. Vn̅ dicit btus Aug. Deus
omem forma̅ intellectus mi subterfugit. quia quacu̅q
forma̅ intellectus nr concipiat. illa forma no̅ ptingit ad
racio̅ne̅ diuine essencie. et ideo ipe non potest esse pvius
intellectui nro Sed p hoc eu̅ perfectissime cognoscimus
in statu vie. q scim9 eum esse sup omne id qd intellectus
nr concipe pt. et sic ei co̅iungim qi ignoto. sed in pria
ipm p forma̅ que est essencia sua videbim9 et co̅iunge
mur ei quasi noto. De hac diuinitate Gg9 nazanzen9
expone̅s illud vbum. Qui est misit me ad vos. sic dit.
Esse em̅ ipius totum est et semp est. qd nec cepit vmq̅
nec aliqn̅ cessabit insupabile quodda̅. ac sine fine subs
pelagus nullis terminis limitib9q circu̅datu̅. omem sup
grediens sensum. om̅e tempus atq omem natura̅
q solo mentis co̅templari possit intuitu. et hoc subti
li admodu̅ et p exigua inspectione. non ex hijs que
in ipo su̅t. sed ex hys que circa ipm sunt. Vt ipa veritatis
spe̅s non tam ex ipa veritate. qm̅ ex hijs que veritati
su̅t proxima co̅templet. Effugit em̅ priusq̅m teneri q̅rat
et prius q̅m apphendi possit elabit. tn̅ se cordi offerens
et hoc si purum sit. qn̅tu̅ humanos oculos ictus cho
rusci pstringentis et cito ptereuntis illuiat. Ideo ut
ego arbitror. q p hoc q omo q̅ntaluncu̅q ex hui9 lumine
conspici potest. nec appetendi. aut inquire̅di tribuit
spem. Quid aut vel ex parte sentiri potest a̅miracois
est. et qd in ammiracoe est. desiderari copiosius potest.
Cum aut desiderat. desiderantes purificat. cu̅ purificat
deo similes facit. tu̅c eos velut pprios iam et domesti
cos facit. eciam in colloquijs et sermonib9 pticipes. Absq
vllo est ergo fine credenda diuinitas. et ad senciendu̅
eciam ipi difficilis menti. et hoc est solu̅ q ex ea co̅phe̅dim9

quia cōprehendi nō potest. hec greg. Unde deus id quod est
nec cogitari nec cōprehendi potest. Nam si cōp̄hendit
deus non est. potest tamē cordis oculus si purus est
quodam tactu incorpeo et spūali ipm̄ attingē sed
non cōprehendere. Qui ergo desiderat deum videre
et mente cōtingē. cor purget et mūdū faciat oculū
cordis. De hoc btūs Aug. in li. de v̄bis dm̄ sic ait. Cum
igit de deo loquimr. quid mirū si nō cōprehendit. si em̄
comp̄hendis deus non est. Attingē aliqn̄tulū mente
deum. magna btitudo est. cōp̄hende aūt omo im
possibile. Cuius em̄ oculus cordis cōp̄hendit deum
sufficiat ut attingat. si purus est oculus. Si at attin
git tactu quodā attingit incorpeo et spūali. nō
tamē cōprehendit. et fit btūs homo cōtingēdo corde
illud quod semp btm̄ manet. et est illud ipā btitudo ppe
tua. et unde fit homo viuus vita ppetua. Si vis ergo
illū mēte cōtingē. purga mētem. purga cor tuū. mū
dū fac oculū cordis. Bti em̄ mundo corde. qm̄ ipi deū
videbūt. hec Aug. Btūs eciā bnh. in epla. ad Carthu
sienses de hoc sic dic. Deus idipm̄ quid est. cogitari
omo nō potest. nisi qn̄tū ad hoc sensu illūiati
amoris attingi potest. Certius em̄ sensu hūili et
illūiati amoris. qm̄ quolibz cogitatu racionis at
tingit. Et semp melior est qm̄ cogitat. melius tn̄
cogitat qm̄ dicat. Ipā est sūma essencia a quo oē
esse proficiscit. In quo esse nrm̄ non morit. intellec
tus nō errat. amor nō offendit. qui semp querit.
ut dulcius inueniat. dulcissime inuenit. ut dilig͠e
cius querat. hoc ergo ineffabile. cum nō nisi inef
fabilit videat. qui wlt videre cor mūdet. quia nulla
corpis similitudine dormienti. nulla corpea specie
vigilanti. nulla rōnis indagine. nisi mūdo corde
hūilit amantis videri potest. vel app̄hendi. hec est
em̄ facies dei quā nemo potest videre et viuē mūdo
hec est spēs cui cōtemplande suspirat omnis qui affec
tat diligē dnm̄ deū suū in toto corde suo. et in tota

anima sua et ex omnibus viribus suis. ad qd̄ etiā non
desinit excitare proximū suū si diligit eum sicut seipm̄
hec sanct Bub. Sed et hoc nōndū. qȝ excessus siue alie
nacio mentis. extasis et raptus. omīa in scripturis p
eodem accipiūt͛. et signāt eleuacōm quandam ab exteriori
bus sensibus. quibus natalit͛ intendim͛ ad aliq͡ que
sūt supra hoīem. Potest tamē inter extasim et raptū
aliquid interesse. nam extasis importat simplicit͛ excessū
a seipso scdm̄ quā scilȝ aliquis extra suam ordinacōnem
ponitur. Sed raptus sup͛ hec addit violenciā quādam
et mentē excedentē suā v͛tutem. De qua dicit paulus. Si me
mente excedim͛ deo. glō. Excessum mentis dicit. qȝ mente
leuat͛ ad intelligenda celestia. In excessu vero mentis duo
intelligūt͛. vel pauor vel intencio ad supna. ita ut quo
dāmō a mēoria elabant͛ inferiora. In hoc mētis excessu
fuerūt omēs sancti quibus archana dei mūdū istum
excedencia reuelata sūt. De hoc mentis excessu paulus
dicit. seipm̄ insinuās soli deo excidisse. excedens em̄ mēte
aplus omēm hūanā fragilitatē. omnē seculi tpalitatē
omīa que cūqȝ nascendo et occidendo vanescūt tūsem
cia. habitabat in corde in quadam ineffabili cōtēpla
cōne vbi audiuit ineffabilia verba. que nō licet homī
loqui. Sed querit͛ vtrū in illo excessu viderit deū p essen
ciam. De hoc btūs Augꝰ ad paulinā sic dicit. Nōndū
qȝ quibusdam sanctis deus non in sua natū. sed in q͡
voluit specie dignatus est appar͛e. sicut Abrahe et Ysaac
ceteris qȝ similibus. Inuisibilis est igitur natā deus
non tantū pater. sed ipa trinitas vnus deus. et q͡a
non tm̄ inuisibilis. verū ecī in cōmutabilis sit appet
quibus voluerit specie vt aput eum integra maneat
inuisibilis in cōmutabilis qȝ natā. Desideriū aut͛ beacī
piorū. quo videre deum cupiūt. et inhiant͛ ardescunt
non opinor in eandem spēm cōtuenda flagrat. qua vt
vult apparet qȝ ipē non est. sed in eam subām qua ipē est
quid est. huius em̄ desiderij sui flāmam Moyses fidelis
famulus eius ostendit. vbi ait deo cum quo vt amicꝰ

facie ad faciem loquebatur. Si inueni gratiam apud te. ostende
michi temetipsum. Quid ergo ille non erat ipse. Si non esset
ipse. non ei diceret. ostende michi teipsum. sed ostende michi ut
deum. et tamen si eius naturam substanciam quam conspiceret. multo
minus diceret. ostende michi temetipsum. Ipse ergo erat in
ea specie qua apparere voluerat. non autem ipse apparebat
in natura propria quam moyses videre cupiebat. Ea quippe
promittitur sanctis in alia vita. Unde quod responsum est moysi
verum est quia nemo potest faciem dei videre et viuere. i.
nemo potest eum in hac vita viuens videre sicuti est. Unde
Iohannes ait. Dilectissimi filii dei sumus. et nondum apparuit
quod erimus. scimus cum apparuerit similes ei erimus. quoniam
videbimus eum sicuti est. non sicut homines eum viderunt
quando voluit in specie. in specie qua voluit. non in natura
qua in semetipso etiam cum videtur latuit. sed sicuti est. quod
ab eo petebatur. cum ei diceretur. ostende michi temet
ipsum ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur. Sed potest
moueri quomodo ipsa dei substancia videri potuerit a quibus
dam in hac vita positis. propter illud quod dictum est ad
moysen. Nemo potest faciem meam videre et viuere. nisi
quia potest mens humana diuinitus rapi. ex hac vi
ta ad angelicam vitam. antequam per istam communem mor
tem carne soluatur. et sic raptus fuit paulus. qui
audiuit illic ineffabilia verba. que non licet homini loqui
ubi usque adeo facta est ab huius vite sensibus quedam
racionis auersio. ut siue in corpore siue extra corpus
an omnino resolucio facta fuerit. qualis in plena mor
te contigit nescire se diceret. ita sit ut et illud verum sit
quod dictum est. Nemo potest faciem meam videre et viuere
quia necesse est abstrahi ab hac vita mentem. quando in
illius ineffabilitate visionis assumitur. hec Aug. Item
dicit de hoc idem beatus Aug. super Gen. Cur non credamus
quod tanto apostolo doctori gencium rapto usque ad excellentis
simam visionem voluerit deus demonstrare vitam
in qua post vitam istam viuendum est in eternum. hec
Aug. Et nondum quod in raptu pauli non fuit necessarium

Ut anima eius totaliter separetur a corpore. sed manente
hoc statu. ablata est ab anima eius actualis conversio
ad fantasmata et sensibilia. ne impediretur eius eleva
tio in id quod excedit omnia fantasmata. et ideo in raptu
eius non fuit necessarium ut dictum est. quod anima sit sepa
retur a corpore. ut ei non uniretur ut forma. Fuit autem neces
sarium intellectum eius abstrahi a fantasmatibus et sen
sibilium perceptione. Nam oportet cum intellectus hominis
elevatur ad altissimam dei essencie visionem. ut tota mentis
intencio illuc advocetur. ita quod nichil intelligat ex fan
tasmatibus. sed totaliter feratur in deum. Unde et paulus
ab omnibus abstractus offendiculis unitive contem
placionis mente tunc excessit. Ut vere amator translatus
in amatum. non autem ut exanimatus et corpori subductus
propterea apostolus bene dicit illud. Vivo ego iam non ego. vi
vit vero in me christus. Nam tota mente attractus in super intel
lectuales extensiones divinorum invisibilium. usque ad fer
vidos fulgores. et fulgidos fervores. ad quorum omnium
sublimes excessus. et excedentes sublimitates. intelli
gencia trahi non potuit. sed sola principalis affectio
deo unibilis. Dixit se iam .i. extunc vivere non vita
sua sed amati. cum quo unus effectus fuit spiritus
Cor namque eius divina absorbtum dulcedine. sic reso
lutum divini amoris extitit liquamine. Ut appetitus cum
appetibili. mirabili uniretur amicicie vinculo. et ideo
in superessentiali et super lucenti divini splendoris caligine
factus ostendit se pro intellectu esse incomprehensibile
et vite sue non viventem. dicens. Vivo ego iam non ego. etc.
Sicut enim ferrum conflatum in igne in liquorem solutum
nil de natura eius remanente sensibus videtur. sed totum in
igneam qualitatem vertitur. sola vero racione naturam suam
quamvis liquefactam servare cognoscimus. Sicut ergo totum ferrum
liquefactum igneum. ymo ignis apparet. manente eius substan
cia mens pauli caritatis igne liquefacta. et in deum transformata
manente natura tota. facta est deus. Unde et mens devotorum
et perfectorum virorum. cum per contemplacionem et alienacionem

cōiucta et vnita fuerit deo. dormit quodāmō. et q̇dā̇
vigilat. dicēs illud Can. Ego dormio. et cor meum
vigilat. Sola affectiua tūc vigilat. et silenciū oīb9
alijs potencijs tūc ipōnit. et tūc homo alienat9 est
a sensibus et in extasi positus. et audit v̄ba que nō
licet homī loqui. quia tū est in affectu et alia sunt
solūmō p gr̄am. Q̄a sol ille diuin9 p suas inflāma
cōnes et ardores. quos emittit in illas aīas que ha
bēt excessus mentales nullus potest explicare. Si
cut em̄ scd̄m aplm̄ gemitus sūt inenarrabiles. quib9
pro nobis postulat sp̄us. Quid sūt excessus. quid
ne ardores. Vnde sol ille diuin9 et eternus. illā celestē
ierarchiam. et istā humanā irradiat et inflāmat
taliformi amore illam p intencōm visionē et frui
cionē. hāc p caritatē de corde puro. cōsciā bona. et
fide non ficta. Sed quid est q caligo iste excecat
cum pocius debeat illūiare. sed ista excecacō est sūma
illūiacio. quia est in sublimitate mentis vltra hu
manam intellctus inuestigacōnē. vbi intellect9 cali
gat. quia nō potest inuestigare. quia tū scendit
omnē potenciā inuestigatiuā. Est ergo ibi caligo
inaccessibilis. que tamē illūiat mētes. quo pdide
rūt inuestigacōnes curiosas. Vnde p p̄e. dr̄. posuit
tenebras latibulū suū. Spūs aut̄ scūs leuat aīam
ad ista obscura. et docet inpulsa. et hic est digitus dei
ad quē magus pharaonis non potest attingere
. s. intellectus nr̄. sed affectus. Iste aūt amor est se
questratiuus. soporatiuus et sursum actiuus. Se
questrat em̄ ab omī affectu alieno. ppter sponsi
affectus vnionē. Soporat et quietat. omēs potē
cias. et silenciū inponit. Sursū agit q̄a ducat in
deum. et sic est homo q̄i mortuus. et ideo fortis
est vt mors dileccio q̄a sepat ab oī causa. oportet
em̄ hominem mori. p illū amorē omib9 externis vt sur
sū agat. et deo viuat. In q̄ vnione ītrat. iniciat in tene

brare radium. Dicitur tenebra quia intellectus non capit
et tamen animam summe illustrat. Et quia mens oculis intellec-
tualibus illum radium respicere non potest. ideo amonen-
di sunt. unde dicitur Can. Auerte oculos tuos. ipsi enim me a-
volare fecerunt. Tunc Christus recedit. quando mens oculis intel-
lectualibus nititur illam sapienciam aspicere. quia ibi non
intellectus sed affectus vadit. usque ad profundum Christi.
Qui vero tantam graciam a domino percipiunt. quodammodo deifican-
tur. Nam duas raciones naturas racionis capaces creator noster
condidit. angelicam scilicet et humanam. quas ad similitudinem
suam creans mecum subsistere voluit. et quia beate sine illo
esse nequibant sui participacionem illis largiri dignatus
est. Ut videlicet hoc habeant per graciam. quod deus est per naturam
hoc autem fieri aliter non potest. nisi hii qui salvandi sunt
deificentur. quia salvari non possunt. nisi qui fuerint deifi-
cati. Deificacio autem est assimilacio et unio ad deum secundum
possibilitatem creature. Assimilacio fit vero per virtutes seu bona
operacionem. Unio autem fit per caritatis fervorem. Quanto autem
quisque est virtuosior. et caritate plenior. tanto est deo si-
milior. et eius unio cum deo perfectior. Unde sancti et perfecti
viri. quia sunt virtuosi et caritate pleni. in suis contempla-
cionibus. extra semetipsos rapiuntur et eo perfectius cum deo
uniuntur. quanto magis per vitam virtuosam. et caritatem
fervidam deificantur. quia per ardorem divini amoris quem
in excessu mentis dulcius degustant. in deum quodammodo
transformantur. Sed debet circa hoc uniusquisque conscienciam suam
discutere. et si donis spiritualibus quibus ad amiciciam dei pervenitur
se carere conspexerit debet gemere et pro prime remedium illa a
domino studeat obtinere. Si autem aliqua dona minora habuit
maiora in aliis non invideat sed pocius diligat. ac dominum
suppliciter exoret. ut illius doni quod alter perfectius possidet
eum participem faciat. ut dicere possit cum psalmista. particeps ego
sum omnium timencium te et custodiencium mandata tua.
Nondum etc. quia hii qui per graciam contemplacionis celestis vite
dulcedinem gustaverunt ac cognoverunt. illis transitoria vilescunt

omnia deserunt habita· et corporis animus solum desideriis ce-
lestibus inardescat· De hoc beatus gregorius in quadam omelia sic
dicit· Qui celestis vite dulcedinem inquantum possibilitas ad-
mittit perfecte cognouerit· ea que in terris amauerat li-
benter cuncta derelinquit· in comparacione eius vilescunt omnia
decent habita congregata dispergit· inardescat animus in ce-
lestibus· nil in terrenis libet· deforme conspicitur quidquid de
terrene rei placebat specie· quia sola celestis patrie clari-
tas fulget in mente· Nam quem perfecte absorbuerit· ad
terrena desideria foris velut insensibilem reddit· hec gregorius
Omnis ecclesia per ut dicit beatus bernhardus· que vel semel gusta-
uit spiritus sancti dulcedinem· principaliter ipsius impossibile est· ut
non toto corde desideret· ymo omnis anima in spiritu ambulans
sponsum vel in amplexu vel in affectu osculo et de-
siderio· ecclesia tamen manducat et bibit impossibile est non
habere· hec bernhardus· hanc vero dulcedinem spiritualem et gaudium
verum· amme mundi et voluptatum carnalium amatores
percipere non possunt· quia huiusmodi dulcedo est cordis et non
carnis· Unde eam cognoscere non potest· quilibet carnalis
De hoc Richardus de sancto victore in tractatu super· Benyamin ado-
lescentulus sic ait· Qui enim in bonis falsis atque deceptoriis
spem figunt· que sint vera bona inuenire non possunt
Non ergo est mirum si eam quilibet amator mundi nescit
quam deus diligentibus se abscondit· Est enim manna
absconditum· et nisi gustantibus omnino ignotum· Est namque
huius dulcedo cordis non carnis· Unde nec eam nosse
potest quilibet carnalis· Ordinatum autem et verum gau-
dium veracius tunc habemus· quando de veris et internis bonis
gaudemus· Ad tale gaudium apostolus nos hortatur dicens
Gaudete in domino semper· Et propheta· letamini in domino et
exultate iusti· Mens autem que in laude hominum delectatur
quid sit internum gaudium experiri non meretur· nec mens
humana· nisi per abstinentiam et pacienciam ad verum gaudium
pertingit· Oportet enim non solum falsam delectacionem
sed etiam vanam perturbacionem excludere· qui vult de veritate
gaudere· Qui enim adhuc in infimis delectatur· intra

Utique iocunditate indignus est. Et qui vano timore per-
batur spirituali dulcedine perfrui non potest. Falsam
leticiam veritas dampnabat cum dicebat. Ve vobis qui
nunc ridetis. Vanam perturbacionem extirpabat cum dicebat
Nolite timere eos qui occidunt corpus etc. Horum autem
unum abstinendo superamus alterum paciendo calcamus. Quid
ergo per tot labores nisi verum gaudium querimus. Sed
huius mercedis tociens quasi quasdam primicias et velut arram
quandam accipimus quociens ad illud intimum divinum gaudium
intramus et ex aliqua parte gustamus. Hanc autem interne dul
cedinis degustacionem scriptura sacra nunc gustum nunc
ebrietatem vocat. Ut quoniam sit parva vel magna ostendit.
Parva quidem ad comparacionem future plenitudinis
Magna autem in comparacione cuiuslibet mundane iocunditatis
Presens etenim spiritualium virorum delectacio future vite gau
diis comparata quantumlibet excrescens invenitur parva. cuius tamen
comparacione omnis exteriorum delectacionum suavitas est nulla
O dulcedo miranda. dulcedo tam magna. dulcedo tam
parva. quomodo non magna quam mundanam omnem excedis.
quomodo non parva que de illa plenitudine vix stillam mo
dicam decerpis. Modicum quiddam de tanto felicitatis
pelago mentibus instillas. mentes tamen quas infundis
plene inebrias. Merito tantillum de tanto gustus
quidam dicitur. merito nichilominus que mentem a se ipsa
alienat ebrietas nominatur. Gustus ergo est et ebrietas
vite dici potest. Gustate et videte dicit propheta quoniam
suavis est dominus. Et de ebrietate idem dicit. Visitasti terram
et inebriasti eam. Hac itaque dulcedine inebriari non
merentur qui adhuc carnalium desideriorum fluctibus
agitantur. Visitasti inquit terram et inebriasti eam
Quare ergo solam terram dicitur deus inebriasse. cur
non eciam mare. Sed scimus quia mens que per varia deside
ria fluctuat. quam adhuc secularium curarum procella ex
agitat. in illud intimum gaudium non admittitur. et illo
torrente voluptatis non potatur. quanto minus inebriatur. Quid
ergo per terram. nisi firmam cordis stabilitatem debemus accipere.

Debet igitur fluctuacōm cordis restringē. et ad vni⁹
veri gaudij desiderium cogitacōnu̅. affeccōnu̅qȝ mot⁹
colligē. qui se capit vel credit. illo vere sobrietat̅ poc̄lo
inebriandum fore. hec est illa vere btā t̄ra. mentis vȝ
stabilitas trāquilla. qu̅ mēs in scipa tota colligit̄.
et in vno eternitatis desiderio immobilit̄ figit̄. hec est illa
t̄ra quā veritas promittebat cu̅ dicebat. Beati mites qm̄
ipi possidebu̅t t̄ra̅. hec est illa t̄ra quā Isachar cōcupiuit
et in ei⁹ amore exarsit. vt legit̄. Isachar asin⁹ fortis hi
tans int̄ t̄minos. vidit requiē q̄ esset bona. et t̄rā q̄ esset
optima. et supposuit humeru̅ suu̅ ad portādu̅. pene
ergo iste non plene hanc montēau̅ t̄ram deseruerat
pene non plene illā vincēau̅ t̄ram app̄henderat. qui in
ter t̄minos habitabat. quia vilissis q̄a pauca[ssis] hui⁹
vite bonis cōtēt⁹ erat. hui⁹ t̄re infe extrema q̄a p frequētes mēt
excess⁹ p̄hemis vite bona p̄gustabat. illi⁹ bt̄e t̄re intima tange
bat. q̄a hui⁹ vite bona ad necessitatē nō respuebat. hāc t̄ra
non penitus deserebat. quia fut̄e vite non nisi no
uissima quedā cape poterat. illam nō omo app̄hēde
bat. et ideirco inter t̄minos h̄itabat. Istam colleabat
ad necessitatē. illā cōcupierat ad iocu̅ditatē. Quia ha
gebat istam penitus deserē nō poterat. ambiebat
in illam totus intrare nec valebat. fecit ergo quod
potuit int̄ t̄minos habitauit cottidie. ad illā inteba^c
cottidie. ad istā relabebat̄. et in hūc modu̅ int̄ t̄minos
morabat̄. hāc t̄ram vt ait p̄pheta. māsueti hēdita
bu̅t et delectabu̅t̄ in multitudīe pacis. Ecce qualis
t̄ra pax ibi est requies. ibi est pax plena req̄es bona
quies pacifica. In illa labor nō est si ad illā sine laboe
p̄ueniri nō p̄t. p̄p̄t̄ ipam laborāt̄. sed ī. ipā nō laborat̄ tur
mens ei⁹ que ad internu̅ gaudiu̅. nō du̅ tota colligit̄
que sit vera requies minime expit̄. hec Rich⁹. Vnde
qui gaudiu̅ et cōsolacōnē voluit habē in domino.
necesse est vt vanā cōsolacōm hui⁹ mu̅di cōtēpnat
Nam qui hic consolant̄. indigni su̅t cōsolacōne di
uina. Nemo enim potest in vtroqȝ seculo cōsolari.

quia oportet vt vnā ꝑdat. qui alterā voluerit possidē
hoc affirmat btūs Aug. in li° soliloq ita d. Tu dn̄e
deus solus es consolatio mea sempitna. qui solis te
illis tribuis. qui consolacōm hui⁹ mūdi ꝓ ꝯsolacōe
eterna ꝯtempnūt. Nam qui hic ꝯsolant. indigni
tua consolacōne habēt. Sed qui hic cruciāt. a te con-
solant. et qui pticipāt passionibus. participāt et
consolacōibus. Nemo potest in vtroqꝫ seculo ꝯso-
lari. nec potest quis hic et in futuro gaudere. sed
vnā necesse est vt ꝑdat. qui alterā voluerit possidere
hec vbi considero domine ꝯsolator meus. in aliis renuit
consolari anima mea vt digna habeat ꝯsolacōibus
tuis etnis. quia iustū est vt amittat te quicūqꝫ ī alio
aliquo magis ꝯsolari eligat q̄m in te. Ergo obsecro
vt non ꝑmittas me in alia aliqua ꝯsolacōne vana
consolari q̄m in te. Sed om̄ia michi peto vt amarescat
vt tu solus dulcis appareas anime mee. qui es dulcedo
inestimabilis. ꝑ quā cūcta amara dulcorant. Tua eī
dulcedo craticulam laurēcio dulcem fecit. Tua eciā dul-
cedo. Stephano torrētes lapides dulcorauit. Pro tua
dulcedine ibant apli gaudētes a conspectu concilii
q̄m digni habiti sunt pro noīe ihū contumeliā pati
Ibat Andreas ad crucem secur⁹ et gaudēs. q̄m ad tuā
dulcedinē ꝑperabat. hāc vt gustauit petrus in feriorꝫ
oblitus clamauit. q̄i ebrius d. Domine bonū est nos
hic esse. Si vis faciam⁹ tria tabernacula. hic mona
mur. te ꝯtemplem°. quo habito nullo alio indigebi
Sufficiat dn̄e nobis videre te. sufficiat inq̄m tanta
tua dulcedine saciari. Vnam stillam iste dulcedis
gustauit. et om̄em aliā dulcedinē fastidiuit. Quid
putas dixisset. si magnā illā multitudinē diuinitat
tue gustasset. quā abscondisti diligentibus te. hec Aug
Vbi considerandū ꝙ sancti viri. cum visitant ꝑ grām
dei. ad tantā interdū dulcedinis iocūditatē ꝑueniunt
vt gaudia seu p̄mia iam nollēt recipe pociora. De hoc
btūs Ieronim⁹ sic di. hāc deus dulcedinē in tuos filios

demonstrasti· quid tuo tacti dono et grã· ad tantam
interdum moueř dulcedinis voluptate· vt premia
seu gaudia iam nollent recipe pociora· qm̃ semper
esse indicte dulcedinis redũdãcia· quã in illa sancta
senserãt hora· hec Jero⁹. De hac ecĩ spũali dulcedine
btũs Aug⁹ sic ait. Tanta interdum anime mee dulce
cuiusdã dulcedinis inadit delectacio· que si iam btã
vita nõ est· tũc nescio quid est· hec aug⁹. Beatus ecĩ
Bnh⁹ semp desiderans ardere in amore dei· a quo ista
spũalis dulcedo pcedit· dũm alloquẽdo sic dic. Verbũ
michi ad te est· o rex seculoꝝ ihũ xp̃e· ausu caritatꝭ
alloqui psummo· te factura manꝰ tue· et adire te
gestiens desiderate cordis mei· vsqꝫ q° sustinebo ab
senciam tuam· expectacõnẽ faciei tue q̃nto tp̃e
feram· vsqꝫ q° ingemiscam· et stillabit post te ocu
lus meus. Amabilis dñe vbi habitas· vbi est dui
sorũ tuũ· in quo letus recũbis inter carissimos
tuos· et sacias eos manifestacõne gloie tue. Qm̃
felix qm̃ sanctus· q̃nta appetendus est cõcupia
locus iste deifice voluptatꝭ· locus phẽmũ deliciaꝝ
Non accessit oculus meus· nec appinq̃uit cor
meũ· vsqꝫ ad multimodũ dilecõis tue· quã inti
secus abscondisti filijs tuis· solo eius odore fouis
vtcũqꝫ sustentor· Oputa mẽ suauitatꝭ tue delon
ginquo venit ad me· et est michi sup odorẽ bal
samũ· et fragrãciã thuris et myrre· et cõcupias
nũdas parit in me· quaꝝ est adustio delectabil
Quid eĩ michi est in celo· quis est thesaurꝰ meus in
illa celica cella· Que est hereditas mea inter vine
tũ· Nonne xp̃s dñs meus· vnica salus mea· totꝰ
bonũ meum· plenũ gaudiũ meũ· et quo cõtinẽ
potero cor meum domine vt nõ amet te· Si nõ
amauero te quid amabo· Si trãstulero amorem
meũ a te· vbi illum digne collocabo· Desiderabilis
dñe· vbi extra te requiescẽt desideria mea· Si vsq̃m
extra te pedem extenderit amor meus pollutꝰ est·

Si ad te non declinauerint desideria mea vana erunt
Domine tu amabilis et desiderabilis es sup oīa que
amari possunt et desiderari. Abs te enī habet omnis
creatura quidq͛ habet decoris. Tu inter astra sole
excellenti claritate vestisti et clarior sole tu es. ymo
quid est sol quid omnis creatura, quid ipa lux nisi te
nebre ad tui compacōm. Quid ergo melius quid ama-
bilius te estimari. Vt abstraherē cor meū a te ad cō
cupiscendū quidqm̄ in mūdo absq te. Cur amaui ~~cur~~
quare cōcupiui in omni vita mea quidqm̄ p̄ter dnm̄
ihm meū. Quare detuli cur intmisi vllo tpe te ihu ver
sare in corde meo. te tota mente amplecti et delectari
tua dulcedine omnia interiora spūs mei. Vbi erā qn̄
tecū mente non eram. quo defluxerūt qn̄ nō te solū
adierūt desideria mea. Deus vite mee qm̄ vane cōsup
ta sūt. qm̄ infructuose elapsa sūt a me tpa mea que
dedisti michi vt facerē volūtates tuas in eis et non
feci. Sed iam ex hoc nūc omnia desideria mea incales-
cant et exfluite in dūm meū ihm. Currite satis hacte⁹
tardastis, Deus cordis mei et pars mea ihu xpē defi-
ciat. obsecro pre cor meū a spū suo. caro mea a cōcu-
piscentijs suis. et viuas tu in me. et cōualescat in
spū meo carbo amoris tui. et excrescat in ignē pfcm̄
foueat et enutriat illū in me grā tua. vt ardeat iu-
giter in ara cordis mei. et ferueat in abscondito aīe
mee vt in die cōsumacōis mee inueniat in me ap te
in die qua exui me iubebis tunica ista mortali. qua
nūc circūfero. circūdet me dilectio tua. et fiat anime mee
qsi vestimētū decoris. vt nō nuda sed vestita inueniat
et habeat vnde abscondat infirma eius ab oculis tuis
ignē alienū qui aduersarios tuos cōsumit. dilectōis tue
feruor elonget a me. et aīam meam ad te currētem
sursum attollat. et quātū phas est tuo diuino lumī
immergat. Domine ihu omnes qui te diligūt repleā-
tur bndictōib9 tuis. et sit pax eis in velamēto ala-
tuarū peuū. hec vbi h9. Sed et hoc nōdū cōpos deus

et aiabus deuotis subtrahit interdum dulcedinem
contemplacionis. manet tamen cum eis quantum ad guber-
nacionem. et quantum ad vnionem. et hoc ideo facit. ne mag-
nitudo consolacionis aiam que sic visitatur extollat. et
consequenter proximos quos occasione talis gracie con-
tempnere incipiat. Debet tamen talis anima cum sic sub-
trahitur presencia experimentalis xpi. et dulcedo contemplacionis
fidem suo sponso interim seruare. se ipsam castam
et immaculatam custodiendo. Ut postmodum eo liberalius ac
frequencius a xpo dno mereatur visitari. et habundancius conso-
lari. De hoc btus bernhardus in libello de scala claustralium
sic dicit. Sponsus dum desideratus subtrahit se nonnunquam
~~videt~~ anime quantum ad contemplacionis dulcedinem. manet
tamen presens quantum ad gubernacionem. quantum ad graciam. quantum
ad vnionem. Sed ne timeas o sponsa ne desperes. ne ex-
istimes te contempni. si paulisper subtrahit faciem suam
sponsus tuus. omnia ista cooperantur tibi in bonum. et de
accessu et de recessu lucrum tibi acquirit. tibi venit et
tibi recedit. Venit ad consolacionem. recedit ad cautelam
ne magnitudo consolacionis extollat te. ne si semper apud
te sit sponsus. incipiat contempnere sodales. et hanc continu-
am visitacionem non iam gracie tribuas sed nature. hec autem
gracia quando vult. et cui vult a sponso tribuitur. non quasi iure he-
reditario possidetur. Vulgare prouerbium est. Nimia familia-
ritas parit contemptum. Recedit ergo ne nimis assiduus con-
tempnatur. et ut absens magis desideretur. et desideratus
auidius queratur. diu quesitus graciosius inueniatur
inuentus strictius teneatur. ¶ Preterea si nunquam deesset hec
consolacio. que respectu future glorie que reuelabitur
in nobis enigmatica est. et ex parte forte putaremus
hic habere ciuitatem manentem. et minus inquireremus futuram.
Ne ergo exilium putaremus pro patria. arram pro precio summa
venit sponsus vicissim et recedit. nunc consolacionem afferens
nunc vniuersum statum nostrum in infirmitate commutans. pau-
lisper permittit gustare quam suauis est. et antequam plene sa-
cietur se subtrahit. et ita alis expansis super nos volitans

prouocat nos ad volandu. qui dicat. Ecce paru gustas
tis qm suauis sum et dulcis. sed si vultis plene saciari
hac dulcedine currite post me in odore vngentorum me
orum. Habete sursu corda vbi ego sum in dextera dei
sedens. Sed caue tibi o sponsa. qn absentat se sponsus
non longe abijt. et si no vides eum. ille tame semp
videt te. Plenus est em oculis ante et retro. nusqm po
tes ei latere. Habet ecia circa te nuncios suos spus. quasi
sagacissimos exploratores vt videat quo absente
sponso conuerseris. et accusant te cora ipso si aliqua
signa lasciuie et securitat in te dephenderit. Zelotipus
est sponsus iste. si forte aliu amatore receperis. si alijs
magis place studueris. statim discedet a te. et alijs ad
herebit adolescentulis. Delicatus est sponsus iste. no
bilis est diues est. speciosus forma pre filijs hoim. et
ideo no nisi speciosam dignat habere sponsam. Si
viderit in te maculam siue rugam. statim auertet
oculos suos. nullam em potest inmundicia sustine
esto ergo casta. esto verecunda et humilis. vt sic a sponso
tuo frequent visitari merearis. hec bnh.

Quo ds loqt angelis aiab9 et dyalo et econuerso de visionib9 pphar. et cu gra contemplacois defuerit quo tuc homo debeat se hre. C

DEsiderio ec scire. quo deus loquat angelis
et animabus. sanctis ac dyabolo et econuerso
et de visionibus que pphetis solet appa
rere. et cum gra contemplacois vel deuocois defuerit
quo tuc homo debeat se habe. de hys ergo cupio
informari. ¶ De hoc qd queris. quo deus loquat ad
angelos. vel animas. seu etia ad malignu spm et eco
uerso. qualit angeli et anime ac etia dyabolus loquat
ad deum. Scire debes qd talis locucio no fit corpalit
sed spualit. Vnde beatus gg. in 2o li. moral et de huiusmodi
spuali colloquio. sic dicit. Sciendu est qd ipa natura in
corpea cum loqui dicat. eius loquucio nequaqm vna
atque eadem qualitate format. Aliter em loquitur deus
ad angelos. aliter angeli ad deum. aliter deus ad scoru
animas. aliter scorum anime ad deum. aliter deus ad dyabol
aliter dyabolus ad deu. Itaque quia spuali nature ex corpea

oppositione nil obstat. Loquitur deus ad angelos sanctos
eo ipso quo eorum cordibus occulta sua invisibilia osten-
tat. Ut quidquid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis
legant. Ut velut quedam precepta sint vocis ipsa gaudia
contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur quod videntibus
inspiratur. Unde cum eorum cordibus deus contra humanam super-
biam animadversionem ultionis infunderet dicitur. Venite
descendamus et confundamus ibi linguam eorum. Ascendunt
angeli in eo quod creatorem aspiciunt. Descendunt angeli in
eo quod creaturam sese illicitius erigentem examine dis-
trictionis premunt. Dicere ergo dei est. Descendamus et
confundamus linguas eorum in seipso eis hoc quod recte
agant ostendere per vim intime visionis eorum mentibus
exhibenda iudicia occultis motibus inspirare. Aliter
loquuntur angeli ad deum sicut per iohannem in apocalipsi dicitur. Dignus
est agnus qui occisus est. accipere virtutem et divinitatem
et sapientiam. Vox namque angelorum est in laude conditoris
ipsa admiratio intime contemplationis. quibus virtutis
divine miraculo obstupuisse dixisse est. quia exci-
tatus cum reverentia motus cordis magnus est ad aures
incircumscripti spiritus clamor vocis. que vox se quasi per distinc-
ta verba explicat. dum sese per innumeros modos admira-
tionis format. Deus ergo angelis loquitur. cum eis voluntas eius
intima videndo manifestatur. Angeli autem loquuntur domino
cum per hoc quod supra semetipsos respiciunt. in motum admirationis
insurgunt. Aliter deus ad sanctorum animas. aliter sanctorum anime
loquuntur ad deum. Unde in iohannis rursum apocalipsi dicitur.
Vidi subter altare dei animas interfectorum propter verbum dei
et clamabant voce magna dicentes. Usquequo domine sanctus
et verus non vindicas sanguinem nostrum de hiis qui ha-
bitant in terris. Quid est enim animas vindicte petitionem dicere
nisi diem extremi iudicii et resurrectionem extinctorum
corporum desiderare. Magnus quippe earum clamor magnum
est desiderium. tanto enim quisque minus clamat. quanto mi-
nus desiderat. et tanto maiorem vocem in aurem incircum-
scripti spiritus exprimit. quanto se in eius desiderium plenius

fundit. Animarum igitur verba ipsa sunt desideria. Nam
si desiderium sermo non esset, propheta non diceret: Deside-
rium cordis eorum audivit auris tua. De ipso ergo bibunt
quod ab ipso sitiunt. et modo nobis adhuc incompre-
hensibili in hoc quod petendo esuriunt, percipiendo saciantur.
Discordaret ergo a voluntate conditoris si que eum
vident velle non peterent. eique minus inhererent. si volen-
tem dare desiderio pigriori pulsarent. Quibus responsum
sum divinum dicitur. Requiescite adhuc modicum tempus do-
nec compleatur numerus fratrum vestrorum. Desiderantibus animabus
requiescere adhuc modicum est inter ardorem desiderii
ex ipsa prescientia solacia aspirare. Ut et animarum vox sit hoc quod
amantes desiderant. et respondentis dei sermo sit hoc
quod eas retribucionis certitudine inter desideria confirmat.
Aliter deus loquitur ad dyabolum. aliter dyabolus ad deum. Sed scien-
dum quod quatuor modis loquitur deus ad dyabolum. tribus dyabolus
ad deum. Quatuor modis loquitur deus ad dyabolum.
quia et iniustas vias eius arguit. et electorum suorum
contra illum iusticiam proponit. et temptandam eorum
innocenciam ei concedendo permittit. et aliquando eum ne
temptare audeat prohibet. Iniustas enim vias eius
redarguit. cum dicitur. Unde venis. Electorum suorum contra illum
iusticiam proponit. cum ait. Considerasti servum meum Iob
quod non sit ei similis super terram. Temptandam eorum inno-
cenciam concedendo permittit. cum dicitur. Ecce universa que
habet in manu tua sunt. Rursumque eum a tempta-
cione prohibet cum ait. tamen in eum ne extendas manum
tuam. Tribus autem modis loquitur dyabolus ad deum
cum vel vias suas insinuat. vel electorum innocen-
ciam fictis criminibus accusat. vel temptandam eandem
innocenciam postulat. Vias quippe suas insinuat
qui ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Electorum innocenciam
accusat qui ait: Numquid Iob frustra timet deum. Temptandam
eandem innocenciam postulat cum dicit. Extende manum tuam et
tange cuncta que possidet. hec Gregorius. Et nondum explicit idem
beatus Gregorius in xxviii libro moralium dicit quod duobus modis locucio divina distinguitur. aut

p semetipm namq3 dns loquit. aut p creatura an-
gelicam eius ad nos vba formant. Sed cum p semet
ipm loquit. sola nobis vi interne inspiracois aperitur
Cum p semetipm loquit de vbo eius sine vbis ac
sillabis cor docet. quia virtus eius intima quadam
subleuacoe cognoscat. ad qua mens plena suspendit
vacua grauat. pondus enim quodda est. q omez aiaz
qua replet leuat in corporeu lume est quod et interiora
repleat et repleta exterius circuscribat. Sine strepi
tu sermo est. qui et auditu apit. et habere sonitum
nescit. hec Greg. De visionibus vo et reuelacoibus
que facte sunt pphetis vel ecia alijs pfectis viris. sci
endu pmo. q misteria dei siue secreta nemo scire pt
nisi cui spus dei reuelauerit. quia ipe solus illa nou
Hec aut reuelaco fit diuersis modis. Vel p sensibile
apparicone. vel alloquucoez. sicut olim fiebat patribus
vt legit de abraham Gen. xij. Dixit dns ad abraha
Egredere de tra et de cognacone tua. zc. vel p ymagi-
naria visione exterius. cu insinuacoe exterioris in-
telligencie. sicut reuelaco facta fuit pphetis. vn dr
Dan. x. In visione opus est intelligencia. Vel p solam
intima inspiracoem. sicut dr Job. xxxij. Inspiracio
omnipotentis dat intelligenciam. Vel inspiracoem et reue-
lacione cum raptu a sensibus. sicut paulo reuelatu
est. Vt legit ij. Cor. xij. Signant tamen sut tres spes
visionis. scilz corporea. ymaginaria. et intellectualis.
Corporalis est cu quedam corporalit videntur dei nutu
que alij videre nequeunt. Vt Balthazar vidit manu
scribentis in pariete. Daniel. v. Ymaginaria est qu
aliquis in extasi vel in sompno videt non corporea
sed ymagines rerum dei reuelacione. Vt petrus vidit
discum. Actu. x. Visio intellectualis est. qu nec corpa
nec ymagines rerum videntur. sed in substancijs in-
corporeis intuitus mentis mira dei potencia figit.
Talis fuit visio pauli. Et nondum put dr glo.
sup lib. de diuinis noibus. q quanto magis mes intra

ad cõtemplanda spūalia eleuatur. tanto magis abs-
trahit a sensibilib. Vltim᷒ aūt t᷑min᷒ quo cõtemplacõ
ptingere potest est diuina subā. Vnde oportet mētem
que diuinā subam videt. totalit᷑ a corpalib᷒ sensib᷒
esse absolutam. Vel p mortem. Vel p aliquē raptum
hinc est qd dr̄ ex psona dei. Exo. xxxiij. Non videbit
me homo et viuet. Qz aūt aliqui in sacra scriptura
deum vidisse dicūtur. oportet intelligi hoc fuisse p
aliquā ymaginariā visionē. seu ect̄ corpalem p ut
s. p aliquas corpeas spēs. Vel exterius apparētes
vel interius formatas ymaginacione diuine virtutis
pñcia demōstrabat᷑. ¶ Et sciendū q duplex est mod᷒
apparicõis siue maīfestacõis diuine reuelacõis theo-
logorum et phetarum mentibus infusus p visiones et
demōstracões. quas greci theophanias appellāt. i.
diuinas apparicões. quis aliqn̄ p signa sensibilib᷒
similia demōstrant᷑ inuisibilia aliqn̄ p solam
anagogē. i. mentis ascēsum in supna pure cõtēplata
Ex hijs enī duobus generib᷒ visionū. duo descripcio-
nū genera in sacra pagina sūt formata. Vnū qd for-
mis et figuris et similitudinib᷒ rerū occultarum veritas ad-
obombrat᷑ aliud quo nude et pure sicut est absqz in-
tegumēto exprimit᷑. Cum itaqz formis et figuris et
similitudinibus maīfestat᷑ quod occultū est. Vel quod
manifestū est describit᷑. simbolica demonstracio est.
Cum vero pura et nuda reuelacõne. vel plana. et
apta narracione ostenditur et docetur anagogica
est. hec glo. ¶ Deinde est cõsiderandū. cum homo pua-
tur vel caret grā cõtemplacõis seu deuocõis quō se
debeat tūc habē. De hoc primo nondū. q animus cum
se psenserit cõtemplacõis grām nō habere debet se
metipm cum aliqua salubri meditacõne occupare
et impensa sibi diuinorum bñficiorum munera. ante
recordacõis sue oculos reuocare. et ex tali recordacõe
seipm ad deuotā grārū actionē instigare. hec et
similia valēt grām cõtēplacõis p negligēciā amissā

reformare. De hoc Richardus de sancto victore in v° libro de contemplacione
sic dicit. Considerandum quod ille qui ad gratiam contemplacionis
proficit. cum eam sibi ultra solitum subtrahi iam sentit.
est quid facere debeat. Unde ad eam reparandam multum per
omnem modum adiuuari valeat. et unde animum suum
in id negocium quantum in se est idoneum efficiat. Debet itaque
animus qui eiusmodi est propriis meditacionibus cordis in se
exultacionem reparare. et impensa sibi diuinorum beneficiorum
munera ante recordacionis sue oculos reuocare. et ex eius-
modi recordacione semetipsum ad profundam et deuotam
gratiarum actionem instigare. et tandem aliquando interius
illud spiritalis armonie organum eximio affectu in
diuinas laudes laxare. Dum itaque huiusmodi studiis inti-
ma cordis affectio in diuine confessionis magnificenciam
plena deuotione resoluitur. quid aliud quam quoddam
ut ita dicam spiraculum aperitur. per quod in illud cordis
nostri vasculum celestis dulcedinis emanacio. diuineque
suauitatis habundancia infundatur. Hinc est quod helizeus
propheta verbum domini requisiturus cum se persensisset
spiritum prophecie tunc temporis non habere. fecit sibi psaltem
adducere. quo presente atque psallente statim spiritum prophe-
ticum hausit. os quoque suum ad verba prophecie relaxauit. Au-
dita itaque melodia prophete sancto. quid aliud quam quedam
scala fuit que eum ad consueta gaudia leuauit. et
que carnalibus causa ruine esse solet. huic occasio
ascensionis extitit. Sed et tu quecunque es anima que
soles huiusmodi spiritalibus deliciis affluere et dilecto tuo se-
pe inmixta. ad theoricos quosdam excessus subitaneo
quodam et inopinato gaudiorum tripudio subleua-
ri. et quasi quibusdam propheticis reuelacionibus diui-
nitus sublimari. prophetico disce exemplo. quid tu
facere debeas. Ut sub necessitatis articulo. quasi ad
manum habeas. quo animum tuum ad consuetas delicias
reparare valeas. Forte non erit inutile. et te sub simili
necessitate psaltem et psallentem audire. Sed quid alius
dicimus psaltem istum. quam exultacionem cordis in deum

Eiusmodi psaltem presentem habere nos voluit. qui dixit
letamini in dn̄o et exultate iusti. Quid est aūt eiusmodi
psaltem adducere. nisi prouida meditatione cordis exul-
tatione reparare. et ex diuinorum bn̄ficiorum vel pmissio-
num recordatione cordis deuotionē excitare. Hunc tunc
procul dubio psaltē psallere facimus. qū ex magno cor-
dis tripudio in diuina preconia iubilamus et in grā̄r-
actionem assurgentes. ex intimis visceribus in diuinas
laudes cum magno cordis clamore resonamus. Hec ita-
que agentes quid aliud quam viam sternimus per quam
venientē visitantemque nos dn̄m excipiamus. Sacrificiū
inquit laudis honorificabit me. et illic iter quo os-
tendam illi salutare dei. Psallendo itaque atque laudando
iter dn̄o paratur. per quod ad nos venire. et intus quibus-
dam misteriorum suorum reuelacionibus releuare dignetur.
Studeamus igitur cum magna mentis alacritate
in dn̄o gaudere. satagamus coram ipo cum intima de-
uocione psallere. Ad eiusmodi itaque psalmodiā spi-
ritalemque armoniā anima contemplatiua spiritalibus
theorys assueta incipit tripudiare. et pre gaudij ni-
mietate se a terrenis tremisque omnibus suspendere. et ad
celestium contemplacionē tota mentis alienacione tran-
sire. Hoc igitur est ut diximus quod ad mentis innoua-
cionē valet hoc est quod ad amisse gracie reparacionem maxime
valere solet. Hec Rich. ¶ Est et alius modus per quem
grā amissa reparari potest. videlicet compunctio. que ex
deuoto corde procedit. Nam sancti et deuoti viri
cum dulcedinē spūalem quā ex visitacione et presencia
domini in suis cordibus perceperunt. postmodum eadem
gracia et consolacione se priuatos esse persenserint
per lacrimosam compunctionē xpm dn̄m et suū dilectū
ad se iterum visitandū reuocare student. Hoc comme-
morat btūs Bnh. in li. sup Cant. ita d. Si cui nrm
cum sco ppheta adherere deo bonum est. et ut loquar
manifestius. si quis in nobis est ita desiderij vir
ut cupiat dissolui et esse cum xpo. cupiat autem

vehement᷑. ardent᷒ sitiat. assidue meditet᷑. is pfecto nō
secus quā in forma sponsi suscipiet v̄bum in tempoē
visitacōis. hora videl3 qua se astringi intus quib᷒
dam brachijs sapie. atq3 inde sibi infundi senserit
sancti suauitatem amoris. Siquidem desiderium
cordis eius tribuet᷑ ei. et si adhuc pegrinanti ī corpe
ex parte tamē idq3 ad tempus et tempus modicum
Nam cum vigilijs et obsecracōibus. et multo im
bre lacrimarum quesit᷒ fuerit. subito dū teneri pu
tatur elabit᷑. et rursum lacrimāti et insectanti
occurens cōphendi patit᷑. sed minime teneri. dū subi
to iterū q̄si e manibus euolat. Et si insteat p̄cib᷒
et fletibus deuota anima denuo reuertet᷑. et volū
tate labiorꝝ eius non fraudabit eum. et rursum
mox disparebit. et non videbit᷑. nisi iterꝝ toto desi
derio requirat᷑. Ita ergo et in hoc corpe potest esse
de p̄ncia sponsi frequēs leticia. sed nō copia q̄ et si vi
sitacio letificat. sed molestat vicissitudo. et hoc tam
diu necesse est pati dilectam donec semel deposita
corporee sarcina molis auolet. et ipa leuata pennis
desideriorꝝ suorꝝ libere iter carpens p campos cōtē
placiōis. et mente sequēs expedita dilcm̄ quocūq3
ierit. nec tamē vel in transitu presto erit. sic om̄
anime nisi illi duntaxat quā ingens deuocio et desi
deriū vehemēs et p̄dulcis affectus sponsam probat
et dignā ad quā gr̄a visitandi accessurū verbum
decorē induat formā sponsi accipiēs. Cui enī nō
dum inuenit᷑. ita affectus et cōpunctus magis actuū
recordacōē suorꝝ. loquēs in amaritudine anime sue
dicat deo noli me cōdēpnare. aut forte ēcl adhuc picu
lose temptatur. aut ppria cōcupiscēcia abstractus et
illectus. hic talis non sponsum requirit sed medicū
ac p hoc non oscula quidem vel amplexus. sed tm̄
remedia wlneribus accipiet suis in oleo vtiq3 et vn
gentis. hec bn᷒. Et nondum ecl q̄ gr̄a cōtempla
cionis seu deuocionis vel alia quecūq3 sine labore

et sollicitudine haberi non potest. Teste beato Augustino qui dicit:
Impossibile est ad gratiam pervenire sine sollicitudine et
labore. Unde qui vult deo per contemplationem vel devotam
orationem adherere oportet ut cum labore mentis evagatio-
nes reprimat et ad deum colligat. Deinde ex studio et
usu tali ac consuetudine facilius iam cor suum cohibere
et secum habitare discat. Tandem non solum faciliter
sed et delectabiliter valet deo inherere. ut avulsus ab huiusmodi
quiete sit ei desolacio non modica. sed semper vellet si
posset in talibus deliciis habundare. ¶ Sed et hoc con-
siderandum quod quatuor sunt que impediunt contempla-
tionem. Unde dicit beatus Bernardus super Cantica: In hoc archanum
contemplationis et in hoc sanctuarium dei si quem forte
vestrum aliqua hora sic rapi et sic abscondi contigerit
ut minime avocet aut perturbet vel sensus egens vel
cura pungens vel culpa mordens vel certe ea que dif-
ficilius ammoventur irruentia ymaginum corporearum fan-
tasmata poterit quidem hic cum ad nos redierit glo-
riari et dicere: Introduxit me rex in cubiculum suum. Ut
autem hec impedimenta melius intelligamus de hoc videa-
mus. ¶ Primum igitur impedimentum dicitur quod est sensus egens
scilicet corporis. Iunctum enim anima ad corpus afficitur quod eo maligne
sui parte vel sensuum defectum notabilem pacientem contem-
placio non delectat. Tempore enim infirmitatis non est
locus contemplationis nisi dominus hoc fecerit de gratia
speciali. Simile contingit cum valida fames vel sitis
vel frigus iminet vel corporis impedimentum. ¶ Secundum
impedimentum dicitur quod est cura pungens id est sollicitudo cu-
rarum et occupacionum. Unde idem beatus Bernardus dicit: Sicut
pulvis iniectus in oculum corporalem impedit visum
eius. Sic cura terrenorum actuum oculum intelligentie confun-
dit atque a contemplatione veri luminis excludit. ¶ Tercium
impedimentum dicitur quod est culpa mordens id est peccatum et hoc
duobus modis contingere potest. primo cum peccatum est
in anima. secundo cum fuit et deletum est per contritionem et con-
fessionem sed in memoriam revocat. Utrumque enim impedit

cōtemplacōnē· quia sicut tenebre impediūt visū cor
poralem· sic pctm cum est in anima impedit ipām
quia tenebrosa est. Sed ad cōtemplandū requiritur
puritas et pulchritudo anime· et sic tūc non est loc⁹
cōtemplacionis· Similit͛ sicut sagwis vel humor
cōtritus fluens in oculū impedit visum eius· Sic
pctm cum redit in mēoriā influit in aīam et impe
dit visum eius· Et ꝓptea cauere debem⁹ tpe cōtem
placōnis cogitare sup pctīs· omī quidē tpe nos de
bem⁹ pctōres reputare· sed spcialit͛ non debemus
cogitacōnē nrām reflectere sup aliquo pctō· tpe
quo volum⁹ cōtemplari ¶ Quartū impedimētū dr͛
q̄ sunt fantasmata corpaliū ymaginū· et hoc est
difficilius sup̄ dictis alijs· et ꝓptea cōmēdat͛ in hoc
statu solitudo· Oportet eñi cōtemplantē esse mutū
et surdum et cecum· Vt videns non videat· et audiēs
non intelligat· nec loqui delectet͛· Et si qñ necessitas
ad id cogit· non secum reportet ymagines que p
has fenestras intrant ad aīam nrām· Vnde nō sic
inhereas exterioribus rebus volūtate vel dilectione
vt inde reportes ymagines· ne postea vacāns deo impe
dians· Et sciendū q̄ cōtemplator· q̄muis soli deo va
care debeat ac cetera obmittē hoc sēc debem⁹ vere
esse sed nō semp· Nam tribus ex causis a iocunda
contēplacōe se ad tempus sepat· et se recipit ad vi
tam actiuā· Vna causa est ꝓpter lucrū animarꝫ de
hoc dr͛ Bnh⁹ Sciens sponsā volūtatē sponsi zelant͛
animarꝫ salutem exit ad tempus videlʒ· cum est
necessariū ad ipam opandam· et postea redit ad
cōtemplacōnē· Scda causa intermittēde cōtemplacō
nis est cū talis intermissio agit͛ racōne īminētis of
ficij· Nam cū plātus subditorꝫ necessitatib⁹ inten
dere habet obmittit tūc cōtemplacōnē· Similit͛
et subditus cum p plātum suum iubet͛ in aliqb⁹
transitorijs rebus occupari ꝓpter cōmune bonū
debet ꝓpter obediam illo tpe postponē cōtēplacōm

Tertia causa est intermittende contemplacionis. quando
more suo recedente sponse nō sentit anima solitas cō
solaciones Vadit enī et redit sponsus pro suo velle. Cum
enī recedit anima languet ex desiderio ipsius. et toto co-
natu suo reuocat eum. d. Reuertere dilecte mi. si nec
tūc redit. inuocat angelos in auxiliū suū et dicit. Adiu
ro vos filie ierlm Vt ānūcietis dilecto quia amore lang-
neo. Si vero nec sic redire dignatur. anima sciēs vo=
luntatē sponsi reducat se in actiuā vitam vt vel sic
fructificet sponso. Non enī decet cōtemplatorē esse
desidiosum. Vnde religiosus quisqȝ cū gratiam cōtēpla
cionis vel deuocionis sibi deesse senserit in bonis opibȝ
actiue vite se exerceat ac pseueret. tamdiu quousqȝ
dnō visitante gtā cōtemplacōis iterum ad mētē redeat
De hoc btūs bnhƺ sup Can. sic dicit. Ex bonis opibus
recipit cōsolacionē mēs assueta quietis. quociēs sibi
lux vt assolet contēplacōis subtrahitur. Quis enī nō
dico cōtinue sed vel diu dum in hoc corpe manet luce
cōtemplacōis fruatur. At quociēs corruit a cōtēplatiua
tociēs in actiuā se recipit. inde nimirum tamquam e vicino
familiariꝰ reditura in idipsum. quī sūt inuicem cōtu-
bernales et cohabitāt hee due pariter. Est quippe soror
marie martha. Neqȝ enī et si a cōtemplacōnis luce
cadit patitur. tū nullatenꝰ se incedere tenebras pcti
seu ignaniā ocij sane in luce bone opacōis se retinēs
hec bnhꝰ. Btūs ecl ggꝰ. in x. li. mor. de hoc sic dicit. Sciendū
est qd nōnulla bona sūt ad que indefessi psistimꝰ. et
rursum nōnulla sūt a quibus cottidie deficiētes labi
mur. atqȝ ad hec magnis conatibꝰ p interualla tpm re-
formamur. In actiua etenī vita sine defectu mēs figitur
a cōtemplatiua aūt infirmitatis sue pondere victa
lassatur. Quod bn̄ Ezechiel insinuat narrās motū aīa
liū d. Non reuertebantur cum incederent. Et paulo post
Animalia ibāt et reuertebantur. Sancta quippe aīalia
aliqn̄ vadūt. et mime redeūt. et aliqn̄ vadūt et p
tinus reuertūtur. quia electorum mētes pro oblatam sibi

actiue vite grām. erroris vias deseruīt. cum vero p
contēplacōis aciē et ab hac se eadē actiua vita suspēdūt
eunt et redeūt. quia p hoc q dm psistere nimie in
cōtēplacione suffiaūt se iterū ad opacōnē fundūt. vt
in hijs que sibi iuxta sūt se exercendo refoueāt. et
sup se iterum surgere cōtemplando cōualescant.
Sed dum hec eadem cōtēplacio more debito post tpm
intualla repetit᷑ indeficiēt᷑. procul dubio in eius soliditᵗᵉ
psistit᷑. quia et si infirmitatis sue pondere supata mēs
deficit. hanc tamē iterū cōtinuis conatib᷒ repata cōpre
hendit. nec stabilitatē suam in eadem pdidisse dicenda
est. a qua et si semp deficiat hāc et tū pdiderit semp inq̄
rit. hec grg᷒. Debet ergo quilibȝ seruus dei nūq̄m vaca
re ocio. sed semp in bonis opibus se exercē᷑ videlȝ con
tēplando aut orando. meditādo vel legēdo. studendo
aut scribendo. vel aliquē laborē fructuosū opando
Sed sūt nōnulli in sancta religione qui postq̄ hōs
ad quas tenēt᷑ cōpleuerūt. q̄s ecī satis negligent᷑. et
distracta mente pficiūt residuā ptem diei totā inuti
lit᷑ expendūt vacando colloquijs ociosis et scurrilib᷒
vel alijs leuitatib᷒. aut seculi vanitatib᷒. hij tales
multū sūt repħensibiles. vnde btūs bnh᷒. vnumquēq̄
religiosū ac seruū xp̄i hortat᷑. ad spūalia exercitia ita
dicēs. Nulla vnq̄m ħum dei inueniat. nō dico dies. sed
nec hora. nisi vel in exercitijs laboris vel proficiēdi studio
vel in expiencie dulcedine vel fruēdi gaudio. hec bnh᷒.
Sic igit᷑ habem᷒ de cōtēplacōe que vtus nobilissima p
tinet tcio loco ad viros pfectos vt supius pmissū est
Nam q̄nto quisq̄ in vita religiosa ac vtuosa fuerit
pfectior. tanto in grā cōtēplacōis erit feruencior. et ad
speculandū diuina habilior et expedicior. ¶ Et nōndū
prout dicit Thomas de aquino. q triplex est pfectio.
Vna absoluta que attendit᷑ scdm totalitatē diligētꝭ
et diligibilis. et hec pfectio non est possibilis alicui
creature pure. vnde hec pfectio cōpetit soli deo qui
qui se totū totus diligit. ¶ Scda pfectio attendit᷑ scdm
totalitatē ex pte solius diligentis. p ut affect᷒ diligētꝭ

secundum totum posse suum semper actualiter tendit in ipsum deum
et talis perfectio non est possibilis in via sed habetur in patria
¶ Tertia perfectio est que non attenditur secundum totalitatem diligen-
tis. nec secundum totalitatem diligibilis quantum ad hoc quod semper
actu feratur in deum. sed quantum ad hoc quod excludantur ea que
repugnant motui dilectionis in deum. Sicut Augustinus dicit
quod venenum caritatis est cupiditas. et talis perfectio potest
haberi in via et vita ista. et hoc dupliciter. Uno modo inquan-
tum ab affectu hominis excluditur omne id quod contrariatur cari-
tati sicut est peccatum mortale. sine tali perfectione caritas esse
non potest Unde talis perfectio est de necessitate salutis
Alio modo potest haberi perfectio inquantum ab affectu hominis
excluditur. non solum id quod est caritati contrarium. sed etiam
omne id quod impeditur ne affectus mentis totaliter dirigatur
tur in deum. hec Thomas. Unde perfecti viri ut suum amorem
et affectum possent expeditius dirigere in deum. etiam a parvu-
lemibus seu venialibus quantum possibilitas admittebat se
ipsos retrahebant. De hac perfectione in quadam glossa sic
dicitur. perfectio igitur virtutum est ad hunc statum animi conscen-
dere. quod gratiam conditoris vel in modico timeamus offendere
nichil eius mentione preponentes. perfectio igitur virtutum est in
hac vita ut caste timeamus deum. Finis virtutum erit in
futuro ut divinas promissas hereditatis et regni celestis
gloriam et vitam perpetuam eternam. hec glossa. Unde secundum dictum
beati Ambrosii Nichil aliud querit perfectus. nisi solum et pre-
clarum bonum quod est deus. Perfectus etiam servus Christi. prout dicit
beatus Jeronimus. nichil preter Christum habet. at si quid preter Christum
habet non est. cum se perfectum deo polliceatur sit. mendacius
est. hec Jeronimus. Et quia quilibet religiosus. sub obediencia
prelati constitutus. tenetur inquantum valet conari ad perfectionem
ideo nos qui habitum religionis suscepimus toto conamine
ad hoc tendamus. ut persolvamus vota nostra que distinxerunt
labia nostra. Ut sicut conari ad perfectionem promisimus. sic
etiam indefessi nisu eundem conatum opere persolvamus. Non
enim perfectionem. sed conatum ad perfectionem promisimus. et
ideo qui ad conandum fecerit quod potuerit videtur voti sui
transgressionem evasisse. Cum autem conatus que promisimus

tendat ad perfectionem. Videamus in quo consistat perfectio ut per consequens cognoscamus in quo statu noster conatus sit completus. Propter quod sciendum quod est duplex perfectio. Una est tenacionis sive progressionis. alia est termini pervencionis. Prima ergo perfectio est cum avida devocione semper ulterius procedimus non contenti quantumcumque iam profecimus. talis conatus proficiendi quantum est de affectione et intencione. et cum poterit operacione nunquam cessandi nobis pro perfectione reputatur. Et hoc innuitur nobis in Genesi cum dicitur. Ambula coram me et esto perfectus Ac si dicat deus. Ambula coram me. id est profice. et hoc tibi pro perfectione reputatur. Ambulare enim ut ait beatus Bernhardus proficere est. hinc apostolus dicit. Non arbitror me apprehendisse scilicet perfectionem. Sed quid unum est necessarium que retro sunt oblitus. ad ea que priora sunt me extendens. Ac si dicat. licet non iudicem me perfectum perfectione termini. ad eandem tamen perfectionem conabor et talis conatus perfectio indicatur. Et ideo sequitur. Quotquot autem perfecti sumus. id ipsum senciamus. Ecce in hoc verbo sumus alius se connumerans dicit se iam perfectum ex solo conatu. qui iam non longe supra arbitratus est se perfectionem nondum apprehendisse. Quod exponens beatus Bernhardus dicit. In verbo isto manifeste apostolo dicente declaratur quod perfecta eorum que retro sunt oblivio. et perfecta in anteriora extensio ipsa est iusti hominis in hac vita perfectio. hinc iterum idem beatus Bernhardus dicit. Indefessum proficiendi studium. et iugis conatus perfectio indicatur. De hoc eciam leo papa sic ait. hec est perfectorum vera iusticia ut nunquam se presumant esse perfectos. nedum abstinencia non dum finita intencione cessantes ibi incidant deficiendi periculum ubi proficiendi deposuerunt appetitum. quia nemo tam perfectus et sanctus est ut perfectior sanctiorque esse non possit. Ideo omnes simul sine differencia graduum. sine discrecione meritorum. ab hys in que pervenimus ad ea que nondum apprehendimus pia aviditate curramus. hec leo papa. Nam quantumcumque et ubicumque

lassati vel attediati desistimus proficē· ibi necessario defi-
cimus· Unde dicit btūs Bnh̄us· O monache nō vis pficere
ergo vis deficē· Dicit ec̄· de hoc btūs Augus· Semp tibi
displiceat qđ es si vis pvenire ad id quod nōdū es· Nā
ubi tibi placuisti· ibi remāsisti· Si aūt dixerit sufficit
et pisti· Semp adde· semp ambula· semp pfice· noli
in via remanē· noli retro redire· noli deviare· Rema-
net qui non proficit· retro redit qui ad ea revoluitur
unde iam recesserat· deviat qui apostotat· hec Augus.
Unde iacob ptriarcha vidit scalam attingentē celos et
in ea angelos ascendentes et descendentes· nullumque
ibi subsistentē vel ec̄ residentē· q̄tus palam datur
intelligi inter pfectum et defectum in hac vita nul-
lum mediū inveniri· sed quō corpus nr̄m crescē con-
stat aut deficē· sic oportet spm̄ nr̄m similiter proficē
vel deficere· Et ideo ne deficiamus· oportet nos cōtinue
ad bonū conari· Cur aūt talis conatus ad pfectōnem
cōsequendā p pfectione· ymo pfectio reputetur· racio est·
quia talis conatus maximi desiderij indiciū est· Nullus
enī tam indefesso labore cōtinue posset conari· nisi
maximū desideriū ipm̄ impelleret ad conādum· Qui
aūt vehementi desiderio ad aliquid habendū estuat
hoc iam habet· hec probari possunt p auctoritates
scōr· De hoc pmo btūs Augus sic dicit· Non quis sis sed
quid esse desideras attendit deus· si tamē tu quantum
potes satagis· ut quod nōdum es esse merearis·
Dicit ec̄· de hoc btūs Bnh̄us· Sunt multi qui tota vita
sua tendūt ad pfectōm· sed nunqm̄ ptendūt· quibus
tn̄ si pie pseveraverint· statim ut de corpe exeunt
redditur qđ in hac vita dispēsatorie est negatum·
illuc pducente eos sola grā quo prius tendebāt ipi
cū grā· hec Bnh̄us. Ex hijs igitur verbis colligē possumus
q cōtinuus conatus ad pfectōm· hoī p pfectōne repu-
tatur· Considerandū ec̄· q pfecti viri ut dn̄m expe-
dite sequi valeāt· viā artam et angustam sequuntur
de qua veritas in ewāngelio dicit· Angusta est via que ducit

ad vitam. Quod dicens beatus Gregorius in xxvij. libro moralium exponit sic dicens. An non quedam angustia est itineris in hoc quidem mundo vivere. sed de hiis mundi concupiscentia nichil habere. aliena non appetere. propria non tenere laudes mundi despicere. et pro deo obprobrium amare. gloriam fugere. despectum sequi. adulantes despicere. despicientes honorare. mala nocentium ex corde dimittere. et erga eos dilectionis graciam immobilem in corde retinere. Que vie quantum in presenti vita pro ipsa divine custodia anguste sunt. tanto amplius in eterna retribucione dilatantur. hec Gregorius. Secundum beatum eciam Augustinum angustam et artam christianorum viam due res faciunt. contemptus voluptatis et tollerancia passionis. Quisquis confligit. hec duo vincat et vincit mundum. Si vis intrare per angustam portam claude portas cupiditatis et timoris. Unde duplicem aciem producit mundus contra milites christi. Blanditur enim ut decipiat. terret ut frangat. Non vos teneat voluntas propria. non vos terreat crudelitas aliena. et victus est mundus. hec Augustinus. Et quamvis hec via que dicitur arta laboriosa esse videatur. tamen viris perfectis et in amore dei ferventibus non est difficilis sed pocius desidiosis et negligentibus. Unde Crisostomus super illo verbo. Arta est via. de hoc sic dicit. Si quis viam que ducit ad vitam laboriosam existimat sue desidie imputet et non vie. Si enim tempestates pelagi nautis. vulnera militibus. frigora et glacies agricolis levia et portabilia sunt. propter spem premij temporalis. multo magis cui celum placet. nullum debet sentire periculum. Nullus ergo aspiciat in viam quod arta sit. sed que ducat. id est ad celum. nec aliam quod lata sit. sed quo ducat. id est ad infernum hec Crisostomus. Debet igitur quilibet homo devotus in quantum valet cum adiutorio dei conari ad perfeccionem. Et ut hanc assequi possit. studeat vicia subicere dominio racionis et corpus animo. animum vero deo. Per hec namque viam obtinet perfeccio. De hoc Prosper sic dicit. Vincetur vicijs racio. subiciatur corpus animo et animus deo.

et impleta est hominis perfectio. Hec per se. Sed et hoc nondum, quod tamen ad culmen perfectionis nemo possit pervenire nisi per virtutes ac bonam operacionem. Necesse est igitur ut ipse virtutes si efficiantur ad statum perfectum debent hominem perducere contineat ac habeat in se quatuor, videlicet fortitudinem, rectam intencionem, discrecionem et perseveranciam finalem. Debet namque homo proficiens in virtutibus et volens pervenire ad perfectionem primo habere fortitudinem. Fortiter enim oportet eum aggredi viam salutis, viriliter se in operibus bonis ac virtuosis exercendo et non per negligenciam seu accidiam torpescendo. Ad hoc hortatur psalmista ita dicens: Viriliter age et confortetur cor tuum et sustine dominum. Secundo homo proficiens in virtutibus debet habere intencionem rectam, videlicet ut bona opera que operatur non faciat propter vanam gloriam aut aliquod comodum corporale sed simpliciter ad gloriam dei et propter salutem anime sue ac eciam cum humilitate cordis illa perficere studeat. Unde dicit apostolus: Omnia in gloriam dei facite. Tercio homo proficiens in virtutibus debet habere discrecionem, videlicet ut non excedat mensuram virium suarum nimis agendo, nec eciam minus quam potest aut facultas suppetit virtuosa opera faciendo. De hoc apostolus ait: Racionabile supple sit obsequium vestrum. Quarto homo proficiens in virtutibus debet habere perseveranciam finalem ut non propter aliquam temptacionem aut tribulacionem vitam virtuosam derelinquat, sed constanter in bonis operibus usque ad finem vite deo cooperante perseveret. Unde ipse dominus dicit: Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Hec igitur quatuor, videlicet fortitudo, intencio recta, discrecio ac finalis perseverancia hominem virtuosum ad statum perfectum perducere solent et eterna gloria cum omnibus sanctis munerari. Sic igitur habemus de statu perfectorum et de virtutibus ad eosdem pertinentibus, videlicet cordis puritate ac caritate et eciam contemplacione esse expositum et explanatum.

De morte cap. xlix.

Habita igitur informacione de virtute contemplacionis in qua dependet tercio loco status perfectorum et consequenter postquam instruatur su-

de statu incipienciū proficienciū · et pfectorꝝ. Uno de
morte ad cui9 debitū psoluēdū non solum pfecti · sed
eciā omēs homiēs sūt obligati cupio edoceri ¶ Scire
debes pmo q triplex est mors · Est namqȝ mors aīe
quā ipā incurrit p pccm̄ mortale · Est eciā mors cum
quis morit pcco et viuit deo. Tercio vō mors est qn aīa
sepatur a corpe · ad quā generalit omēs tenētur · sed
paucos delectat. Defectus vero iste nō est ex vicio mor-
tis · sed ex fragilitate humane condiciōis · quia homo
diligens corpis voluptatē · cursum hui9 vite finire
formidat · in qua plus est amaritudinis qm̄ volupt'
De hac triplici morte btūs Amb9 sic ait · Tria sūt mor-
tis genera · Una mors peccati est · que pccō dampnacō
nis infertur. De qua dr · Anima que peccauit ipā mori-
etur · et hec mala. Secūda qua quis pcco morit · et deo
viuit · et hec bona · Tercia mors est media · nam et
bona iustis videt · et plerisqȝ metuēda paucos qȝ de-
lectat · Sed nō hoc mortis est vicium sed nrē infirmitatis
qui voluptate corpis · et delectacōne vite istius capim̄
et cursum huc cōsumare trepidam9 · in quo pl9 ama-
ritudinis qm̄ voluptatis est. Quid est enī hec vita que
delectat plena erūpnarꝝ et sollicitudinū · in qua in-
numere calūpnie · et multe molestie · et multe lacrime
eorꝫ qui affligūtur molestijs. Nam in hac vita homo
in vmbra viuit · nec expleri potest cupiditatib9 suis
et si expleat diuicijs fructū quietis amittit · quia
cogitur custodire · qd inscia auiditate qsierat. hec
Amb9. De morte eciā corpis qm̄ sit fructuosa iustis
p quēdā sic dr · Mors nichil aliud est qm̄ exitus de
carcere · finis exilij · laboris cōsumacō · ad portū appli-
cacio · pegrinacionis finicio · oneris grauissimi · i ·
corpis deposicio · de furioso equo · i · de carne descensio
de domo ruinosa liberacio · oim̄ egritudinū finacio ·
oim̄ periculorꝝ euasio · oim̄ malorꝝ cōsūpcio · oim̄ vin-
culorꝝ disrupcio · debiti nature solucio · reditus in patriam
ingressus ad gliam · hec ille. Ubi cōsiderādū q mortem

corporis multi formidāt. mortē vero anime pauci. q̄
tamē sola merito esset timenda. quia separat a deo. De
hoc beda sic dicit. Mortem carnis omnis homo timet
et mortē anime pauci formidāt. et laborāt homīes
ne moriat͛ exterior moriturus. et nō vt non moriat͛.
homo interior semp͛ victurus. Dicit etc͛ de hoc btūs Aug͛
Vera hoīs mors est quā hoīes nō timēt. et hec est separacō
anime a deo. que est btā vita animarum. Debet autē
quilibz fidelis hāc duplicē mortē an̄ oculos mentis
frequēt͛ habē. quia multū valet talis meditacō ad re
primenda vicia. et ad terrena desideria cōtēpnēda. De hoc
btūs ggꝰ in xiiiiº liº moralium sic dicit. Qui enī considerat q̄
lis erit in morte semp͛ fit pauidus in operacione. atqꝫ
vnde in oculis suis quasi non viuit. inde veraciter
in oculis sui conditoris viuit. nil q̄d transeat appetit
cunctis presentis vite desiderijs contradicit. et pene mor
tuū se considerat. quia moriturum minime ignorat. P͛
fecta enī vita est mortis imitacio. quā dū iusti solliciti
peragunt culparum laqueos euadūt. hec ggꝰ. De hoc
etc͛ Cassianꝰ sic dicit. Si enī id quod futurus es sedula
cogitacōne cogitaueris. pensaueris. rimatus fueris
credo raro aut nunquam peccabis. hec Cassianꝰ. Ad hāc
vero fructuosam meditacōnem. videlz memoriā mortis
hortat͛ btūs bnhꝰ ita d. Filioli mei memorare nouis
sima tua ne peccetis. Nimirū hec recordacio facit ti
moratū. timor autē expellit peccatum. negligenciā nō ad
mittit. Nouissima tua sūt mors. iudiciū iehēna. Quid
horribilius morte. quid iudicio terribilius. Nā iehēna
nichil potest intollerabilius cogitari. Quid metuet
si quis ad istam nō trepidat nō expauescit. nō timore
cōcutit͛. hec bnhꝰ. Memoria etc͛ mortis facit hominem
cōtempnere omnia transitoria seu temporalia. et sollicitū
facit esse in boni operis execucōne. Vnde dicit btūs Jeronimus
facile contēpnit omnia. qui se semp͛ cogitat moriturum.
Beatus etc͛ ggꝰ de hoc sic dicit. Valde enī se sollicitat
in bono opere. qui semp͛ cogitat de extremo fine. Et

Notandū q̄ conditor nr̄ horā mortis ideo voluit no
bis esse incognitā. vt semꝑ possit esse suspecta vt dum
illam p̄uidere non possum⁹ ad illam sine intermissio
ne ꝑparem̄. De hoc btūs gg̃ sic dr̄. Ad hoc conditor nr̄
latere voluit finem nr̄m vt dum incerti sumus
qū moriam̄ semp pati ad mortem inueniri debeam⁹
Btūs ēc aug⁹ de hoc sic ait. latet vltim⁹ dies. vt ob
seruēt̃ omnes dies. Ideo nāq̄ dn̄s nr̄. temp⁹ exit⁹ sui
vniuscuiusq̄ nr̄m voluit esse incertū. vt maiori diligētia
sim⁹ erga nosmetipos in vita nr̄a solliciti quovsq̄
est in nr̄a potestate. qt̄ns ad diem exitus nr̄i bonis nos
opibus dn̄o vocanti occurrere ꝑparem⁹. vt penduli ex
pectacōis intēto semp credam⁹ eum esse venturū. quē
ignoram⁹ qua hora vel tp̄e ad nos vocandos sit ip̄e
ventur⁹. hec aug⁹. Cum ergo certa sit mors omnib⁹
et hora mortis incerta. debet vnusquisq̄ sic viuē. vt
illam intrepidus possit expectare. Vnde dicit Seneca
Certum est quia morieris. sed incertū est. qū vbi quō
quia mors vbiq̄ te expectat. et si tu sapiēs fueris vbiq̄
eam expectabis. hec Seneca Vnde stultū est in tali
statu viuere. inquo quis non audet mori Sed sunt
proh dolor multi. qui cum sani sūt tempus pn̄s in vani
tatibus et peccatis expendūt. Si vero egritudo aliq̄
mortē vicinā esse denuncians eos pulsauerit. tunc
magno desiderio sup viuere cōcupiscūt. vt pcc̄a sua
defleant ac peniteāt. q̄d tn̄ tempus vite modo acceptū
p nichilo reputāt. De hoc beatus gg⁹ sic ait. Semp fra
tres kmi. extremū diem debem⁹ expauescē. quē nūq̄
possum⁹ p̄uidere. Ecce ip̄m hūc diem inquo loquim̄
ad inducias conu̾sionis accepim⁹. et tamē mala que fe
cim⁹. flere recusam⁹. nō solum cōmissa nō plangim⁹
sed ēc. que defleant̃ augem⁹. At si aliqua nos egri
tudo corripiat. si signa egritudinis vicinā mortem
denūciāt. inducias viuendi querim⁹ vt pcc̄a nr̄a de
fleamus. et eas cum magno estu desiderij petimus.
quas acceptas modo p nichilo habem⁹. Nunc ergo

bnū sollicitate cogitemꝰ ne nobis inuacuū tpa pereant
et tūc queramꝰ ad bnū agendū viuere. cum iam cōpel
limꝰ de corpore exire. Quia igitꝰ momētis suis hore
fugiūt. agite fratres vt in boni opis mercede teneātꝰ.
Qui ergo et venture mortis tempus ignoramꝰ. et
post mortem opari non possumꝰ. sup est vt ante
mortem tempora indulta rapiamꝰ. Sic enī sic mors
ipā cū venerit vincatꝰ. si pusq̄m veniat semp timeatꝰ.
Sed sūt nōnulli qui in pctīs mortalibus iacere nō
formidāt. et tempus penitēcie differūt. vsqꝫ ad horā
mortis. q̄d valde piculosum est. Non enī tales possūt
agere pniām. cum omēs potēcie et v̄tutes anime in
illa hora sint p morte doloris occupate. De hoc btūs
Augꝰ sic dꝰ. plane nō inicio mortis in tpe te aliq̄lem
posse pniām facere. Tunc enī omēs potēcie et v̄tu
tes mortis sūt vehemēcia occupate. Destituta quoqꝫ
sūt omīmoda libertate. hec Augꝰ. Unde valde timēdū
est. q̄ mala vita hominis raro sorciatꝰ. bonū finem in
extremis. Qꝫ affirmat btūs Jeroꝰ. ita dꝰ. Qui dum
sanus est et iuuenis. deum offendē non formidat. in
morte non merebꝰ. diuinā obtinē indulgēciā. que di
lectissimi filij est pnīa. quā solus quis accipit. quia
se viuere amplius nō posse timet. quia si ex infirmitate
cōualesceret. peior q̄m prius fiet. hoc teneo hoc verū
puto. hoc multiplici expiencia didici. q̄ ei nō bonus
est finis. cuiꝰ mala semp fuit vita. qui peccare non
timuit. sed mūdi vanitatibꝰ semp vixit. Unde mors
pctōrū pessima. hec Jeoꝰ. Sicut igitꝰ malam vitam
sequitꝰ mors mala. ita qui bnū dixerit. nō potest ma
le mori. Festinandū ergo est ad pniām agendam et
ad bnū viuendum. quia vnūquēqꝫ in quo inuenerit
suus nouissimꝰ dies. cum de hoc seculo migrauerit. talis
in nouissimo die a domino iudicabitꝰ. cum venerit iu
dicare viuos et mortuos et seculū p ignem. De hoc
btūs Augꝰ sic dicit. O homo vide cōdicōnē tuā. vides
vtiqꝫ sed non times. Non est inquit sic sed timeo.

O miser· mentiris plane· si times quare nō caues
Illud potius time quod si nolis non erit· quid peccare
time· quia si amaueris peccare in alteram mortē irrues
quā posses nō incurrere· si nō amasses peccare· Igitur
mori male times viuere male non times. Vix bn̄
moritur· qui male vixerit· Corrige ergo male viuere·
time male mori· Cum enim correxeris male viuere
noli timere· Non potest male mori· qui bn̄ vixerit
hoc age vt bonā vitā habeas· et quecunque occasio
venerit vt exeas de hoc corpore· exis ad requiē· exis
ad btītudinē· que nō habet timorē nec finē· Merces
enim bone vite· vita eterna est· Igitur quisquis futurum iudi-
cem times p̄mittem cōsciām corrige· Vnde cottidie ad
p̄mam festinemus· semper vltimus dies· ante oculos no-
stros versetur· et cum diluculo surrexerimus de lectis nō
p̄sumamus aduentu· Nichil enim sic reuocat a peccato·
quam frequens mortis meditacō· Vnde vnusquisque de die
nouissiō formidare debet· Vnumquemque enim in quo inue-
nerit suus nouissimus dies· cum de hoc seculo egreditur·
talis in nouissimo die iudicatur· Veruntamē bonum opus
fiat· nō timore nō amore· nō formidine pene· sed
amore iusticie· Ipsa enim vera et summa libertas est·
Et quidem signum est prouectus caritatis inminucō
timoris signum pfectionis· cum nullus timor est· cōsu-
mata enim caritas foras mittit timorē· hec Augustinus· Hugo
etiam de scō vic· exponens illud dictum Beati mortui qui
in dn̄o moriuntur· de hoc sic ait· In domino enim moriuntur
qui in carne quidem morientes· in dn̄o tamē viuentes
inueniuntur· Quid est in dn̄o· In fide et spe et caritate· per
ista enim viuitur in illa vita· qua viuitur in domino· Est
quedā vita qua corpus viuit ex anima· et est que-
dam vita· qua aīa viuit ex deo· Nunc quidē fide spe
et dilectōne· postea vō pro fide et spe et cōtēplatione
remanēte dilectione Non enim nocere potest anime
si corpus vitam suam perdit· quando ipsa vitam suam
in fide et spe et caritate persistēs nō amittit· Sed dicit

quis. Quis securus esse potest post hāc vitā in incer-
tum pgens. hoc aūt solum incertū esse non debet.
quia bonā vitam mala mors sequi nō potest. Qui
ergo bene mori vult bene viuat. hec hugo. Cū igitur
vita bona. ac v̄tuosa nō possit recipe malū finem.
necesse est vt homo studeat v̄tuose et sancte viuē. vt
possit cum fiducia et hilaritate extremū diem expec-
tare. quia nemo mortē gaudent suscipit. nisi qui se
ad illam dum adhuc viuēt p bite meritū diligent
pparauit. De hoc btūs Bnh̄ sic dit. Intellige q venien-
tem mortem nullus letus et hilaris suscipit. nisi qui
se ad ipām dum viuēt bonis opibus pparauit. Bona
est eni mors iusti. ppter requiem. melior ppter noui-
tatem. optima ppter securitatē. E contra mors pctōr
pessima. mala in amissione mūdi. peior in carnis
et anime sepacōne. pessima in vermis et ignis con-
tricione. et quod om̄ pessimū est in diuine cōtēplacō-
nis puacōne. hec bnh̄. Ecc. de hoc p quedam sic dic.
Sic ingm̄ vita tua iugit disponat. vt mors tibi nō
amara. sed adoptabilis videat. Unde scdm dcm bti
Ggg. Qui de sua spe et opacōe secur est. cōfestim pul-
santi. videlz dn̄o apit. quia letus iudicē sustinet
et cum tempus ppinque mortis aduenerit de glia
retribucōnis hilarescat. hec Ggg. Illam qui pie et
sancte vixerit. mors illū nō terrebit. Unde dit. Isidor
Nec mors te terrebit. si bn̄ et pie vixeris. Non solū
aūt talis mortē nō formidabit. sed ecc vt veniat
exoptabit. De hoc btūs bnh̄ sic dit. O vita secura i
pura cōsciā. vbi absq formidine mors expectat.
ymo exoptat. cum dulcedine suscipit. et excipitur
cum deuocione. hec bnh̄. Unde pfecti viri vitā pure
pacient sustinēt. mortē vero in desiderio habēt. Os
affirmat btūs Ggg. ita. d. pfectorū est vitā habē in
paciēcia. et mortem in desiderio. Sed peccatrices aīe
p cognoscētes causam sue dapnacōis. ppt pcca pus co-
tracta. de corpe pus exire trepidāt ac ptimescunt.

Unde dicit beatus Jeronimus. In extremo mortis articulo pre-
noscat anima causam sue dampnacionis. quam propter videns a car-
ne egredi formidat. nec mirum. quia ut dicit haymo
Nulla maior acerbitas. nulla que amaritudinis et do-
loris quam mors ipsa hominis in peccato tam miserabiliter
morientis. Circa de hoc egisippus sic ait. Nulla racio
comprehendere. nulla quoque lingwa exprimere poterit. qualis
horror et miseria post hanc vitam peccatoribus imminebit
Nam secundum beatum bernhardum. Malum triplex super peccatores
manet. Manet enim super eos horror in exitu. dolor in
transitu. pudor in conspectu glorie magni dei. hec bernhardus
Ex precedentibus igitur dictis colligere possumus. quod illi mor-
tem timent. qui in peccatis iacent. et nullum boni in futuro
sperant. peccatibusque radicaliter inherent. Illi vero qui mun-
dum et seculi voluptates propter christum contempnunt. nec
mortem timent. nec presencia diligunt. sed pocius futura
desiderant. nec mirum. Quia secundum Crisostomum. super mattheum. Nil
dolorosius morte impiorum. Sed econtra nil dulcius mor-
te obituque iustorum. mors namque a malis nimium for-
midatur. a iustis autem vix et expectatur. hec Crisostomus. Unde
perfecti viri non solum non timent mori. sed desiderant dis-
solui et esse cum christo Ex quibus unus illorum. videlicet beatus
Jeronimus sic dixit. Nichil michi iam foret dulcius quam mo-
ri in corpore. Ut in suo sic anima mea saliat creatore
eius foveatur solacio et dulcore. atque iocundetur eius beatis-
sima visione. hec Jeronimus. Nec immerito sancti gaudent
de mortis adventu. et mali perturbantur. quia prout
dicit beatus gregorius. Bonis exeuntibus de corpore occurrit odor
celestis patrie. Malis vero fetor iehennis eterne. Unde
beatus est qui in hoc seculo sic vivit. Ut post cursum
huius vite cum fiducia et gaudenter coram summo deo
possit assistere. et in eius visione eternaliter delectari
ac gaudere. De hoc Effrem abbas sic dicit. Beatus qui in
mente habuerit diem exitus sui ante oculos. et festina-
verit in illa hora paratus esse. et sine aliquo timore pec-
cati vel prave consciencie inveniri. Beatus qui invenerit

fiduciā in illa hora exitus sui · qū anima sepat a corpe
Cum magno namqȝ fletu et magnis doloribꝰ sepat.
Venient enī angeli assumere aīam · et sepabūt eam
a corpore · et pducent eam ante tribunal immortalis
et metuēdi iudicis · At illa mēorās opa sua miseabilit
cōtremiscit · Grandis timor est fratres in illa hora mor
tis et sepacōis anime a corpe · Assistent enī tūc ipi aīe
opa eius que die noctuqȝ bona et mala gessit · At illa
audiens actus suos · egredi ptimescat · quia peccatrices
anime cū metu magno et timore horrendo sepabūtur
a corpore, et tremētes pgūt ad etnū iudiciū · Ea ergo hō
cum anima diuidit a corpore · Videns vniusa opa suā
dicat eis · Date michi vnius hore spaciū · donec egrediar
Et respondētes simul omīa opa eius dicūt ei · Tu nos
egisti · tua opa sumꝰ · tecū semp ibimꝰ · tecū qȝ pgemus
ad deum · Sancta vero aīa cū sepat a corpe non timet
nec metuit · sed magis gaudēs cū fiducia pgit ad deū
electa officijs angelorꝫ, hec Effrem abbꝰ · Vbi nōdū
qp quilibꝫ deuotus · ac vtuosus · qdiu in hac pegri
nacione est cōstitutꝰ · debet desiderare introitū celestis
patrie · quia hec vita tota tribulacō est et temptacio
quā bū senciūt et expiūt · hij qui etnā vitā diligūt
De hoc btūs Augꝰ i glō sr ps sic dit · Vita ista tribulacio est ·
Si non est tribulacio · nō est pegrinacio · Si aūt pegrinacō
est · aut parū patriā diligis · aut sine dubio tribularis ·
Quis enī non tribulet · non se esse cum eo qd desiderat
Vnde tibi nō videt ista tribulacio quia nō amas Ama
alteram vitam et videbis quia ista vita tribulacō est
Quacūqȝ prosperitate fulgeat · quibuslibꝫ delicijs habū
det · atqȝ circūfloreat · qū nōdū est illud gaudiū sine
vlla temptacōne certissimū qd nobis in fine pmittat deus
sine dubio tribulacō est, hec Augꝰ · Non enī in ista mi
sera vita in qua pegrinamur · potest esse felicitas aut
gaudiū · Verum qd testat Maximꝰ ita d · Nemo se cre
dat aliquā felicitatē · aut aliqd verū gaudiū in hoc
seculo possidē, btitudo hic sperari potest · possideri nō pt

Duo sibi tpa ordine suo succedūt. tempus flendi. et tps
ridendi. Nemo se cōtiuemat. nō est hic in mūdo hoc tps
ridendi. Sciend᷒ aūt qꝫ omnis homo gaudere desiderat.
sed non omēs ibi querūt gaudiū. Ubi oportet inquiri
verū in hoc mūdo gaudiū nō fuit nec est. nec esse po
terit. hec maxi᷒. Unde sā viri vt liberius possent puei
re ad celestem patriā. in hac pegrinacōne in labore
et gemitu fuerūt. et ad illam cōspiciēdam suspirauerūt.
De hoc btūs Augꝰ. in quadam omelia sic ait.
Non desiderat patriam pegrinatio sine lacrima. Si de
sideras qd nō habes funde lacrimas. Quis iustus non
habuit istas lacrimas. Qui nō habuit. pegrinū se
esse nō doluit. qua fronte ad patriam venit. qui non
absens suspirauit. hec Augꝰ. Unde cū magno rubore
ad illam pueniet. quisqꝫ modo in corpore cōstitutus
eam videre non desiderat. Quisqꝫ vero sancte vixerit.
et ad illam puemendi desideriū habuerit. post cursum
hui᷒ vite cum magno gaudio in illa suscipiet. Ista cō
mēorat. btūs bñhꝰ sic. d. Desiderem᷒ quāto possum᷒ desi
derio celestem patriā. cum magna naqꝫ confusione et
rubore ad illam pueniet. quisqꝫ eam modo vehemēt
videre non desiderat. Qui vtqꝫ iugi orōne et assidua me
ditacōne. necnō et sollicita cōu̅sacione in illa versatur
secur᷒ hinc egredietꝰ. et cū magna exultacōne in ea susa
pietꝰ. hec Bñhꝰ. Ad tale aūt desideriū vz. puemēdi ad reg
nū celorum vnāquāqꝫ deuotam ac sctām aīām. Ans
helmus hortatꝰ ita. d. O anima tantus debet esse amor
tuus in hac mortali vita. et desideriū puemēdi ad illꝰ.
ad qd fsā es et dolor. quia ibi nōdum es. et timor nefor
te non puenias. vt nullam leticiā sentire valeas. nisi
de hijs que tibi auxiliū. et spem conferūt puemendi
hec anshelm᷒. Et vt anima possit liberius celestia de
siderare. et cōsequetꝰ ad etnā feliaitatē puenire. necesse
est cum adhuc in carne retinetꝰ vt affectionib᷒ mordia
tis reluctetꝰ. ac ect. ab illis mūdetur. vt sine obstaculo
seu impedimēto puenire valeat ad xpm. De hoc in li.

de spū et anima sic dr̄. Si aīa a corrupcōne corpalium
affectionū hic non mūdatr̄. corpore exuta corpalibus
tenetr̄ passionibus. Studeat ergo in hac vita se ab huī
feculencia mūdare. qtis cū hinc exierit. inde nichil
corruptū secū trahat. a corpali passione īmunis exis
tat. hec in lī° de spū et anima. Oportet ergo ut anima
nō solum a cōsensu peccati abstineat. verū eciā ab omnib
cōcupiscēciis quibuscūqȝ se exuciat. et illis viriliter resis
tat. in qn̄tū licet in hac corruptibili carne. si desiderat
post egressum de corpe sine impedimēto puenire ad
visionem xpi sui sponsi. Ista aliqlit tangit beatus
Bnh᷒ in lī° sup Can. exponens illud dam. En ipe stat post
parietē nrm̄. ita d. Ipe est dn̄s sanctis et electis suis
eciā cum longe esse videtr̄. et non equalitr̄ omnib᷒. sed
aliis plus. aliis min᷒ pro meritorū diuersitate. Nam
et si ipe est dn̄s omnibus inuocantib᷒ eum in veritate
non tamē cū oībus. forsan ut ita dicē possint. qa
ipē est post parietē. Nam talis cupit dissolui. et rup
to medio pariete esse cum illo. quē post parietē esse
cōfidit. Ego autē cum peccator sum dissolui nō cupio
sed formido. sciens quia mors peccatorū pessima. Quo
nō pessima mors ubi nō subuenit vita. formido
exire. et ipē cōtremisco portus ingressū. dum non
confido ppter assistentē. qui excipiat exeuntē. Quid
enī securus exeo. si nō dn̄s custodiat exitū meū. heu
ero ludibrio demonū. si nō assistat qui redimat. neqȝ
qui saluū faciat. Nil tale verendū erat anime pauli
cui a cōspectu et amplexu vnus tm̄mō paries ob
sistebat. videlȝ lex peccati quā inueniebat ī mēbris
suis. Ipa est omīs carnis cōcupiscēcia. qua carē omīo
non potuit. donec in carne fuit. hoc sane interiecto
vno pariete. non longe pegnabatr̄ a dn̄o. Unde et op
tabat clamās. Quis me liberabit de corpe mortis
huī᷒. sciēs se mortis cōpendio cōtinuo puenturū. hac
ergo paulus se fatebatr̄ vna lege teneri. cōcupis-
ciā scilȝ. quā carni sue īmobilitr̄ insitam tollerabat inuit᷒

decretō michil michi cōscius inquit verū· quis similis
paulo· qui nō vȝ huic interdum cōsenciat concupis-
ad obediendū pctō· Nouerit pinde is qui pctō cōsen=
sit· et alterū sibi se opposuisse pariete· vtiqȝ illicitū
cōsensum· nec potest gloriari qui eiusmodi est· quia
fiet sibi post pariete sponsus· Si puenerit ad effec-
tum tūc tcius paries sponsi impediet accessum· actꝰ
vȝ· ipe pcti· Quid si pctm in vsum cōsuetudo forte· aut
vsus ecꝭ in cōtēptum pduxerit· Nam si ita exieris· mi=
lies ante a rugientibus pparatis ad escam poteris
deuorari qm puenire ad sponsum· nō vno siquidem
iam sed tanta a te parietū immēositate inclusū· pmꝰ
siquidem concupiscēcia· Scds cōsensus· Tcius actus·
quartꝰ cōsuetudo· qntus cōtemptus· Curra igit̃ pori
concupiscēcie· totis resistere viribus vt nō cadas in con=
sensū· et omīs deinceps malignitatis fabrica euanesct
nec est oīno qd sponsum appinquare vetat· pter solū
pariete corpis· qntus gloriari possis et dice· de illo(
En ipe est post parietem· hec bnhꝰ· vbi nōndum qꝫ
ecꝭ sancti viri· in hac corruptibili carne cōstituti· nō
possūt oīno carē pctis venialibꝰ· vel cōcupiscēciis ipos
interdum inquietantibꝰ· sed tamē cū omīa p ordinem
et alia bona opa in pnti vita illa delere studēt exeūt
mūdati· Quod pbat btus Augꝰ· in liº de vbis apli sic d.
Non hic sumꝰ sine pctō· sed exibimꝰ hinc sine peccato·
quia vnusqmsqȝ cum de corpe exierit dimittūt ei qui
talia habebat· vt dimittenᵗ debita· quia cottidianis
pcibus dimittūtᵘʳ· et exit mūdatꝰ· hec Augꝰ· vnde aīa
sancta cū a pctis cottidianis et minimis cottidie se p
cōpūccōm abluit· et a maioribus custodit· suā mūdiciā
assidue seruat· et ideo talis aīa post resolucōm corpis
quia sine impedimēto est ecꝭ venialis pcti· faciem sui
conditoris sine vlla tardacōne videbit· De hoc btus gg꜄
sup Can· sic dicit· Dum igit̃ sancta aīa a pctis cottidianis
se p pnīam mūdat· dū cottidie pccā minuta cū lacimis
abluit· et a maioribꝰ se obseruat· qntus fregit peccet·

ꝑ assiduā tamē p̄uiam mūdiciā suā assidue seruat.
Quāuis em̄ mox vt peccat a iusticia declinet. tamē dū
semꝑ credit in eum qui iustificat impiū. et assidue sub
eius fide pc̄ta sua deflet. p assiduas ablucōnes iusticiā
suā retinet. hec gg̃. Quisq̄s ergo in iusticia ꝑstiterit et p̄=
cepta dn̄i seruare nō obmiserit. antiquū hostē in hora
exitus sui non timebit. Quod affirmat idem btūs gg̃
in vj°. li° mor̄ ita d. Quisq̄s se ad vite p̄cepta dirigit. p̄ius
qm̄ eṫna p̄mia p̄cipiat. hic iam intra securitatis ꝑpetu=
um felicitatis degustat. Vt antiquū hostem nō metuat
vt iminente mortis articulo violentos eius impet
nō ꝑhorrescat. Istis namq̧ inicium est retribucōis ipa
plerumq̧ in obitu securitas mentis. Vbi recte in li° Job d̄r.
Et bestiam t̃re non formidabis. Callidus quippe adu̅=
sarius. bestia t̃re d̄r. quia ad rapiendas mortis tp̄e pc̄=
cator̄ animas. violencia crudelitatis effrenat̃. quos
em̄ viuētes blandiēs decipit. morientes seuiēs rapit.
Quo contra de electorꝫ ecctia. ꝑ ꝓphetam pollicet̃ dn̄s
. d. Mala bestia non ascendet ꝑ eam. Illi igit̃ t̃re bestiā
morientes timent. qui cōditoris sui potēciā viuentes
nō timēt. Sancti etenī viri qui diuine se formidini
medullitus subdunt. ōme de aduentu aduersarij
pondus timoris abiciunt. Quia viuētes ꝑfecte electi
timēt iudicē. ne morientes metuāt accusatorē. Bene
ergo dicit̃. Et bestiam t̃re non formidabis. Ac si apte
dicetur. Qui a blandiente modo hoste non vinceris
hūc seuientē postmodū non timebis. hec gg̃. Impi=
orū vero animas. in hora sue egressionis de corpe mag=
nus t̃ror invadit. et amarissime angustie ac pauorēs
illas c̃ruciant. ꝓpter remorsum male cōsciencie. De quarū
miserabili anxietate petrus damianus sic ait. pensā=
dū quippe est. cum iam peccatrix anima vinculis inci=
pit carnis absolui. qm̄ amaro t̃rore cōcutit̃. qntis
mordacis cōsciē . . stimulis laceratur. Recolit vetita q̄
commisit. Videt . . mandata que implere contēpsit. dolet
idulta p̄nie . . tpa sese inanit̃ p̄cepisse. plorat inmobile

districte vocacionis articulum inevitabiliter imminere. manere
satagit. ire compellitur. recuperare vult perdita non audetur.
Post terga respiciens. tocius transacte vite cursum velut
unum brevissimum deputat itineris passum. ante se oculos
dirigit. et infinite perhennitatis spacia deprehendit. plorat
itaque quia intra tam breve spacium acquirere potuit omnium
leticiam seculorum. Deflet eciam se propter tam brevis illecebre
voluptatem. inenarrabilem perpetue suavitatis amisisse
dulcedinem. Erubescit quia propter illam substanciam que
vermibus erat obnoxia. illam neglexit. que choris
erat angelicis inferenda. Iam radios mentis attollit
et cum diviciarum immortalium gloriam contemplatur. eam
propter vite huius inopiam perdidisse confunditur. Cumque sub
se reflectit oculos. ad huius mundi convallem. tetramque
quam caliginem. supra se vero miratur eterni luminis claritatem
liquido deprehendit. quia nox erat et tenebre quod ama-
vit. O si redimium penitencie tempus mereri posset
quam dure conversacionis iter arriperet. quanta et qualia permit-
teret. quantis se devocionum vinculis innodaret. Interea
dum oculi contabescunt. dum pectus palpitat raucum
guttur anhelat. dentes paulatim nigrescunt. palescunt
ora. membra cuncta rigescunt. Dum hec itaque et huiusmodi
tamquam vicine morti precedencia famulantur officia. as-
sunt omnia gesta simul et verba. nec eciam ipse cogitaciones
desunt. et cuncta hec amarum adversus auctorem
testimonium reddunt. Coacervantur omnia. ante respicientis oculos
que respicere refugit coactus et invitus attendit. Ad-
est preterea hinc horrenda demonum turba. Illinc virtus
angelica. In illo qui medius est liquide deprehenditur
cui parti iure possessio vendicetur. Nam si pietatis in eo
videntur insignia invitacionis angelice blandiciis delinitur
atque armonice melodie dulcedine ut exeat provocatur
Quod si eum sinistre parti meritorum nigredo et feditatis
squalor adiudicet. intolleabili [illegible] mox terrore concutitur
repentinum impetus violencia perturbatur [illegible] precipitatur invaditur
ac de misere carnis ergastulo vio[illegible]lenter evellitur

Ut ad eterna supplicia iam cum amaritudine pertrahatur
Iam vero post egressionem de corpore quis explicare valeat
quot armate iniquorum spirituum acies in insidiis lateant
quot frementes cunei ferralibus telis instructi iter ob=
sident et ne transire libera possit anima velut militari mo=
re constipate legiones obpugnant. hec et huiusmodi frequenter
in corde versare quid est aliud quam lenocinancia vite huius
blandimenta respuere. mundo repudium dare. illicitos carnis
motus elidere. solumque perfectionis adipiscende propositum
indeclinabiliter custodire. hec petrus damianus. Et nondum
est quod dyabolus gravissime temptat fideles cum iam morti
appropinquant. Testatur hoc athanasius qui sic dicit. Demon
siquidem fortissimis aggressionibus suis temptat dum
ipse homo mortis sue foribus appropinquat. Temptat
autem malignus spiritus homines in illa extrema hora in
multis. maxime tamen in duobus scilicet in fide et in spe. In fide
temptat quia valde conatur quo possit hominem tunc
a via veritatis et a fide catholica evertere et in errorem
infidelitatis inducere et sic consequenter in perdicionem pertrahere
Unde optima consuetudo in ordine cisterciensi inolevit
Nam cum aliquis frater laborat in extremis et vicinus
est iam morti ut debitum universe carnis persolvat pulsa=
tur tabula et occurrentibus fratribus expressa voce dicatur
ac proclamatur. Credo in unum deum etc. Ut ille frater qui
in articulo mortis est constitutus audiens verba simboli ad
se ipsum redeat. et si forsitan temptatur per vicium incredu=
litatis postposito errore infidelitatis in catholica fi=
de solidetur. Unde necesse est ut homo cum adhuc subsistit
in corpore et incolumis est pericula que in hora mortis
eveniunt frequentius meditetur et sic vivat ut illa cum
venerint non timeat, sed cum adiutorio dei vincat. De
hoc damascenus sic ait. Temptabit autem nos hostis
mira obliquitate veritatis et fidei in extremis. propter
quod animus quidem noster in meditacione eorum que in morte
futura sunt terribilium iugiter est exercendus et presciencia fu=
turorum eventuum imbuendus. hec damascenus. Secundo

malignus spūs temptat hominem in illa vltima hō
in spe. quia laqos desperacōis in cor hominis tūc tpis in
mittere solet. p quos decipiat. et in desperacōm inducat
ac postmodū ad etnā dampnacōm ptrahat. Cont
hoc est pīculū. debet vnusquisq3 p vite sīmoniā
ac bonam cōu'sacōm se munire vt adueniēte tēpta
cōnis turbine possit in spe et fiducia pdurare. De
hoc btūs ggs sic ait. Obiciet tibi spūs malign' mor
tis in tpe infinita desperacōis pstigia et errores. que
nullaten' effugies. nisi dum viuis te pmunias
et cōfirmes. hec ggs. Debet ergo quilibz fidelis. cū
adhuc in corpe subsistit timorē dn̄i p oculis cor
dis habere. et v'tuose viuē. vt in illa vltima necessi'te
fiduciā in deo et cōsolacōnē inueniatur ab ipo pape
Vnde dr. Eccī. p°. Timenti dn̄m bn̄ erit in extremis
et in die defūccōnis sue bn̄dicet. Vbi nōndū q̄ hō
cum viuit. opa bona que facit. debet a mēoria ex
cludere. ppter elacōnē vitandā. cū vō appinquat
morti. debet illa cū humilitate cordis ac simplicitate
ad mēoriā reducē. vt timorē inordinatū et piculosū
qui maxīe illo tpe occurrit possit pīme ac euadere. De
hoc btūs ggs in xvii° li° mor. sic dr. Sicut em̄ dū
viuim' debem' bona nr̄a a mēoria repellere. ne
extollant. ita appinqn̄te exitu. plerumq3 ad mēoriā
iuste reuocam'. vt videlz fiduciā pbeāt. et desperatū
timorē pmant. hec ggs. Sed cōsiderādū q̄ nōnunq̄
est iusta aīa in illa extrema hora cōcitat' ac pt
batur. hoc aūt fit pmittēte dn̄o. vt p talē metū
a pccis leuibus quib' astricta est purget'. et etno
gaudio statim post exitū corpis pfruat'. Sunt et
nōnulle sancte aīe. que pusq̄ carne expoliant'
de glīa eterne retribucōis hilarescūt. et quadā
mira iocūditate pociūt'. Quod idem btūs ggs cō
mēorat. in xxiiii° li° mor. ita d. Solucōi igitur
carnis appinquās. nōnunq̄ terrore vindicte est iusta
anima turbat'. cū et si quid trāquillū i hac vita

sape potuit. mortis articulo imminente consolatur. Sed
iustorum anime a sordibus quibusque contagiis ipso sepe
mortis pavore purgantur. et eterne retribucionis gaudia
iam ab ipsa carnis solucione percipiunt. plerumque vero con
templacione quadam retribucionis interne eciam prius quam
carne expolientur hilarescunt. et dum vetustatis debitum
solvunt. novi iam muneris leticia perfruuntur. hec Gregorius.
Cum igitur unusquisque maxime in illa extrema hora in
digeat divina consolacione. ubi tot pericula occurrunt
necesse est ut homo dum adhuc sanus est. talem dominum
et amicum sibi querat et eligat. qui enim de tot malis
tunc liberet ac defendat. Iste vero dominus et amicus est deus
noster. quem debet quilibet in patrem et amicum sibi eligere
et illi fortiter adherere. per fidem et dileccionem. per vite sanctimoni
am ac puritatem. ut in illa tremenda mortis hora merea
tur ab ipso ab omni angustia. et insidiis malignorum
spirituum liberari. et ad eterna gaudia perduci. De hoc per
bene Augustinus sic dicit. Elige magnum illum amicum pre omnibus
amicis tuis. scilicet christum. qui cum omnia subtracta fuerint
tibi solus fidem servabit in die sepulture tue. cum ami
ci tui recedent a te. ille te non derelinquet. sed tuebitur
te a rugientibus preparatis ad escam. et perducet te ad igno
tam regionem. atque perducet te ad plateas celestis iherusalem
et ibi collocabit te cum angelis ante faciem maiestatis
sue ubi est cumulus felicitatis. supereminens gloria. superha
bundans leticia. et omnia bona. hec Augustinus.

De anime cum solvuntur a corporibus ad que loca feruntur. capitulum l.

Cupio etiam scire. cum anime solvuntur a corporibus
ad que loca feruntur. ubi tunc locantur. aut subsis
tunt. De hoc scire debes. quod excepto lymbo pu
erorum. sine baptismi sacramento decedencium. ubi est pena
dampni. et non sensus. sunt potissime tria loca ad que
anime statim postquam absolvuntur a corporibus. feruntur
videlicet. infernus. purgatorium. et regnum celorum. in quibus
locis anime secundum meritum vel demeritum recipiuntur.
Hec vero loca qualia sunt. non possunt esse nobis nota
sunt tamen substanciis spiritualibus. id est animabus cognita et convenientia

De hoc Thomas de aquino sic dicit. Quamuis igitur aia
bus post mortem non assignentur aliqua corpora
quorum sint forme et determinati motores. determina
tur tamen eis quedam corporalia loca. per congruenciam
quandam. secundum gradum dignitatis eorum. in quibus sint
quasi in loco. eo modo. quo in loco incorporalia esse pos
sunt. secundum quod magis vel minus accedunt ad primam substan
ciam locus superior per congruenciam deputatur. scilicet deum
cuius sedem celum scriptura esse denunciat. et ideo ani
mas que sunt in participacione perfecta deitatis in celo
esse ponimus. Animas vero que a participacione huius im
pediuntur. loco contrario deputari dicimus. ¶ Et sciendum
quod incorporalia non sunt in loco. modo aliquo nobis
noto et consueto. secundum quod dicimus corpora proprie in loco esse
sunt tamen in loco modo substanciis spiritualibus conueniente
qui nobis plene manifestus esse non potest. Et sicut
in corporibus. est grauitas vel leuitas qua feruntur ad
suum locum. qui est finis motus ipsorum. ita eciam est in aia
bus meritum vel demeritum. quibus perueniunt anime ad
premium vel penam que sunt fines accionum ipsarum. Unde
sicut corpus per grauitatem vel leuitatem statim fertur
in locum suum nisi prohibeatur. Ita anime statim solu
to vinculo carnis. per quod in statu vie detinebantur
statim premium consequuntur. vel penam. nisi aliquid impe
diat. Sicut interdum impedit consequucionem premij ve
niale peccatum. quod prius purgari oportet. Ex quo sequitur
quod premium differatur. et quia locus deputatur aiabus secundum
congruenciam premij vel pene. statim vt anima absolui
tur a corpore vel in infernum demergitur. Vel ad celos euo
lat nisi impediatur aliquo reatu. quo oporteat euo
lacionem differri Ut prius anima purgetur. et huic
veritati auctoritates scripture canonice manifeste attestantur.
et documenta sanctorum patrum. Unde contrarium pro heresi est
habendum. hec Thomas. Ex predictis igitur cognoscimus tria
esse loca animabus deputata. secundum meritum vel demeritum
Unde primo sciendum de pena infernali. Infernalis namque

pena est in loco corporali deorsum. in quo eternaliter
affliguntur omnes reprobi tam homines quam spiritus mali
Affligentur autem eodem igne corporali. qui cremabit
et affliget spiritus et etiam corpora. nec tamen corpora illa consu
met. sed semper affliget. alios plus alios minus. secundum
exigenciam meritorum. Nam ignis infernalis non omnes
equaliter cruciabit. quia ab eodem igne alii plus alii
minus torquebuntur. secundum quod plus vel minus peccaverunt
Quamvis autem ille ignis sit corporeus. nec possit agere
in spiritum ipsum calefaciendo. agit tamen in ipsum ut instrume
tum divine iusticie ipsum ledendo. Et ille dolor est maxi
mus propter potenciam divine manus. illum ignem moventis
tum propter sensualitatem pacientis. tum propter immediacionem
coniunctionis. ¶ De cuius ignis acerbitate beatus Augustinus sic
ait. Quantum distat ignis materialis ab igne picto. tantum
distat infernalis ab igne materiali. cuius tanta est viole
ncia. quod si marium universitas flueret. ipsum nec ad modicum
refrigeraret. hec Augustinus. Et notandum quod reproborum anime
que in presenti vita moriuntur per culpam in inferno posite
earum mors ~~meum~~ vivet in pena eternaliter in qua existen
tes non solum maiora peccata verum etiam minora tormenta
paciendo persolvent. De hoc beatus Gregorius in xv. libro moralium sic dicit
Cuius hic vita mortua fuerit in culpa. illic eius mors
vivet in pena. Lucet que fecit omnia. nec tamen consumetur
quia cruciat et non extinguitur. moritur et vivit. deficit et
subsistit. Finitur semper et sine fine est. Hec solo auditu
valde terribilia sunt. quanto magis passione. Graviora tamen
tormenta recipiunt illi. qui multas iniquitates ex suis
pravis desideriis perpetraverunt. Districta omnipotentis
dei iusticia supplicium a reprobis pro perversis actibus exi
git/eis mala usque ad ultimorum retribucionem reddit. ut qui de
magnis malis debitores sunt. suppliciis traditi. etiam no
vissimum quadrantem solvant. Illis enim minima parcuntur. qui
maiora in se mala districte defleverunt. Nam que mag
na premunt. etiam mala minima in iehenna prius affligunt
hec Gregorius. De igne etiam infernali hugo de sancto victore sic ait.

In inferno dicitur ignis esse inextinguibilis. et qui ut
semper ardeat nutrimento non eget. et ab initio mundi de-
monibus eternaliter cruciandum preparatum. in quo scilicet
igne. etiam homines maligni cum demonibus eterna pena
passuri sunt. quia in hac eis vita posita ad culpam con-
senserunt. Ad hunc infernum anime sceleratorum a corporibus
egresse statim retruduntur. hec hugo. In quo inferno erit
et est calor ignis. stridor frigoris. tenebre fumus la-
crime interiores. aspectus demonum. clamor impre-
rium. anxietas sitis. fetor sulphuris. vermis consciencie
vincula carceris. timor. dolor. pudor. rancor. tristicia
carencia visionis dei. ablacio spei omnis salutis. In qui-
bus etiam penis erit afflictionum varietas. et cum varie-
tate acerbitas. et cum acerbitate interminabilitas. ut ad
reproborum supplicium tormentorum fumus ascendat in secula
seculorum. Ubi etiam considerandum. prout dicit Thomas de aquino.
quod dampnati spiritus nunquam sunt extra infernum. nisi
ex dispensacione divina. vel ad instructionem. vel ad
exercicium electorum. Ubicumque autem extra infernum sint
semper tamen vident ignem inferni. Unde cum ista vi-
sio sit immediate affligens. ubicumque sunt. ab igne infer-
ni affliguntur. Unde sicut gloria electorum. non minuitur.
si aliquando extra celum empireum sint. ita etiam in nullo mi-
nuitur pena dampnatorum. si extra infernum. ex divi-
na dispensacione ponantur ad tempus. Similiter et
dyabolus ubicumque sit sive sub aere sive sub terra. secum
trahit tormenta suarum flammarum. hec Thomas. Secundo
videndum est de purgatorio. de quo sciendum. quod ignis
purgatorius est ignis corporalis per quem tantummodo spiritus istorum
qui in hac vita non impleverunt penitenciam. et satisfactionem
condignam. affliguntur secundum plus et minus. secundum quod plus
de cremabili secum ex hac vita traxerunt. Affliguntur
autem minus graviter quam in inferno. et gravius quam in
mundo hoc. non tamen ita graviter. quia semper sperent. et sci-
ant se in inferno non esse. licet forte per penarum mag-
nitudinem. hoc aliquando non advertant. hac autem afflictione

ab igne corpali inflicta. purgant' spus a reatibus
et sordibus et reliquiis pctorum. quibus sufficient' expur
gatis immediate euolant et introducunt' ad gloriam
padisi. Et nondum q ordo iustiae diuine hoc exigit
vt spus ab igne materiali habeat puniri. vt sicut scdm
ordine nature anima vnitur corpori. vt influat vita.
sic vniat' igni matiali scdm ordine iustitie. vt puni
bile punienti a quo suscipiat penam. et quia viri
iusti qui sunt in gra no sunt digni nisi pena transito
ria. et tanto maiori digni sut pena. quanto maiora
comiserunt pcta. et minorem egerunt pniam hinc est
q ab igne matiali puniunt' tpalit. quida tame diu
tius. quida vero breuius. quidam acerbius. quidam
leuius scdm qd reatus exigit offensarum. Necesse est
enim vt dit btus Aug. q tantum vrat dolor. quantum hese
rat amor. tanto enim difficilius quisque purgat'. quanto
medullis cordis eius intimius amor inheserat mun
danorum. et ideo tanto vnusquisque torquet' diutius. quan
to affectus eius venalib' adherebat fortius. Vnde
idem btus Aug. iterum de hoc sic dit. Post hanc vitam
incredibile non est. nonnullos fideles p igne quedam
purgatorium. quanto mag' minus ve bona peritura dilexe
runt. tanto tardius citius q saluari. Vnde no frustra
illa tria distinxit apls. lignum fenum stiplam. que
illi edificant. qui et si aliena no rapiunt. rebus tame
mundanis hominibus concessis aliqua dilectione inherent
qui scdm suos amandi modos diuci vt lignum vel minus
vt fenum. vel minimum vt stipula igne sustinebit. Qui
vero sup edificant aurum argentum lapides pciosos. de vtroque
igne securi sunt. non solum de illo eterno qui cruciaturus
est impios ineternum. sed etiam de illo inmundatorio quo
purgabunt' quidam saluandi. In auro aut intelligit'
contemplacio dei. in argento dilectio proximi. in lapide
pcioso. bona opa. hic obici potest. si p lignum fenum sti
pulam venialia intelligunt' pcta. et nullus adeo per
fectus est. qui venialit no peccet. Ergo qui edificant

aurum argentum lapides preciosos edificant. ecia lignum fenum stipulam. ergo per ignem transibunt. De hoc sciendum quia non omnis qui venialiter peccat lignum fenum stipulam edificat. lignum quippe et fenum et stipulam accipi possunt secularium rerum quamvis licite concessarum tales cupiditates ut amitti sine animi dolore non possint. Hec ergo edificat is qui cogitat que mundi sunt quomodo placeat mundo qui etiam divicias suas quodam carnali affectu tenetur. et tamen ex eis multas elemosinas facit. nec pro eis aliquid fraudis vel rapine molitur. Ex hys igitur patet quod non idem homo simul hec et illa edificat. Illa enim edificacio perfectorum tantum est. qui non cogitant placere mundo. sed tantum deo, qui et si venialiter aliquid peccant. Fervore caritatis ita absumuntur in eis peccata. sicut aque gutta in camino ignis. et ideo nunquam vel raro portant secum cremabilia, hec autem inferior edificacio est minorum qui non tantum deo sed et mundo placere cogitant. deum tamen preponunt. Si vero mundum preponerent. non superedificarent sed destruerent fundamentum. Affectiones igitur carnales quibus dediti sunt. domibus. coniugibus. possessionibus. ita ut nil preponatur Christo. illis tribus signantur. que in mentes perfectorum non cadunt. et si venialia admittant In cordibus vero minorum interdum durant usque in finem qui cum talibus edificiis transeunt. sed dissolventur in igne ipsi vero merito fundamenti salvi erunt. gravissimam tamen penam sencient. Ex quo apparet quantam hic misericordiam exhibet deus. et quantam ibi exerceat severitatem. cum pro eodem peccato multo gravius ibi puniat quam hic. Ubi etiam notandum quod sunt nonnulli qui capitalia crimina non commiserunt. Vel si commiserunt per penitenciam et satisfactionem licet insufficientem in venialia commutaverunt. et multa venialia addiderunt, hii tales qui non habent capitalia evadunt infernum sed quia habent venialia non statim transeunt in celum sed in locum mediocrem hoc est in purgatorium. Ubi tam diu detinentur. quousque predicta venialia per ignem purgatorium consumantur. Vel per suffragia sanctorum redimantur.

Unde dicit btūs Augꝰ. Qui capitalia crīa nō admittūt
sed ad minuta ꝑpetranda faciles sunt. et ad redimēda
negligētes ad vitā etnā sī dubio veturi sūt. sed prius
aut in hoc seculo ꝑ dei iusticiā amarissime sūt coquēdi
aut ꝑ multas elemosinas et orōnes libeandi. aut
certe illo igne de quo dicit aplus. Sic qⁱ ꝑ ignē longo
tpe cruciandi. Que sint aūt illa venialia idē btūs Augꝰ
enumerat. d. Quociēs aliquis in cibo et potu plus ac
cipit qm̄ necesse sit. qociēs flagello dei impaciēs fuerit
quociēs plus loquit̄ qm̄ oportet. plus tacet qm̄ expedit
qociēs malas cogitacōnes sine cōsensu admiserit. qociēs
in diuino sermōe negligens fuerit. quociēs terena
dilexerit citra deum. hec et similia ad minuta pctā
ptinē dubiū nō est. Ex quibus pctīs licet anima nō
dampnet̄. tamē velut quibusdam pustulis et quasi
horrida scabie deformant aīam. Ut ad amplexus dei
in celo nullatenus admittat̄. Et ideo quidqͥd de hys
minutis cōtinuis orōibus/elemosinarꝫ largicōibꝰ
misericordie opibus. missarꝫ cōpacōibꝰ. ieiunijs et in
dulgencijs corꝫ. qui in nos peccauerint assidue redep
tū nō fuerit. aut hic multis tribulacōibus expiat̄.
vel illic in purgatorio depurat̄. hoc ipm̄ tamē anima
plus patit̄ et minꝰ. quā diuisitatē aplus insinuat. cū
vocat eadem minuta. ligna fenū stipulā. nō qꝫ sint
talia. sed quia cruciāt plus et minꝰ. Sciendū est. qꝫ
ignis purgatoriꝫ valde dirus et acerbus est. ita qꝫ
nulla pena huiꝰ mūdi aliquo illi dolori qui ibi est
compari potest. Unde necesse est. vt vnus quisqꝫ labo
ret. et diligenciam magnā adhibeat. Ut pctā mōrtalia
fugiat. et minuta pctā ꝑ bona opa mūdare studeat
ne talia tormēta eum pati cōtingat. De hoc btūs
Augꝰ sic dicit. Ignis purgatorij durior est. qm̄ qdqͥd
in hoc seculo. aut videri aut cogitari potest. Omnis
eīn tribulacio qūtūcūqꝫ magna vel longa in hac vita
modica est respectu purgatorij. Et ideo totis viribus
vnusqꝫmqꝫ laboret. Ut capitalia crīa possit euadere

et minuta pcta ita opibus redime. vt de ipis nichil videatur remane q ille ignis possit absume. Illi aut qui capitalia cima comittut. si qudiu vivut ea penitenc meditamentis redime noluerint. ad illum puement. De quo dns dicit. Ite in ignem eternu. Et ideo qui ab ista ppetua pena. et ab illo purgatorio igne desiderat liberari crimina capitalia no admittat. aut si iam comiserut fructuosam agant pniam. addentes lacimas vigilias et gemitus longo cot inuantes tpe. et illa parva vel cottidiana peccata bonis opibus redime no desistat hec Aug. Et quia durum est vel ad modicu illa tormenta sentire. ideo tucius et salubrius est vt in pnti vita homo subeat remediu purgacois et pnie. vt illas penalitates euadere possit in futuru. De hoc hugo de sto vic. sic ait. Est enim quida ignis qui purgatorius dr vbi purgant et mudant. qui hic corrigut et ceperunt et non pfecerut. Qui aut in hac vita nec incipe voluerut. ibi cosumare non possunt. Quibus aut hic correccone sua incipe dat. etc si pfice non datur. illis correccois pfecco reseruat. Tame tucius omo est. vt hic et incipe et pfice cotendas. vt illic nichil tibi faciendu vel paciendu sup sit. Durum est tormenta illa vel ad modicu sentire. ppterea tucius tibi omo est. vt hic et incipias et pficias. qd face debes. q si pfice hic no potueris. tame si inchoaueris. noli despare saluus eris. sic tame qi p igne. Ardebis quidem donec cosuptum fuerit qd cremabile portas. tu aut saluus eris. qm fundametu in te pmansit caritas dei. hec hugo. Et sciendu put dit Rich de sto. vic. Q tribus modis pctoru purgacio agitur. aliqn scdm solam seueritatem. aliqn scdm solam pietate. aliqn scdm solam moderacom vtriusqz. vt miseracio ipa no sit sine no nulla seueritate. nec seueritas sine miseracoe. Qui quidem in igne purgatorio est intollerabilis affliccio. sine tocius cosolacois remedio. In volutaria satisfaccione est affliccio cum multiplici consolacoe In la

uacro regeneracionis plena emundacio· nichil habens
afflictionis· Prima purgacio agitur per incendium
Secunda per flagellum· Tercia lauacrum· per incendium pur
gatorij ignis· scoria peccati excoquitur· per flagellum
satisfactionis palea peccati excutitur· per lauacrum rege
neracionis peccati macula absque pena diluitur· Sunt
multi qui in extremis veraciter penitent· sed morte pre
ueniente tempus satisfaciendi non habent· et hys quidem
in eorum peccatis· quid iniquitatis et impietatis est
ad veniam corporum per manum remittitur· Quid vero turpitudinis
et impuritatis purgatorio igne excoquitur· et hys deum
intellige quod in psalmo habes· Beati quorum remisse sunt iniqui
tates· Alij cum magna deuocione ad confessionem veniunt
et cum omni studio et sollicitudine satisfactionem exsol
uunt· et turpidinem suam caritatis opibus et virtutum
varietate obducunt· Fit itaque in eis quod alias legis· quod
caritas operit multitudinem peccatorum· In hys adimpletur
illud psalmiste· Beati quorum tecta sunt peccata· Multi post mul
ta flagicia et blasphemias de iudeis et gentibus veni
entes in christo regenerantur· quibus tamen pro preteritis ma
lis nichil satisfactionis iniungitur· quia renatis in christo
de anteactis malis nichil imputatur· pro talibus puta
esse dictum· Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum· Et sunt
nulli qui tam profunde· et intime penitent· et tante de
uocionis ardore in ipsa sua penitencia feruent· et tantum
de diuina pietate presumunt· ut hoc ipsum eis ad peccatorum suorum
expiacionem sufficiat· et deum sibi per omnia placabilem
reddant· Testatur hoc ipsum tam sero penitens ille latro
qui statim audire meruit· hodie mecum eris in paradiso
Euiusmodi quilibet erit in eorum numero· quibus a domino
non imputatur peccatum· sed dimittuntur eis peccata multa quoniam
diligunt multum, hec Rich. Ubi etc· considerandum quod in peccato
duo sunt remittenda culpa videlicet et pena· Culpa autem
remittitur per confessionem et cordis compunctionem· Sed culpa
dimissa adhuc remanent peccata remittenda quantum ad
penam· Ad cuius remissionem requiritur satisfactio· que

fieri solet p bonū opus caritate formatū. et hoc scdm
plus et min⁹. prout vnusquisqȝ in pctis et facinorib⁹
excessit. Et notandū q remissio culpe. aut nulla est
aut totalis simul. sed remissio pene fit p partes. et
non tota simul de comuni cursu. licet aliqū fiat tota
simul ꝓpter feruorē penitētis. et ex libealitate dei.
et maxime hoc fit cū omps deus. cor hoīs p grācharacters
cōpunctōnis accendit. et feruētes lacrimas p pctis et
excessibus effundere facit. que ita hundātes possunt
existere. q pcta omnia non solum qntū ad culpam
verum ecī qntum ad penā valent abluere. Vnde maria
magdalene ex feruido corde dilectōis xpi lacrimis riga
uit pedes eius. et ideo ab ipō dnō audire meruit. Di
mittunt̄ tibi pcta tua. nō solū qntū ad culpam. sed ecī
qntū ad penā ꝓpter vehemētem amorē caritatis dei.
qm̄ dilexit multū. Simile ecī legit̄ de btō petro. qui
post negacionē trinam egressus est foras et fleuit
amare. cui dimissū est statim totum pctm̄. et in signū
hui⁹ dnūs post resurrectōm suā dignatus est sibi sin
gularit̄ appare. et in illa apparicōne ipm̄ mirabilit̄
cōsolari. Ex hys igit̄ colligē possumus q ad delēdū pfcē
pctm̄ qntū ad culpam et qntū ad penam. nichil ita
efficax est. quēadmodum lacrimosa cōpunctio. que ex
feruido et humili corde procedit. Quia vna lacrima
de pio corde procedens. plus purgat aiam qm̄ pli
mi āni in purgatorio. Testat̄ hoc btūs bnh⁹ in q
dam aucte qui de hoc sic dic̄. O homo vna lacrima
de puro corde et cōtrito ꝓcedens. plus purgat aiam
tuam qm̄ ignis purgatorij infra spaciū decem ānorꝫ
hec bnh⁹. Vnde veri penitētes nō solum emēdant
vitam suam vtuose et religiose viuēdo. verū ecī diuīn
deprecant̄. vt grā compunctōis et lacrimarꝫ illis done
tur. vt a suis excessibus in pnti vita pfecte ablui me
ant̄. quā ecī grām se obtinere a dnō cōfidentes cum
ps̄ dicūt. Cibabis nos pane lacrimarꝫ. et potum
dabis nobis in lacrimis in mēsura. ac si dicāt Tan
tam sufficiēciā ac mensurā equipollentē lacrimarꝫ

des nobis. ut sufficiat ad delendum pfecte peccatu
qntum ad culpam et qntu ad pena. ut purgati et
mundati post hanc pegrinacoem sine impedimeto ad
te puenire valeam⁹. Talis vero anima exuta a corpe
non habens impedimetu culpe vel pene tpalis debite
statim euolat ad gliam. hoc eciam patet racoe. quia
talis anima p gram qua habet digna est glorie. et
non habet impedimetum ppe psone vel totius na
ture. quia illud impedimetu p xpi morte fuit ablatu
quia p mortem suam amouit impedimentu nate.
et ascendens ad celos misit donu gratie que ambo
erant necessaria ad consecucoem glorie. Sed et hoc
notandu q pctm veniale minuit feruore caritatis
in homie. et potencias anime in opibus bonis lassat.
et retardat post hanc vitam a gloria. q a ho. qui
debet et posset statim post morte euolare. cogetur
pter venialia ad tempus in purgatorio expectare.
Nunqm enim ab aliquo facies dei videbit. donec sol
uat p penas minimu quadrantem venialiu pcctorum.
Oportet enim quelibz ita mundu esse ante introitu
padisi. sicut fuerat in innocencia baptismali. Unde
necesse est. qm diu sumus in corpe. ut scdm dcm apli
mundem⁹ nos ab omi inquinameto carnis et spiritus pfi
cientes sanctificacoem in timore dei ut purgati et mun
dati ac vtutib⁹ decent adornati post hac vita sine
lesione ac molestia possim⁹ cum pace videre facie dei
De hoc btus Aug⁹ sic dicit. Qui tpalib⁹ penis digna ges
serunt. p flumiu ignis non transibut. quanta fuerit pcci
materia. tanta et ptransceundi mora. qntu stulta iniqui
tas gessit. tantu sapiens pena distruet q oia ab aia separi
p elemosinas et lacrimas copendiosa transaccone potu
issent. Conuertam⁹ ergo nos ad meliora. du in nra
potestate sunt remedia. hic extinguam⁹ morte moriendo
pccatis. hic vitam vite meritis comparem⁹. hec Augusti⁹
¶ Tercio videndu est de celesti patria ad qua sco⁊ aie
que sine impedimeto sunt. statim postqm soluuntur
a corpe pueniunt. et sanctorum angelorum iungunt cosorcio.

De hoc beatus Gregorius in ix° libro moralium super illo verbo. Qui facit interiora austri. sic ait. Quid namque austri nomine nisi feruor sancti spiritus designatur. quo dum repletus quisque fuerit. ad amorem patrie spiritualis ignescit. Interiora ergo austri sunt occulti illi angelorum ordines. et secretissimi patrie celestis. quos implet calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum anime. et nunc corporibus exute et postea corporibus restitute peruenient. et quasi astra in abditis occultantur. hec Gregorius. Richardus ecc. de sancto victore de hoc sic dicit. Anima namque iusti de ergastulo et vinculis carnis egrediens liberata de temptacionibus seculi transit ad gloriam filiorum dei. Felix ille transitus quo iustus post actionem bonam recipit stolam primam. et euadens miseriam intrat gloriam. et post laborem inuenit requiem. Beati namque mortui qui in domino moriuntur. amodo iam dicit spiritus id est deus. ut requiescant a laboribus suis. Agent enim ibi diem sollempnem cum angelis coram altissimo domino. Ibi gaudentes cum beatis spiritibus in gaudio sollempnitatis illius glorificacionem suorum corporum feliciter expectant. ibi habitantes in excelso vident regem in decore suo. hec Richardus. Nam anime sancte in illa eterna beatitudine fruuntur dei visione qua vident deum per essenciam. Unde dominus pendens in cruce dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Ubi nomine paradisi notatur dei fruicio. quia pacta passione. tam ipse latro quam alii qui fuerunt in limbo viderunt deum per essenciam. Et ideo consequenter nunc omnes beate anime que sunt innocentes. nec habentes aliquod impedimentum postquam a carne solute fuerint. ad celestem patriam perducuntur. et fruuntur visione dei. De hoc beatus Gregorius in iiii° libro moralium sic dicit. Uniuscuiusque sancti anima corrupcione carnis exuta ad deum mox ducitur. qui pro nobis sponte sua in mortem cecidit. et de morte surrexit. Unde nos qui redemptoris gracia redempti sumus. hoc iam celestis muneris habemus. ut cum carnis nostre habitaculo subtrahimur. mox ad celestia premia ducamur. hec Gregorius.

Premiũ vo celestis patrie· quid aliud est· q̄m visio sc̄e
trinitatis ac fruicio dilectionis illius qua potiũtur omēs
anime sancte in illa felici requie constitute· Ad quam
iocũdissimã requiem anime innocẽtes· aut p pniam
sufficienter purgate a dn̄o saluatore post exitũ hui᷒
pegrinacōis suscipiũtur· De hoc p btm̄ Aug᷒ sic dicitur
Anime sancte que in hoc seculo aut p vite innocẽciã
pure sũt· aut pnīe satisfactione purgant᷑· a saluatore
mō recipiũtur· et cum eo credende sũt esse· scd̄m dcm̄ apli
Cupio dissolui et esse cũ xp̄o· hec Aug᷒· Btūs ecc gg᷒ in
li᷒ dyalogorum· de hoc sic dicit· luce clarius constat q̄ per-
fectorum anime mox cum hui᷒ carnis claustra exeunt
in celestibus sedibus recipiũt᷑· Quod ipsa veritas p̄se attes-
tatur d· Vbicũqȝ fuerit corpus· illuc cōgregabũtur et aqle
quia vbi ip̄e redemptor nr̄ est corpore· illuc pculdu-
bio colligũtur et anime iustorum· Et paulus· Dissolui de-
siderat et cum xp̄o esse· Qui ergo xp̄m in celo esse nō
dubitat· nec pauli aīam esse in celo negat· Qui et
de solucione sui corpis· atqȝ habitacōe patrie celestis
dixit· Scim᷒ q̄m si terestris domus nr̄a hui᷒ habitaco-
nis dissoluatur· q̄ edificacōm habem᷒ a deo· domũ nō
manufactã sed eternã in celo· Sed si nũc in celo sunt
anime iustorum· quid est q̄ in die iudicij p iusticie sue re-
tribucione recipiãt· hoc eis nimirũ crescit in iudicio·
q̄d nũc aīarum sola· postmodũ vero et corpm btitudine
pfruant᷑· vt in ip̄a quoqȝ carne gaudeãt· in qua do-
lores pro dn̄o cruciat qȝ ptulerunt· hec gg᷒· Dubium
nõdum· q̄ anime scōrum ante resurrcōm corporum q̄uis
sint in eterna felicitate et in visione dei· tamẽ adhuc
cogitant de resuscitacōne pprij corpis· Et ideo pp̄t tale
desideriũ quod ad corpus habent· eorum btitudo nō est
ita pfecte plena sicut erit post resurrcōm corpis· de
hoc btūs bern᷒ sic ait· Anime a carne exute iam pane
doloris nō abant᷑· sed vinum amoris post cibum plen᷒
haurire pmittũtur· non tamẽ purũ· sed cũ lacte mixtũ
Vt quelibet illarum possit dicere illud· Can᷒ v᷒· Bibi vinũ meũ·

cum lacte meo. vino enim divini amoris miscetur et
tunc dulcedine lactis .i. naturalis affectionis qua re
sumere corpus suum glorificatum desiderant. Estuat ergo
anima tunc vino sancte caritatis potata. sed plane
non dum ad ebrietatem celicam. quia temperat internum ar
dorem divine caritatis permixtio humani lactis .i.
naturalis affectionis. Ebrietas denique corporalis solet ever
tere mentes. atque omnino immemores reddere sui. sed non
ex toto oblita sui. que adhuc de proprio corpore cogitat
resuscitando. propter quod desiderium anima perfecte beata
esse non potest sicut post resumptionem corporis sui. cum
consummabitur. hec bernhardus. Nam anima propter talem affectum
quem gerit ad corpus retardatur quodammodo ne tota inten
tione pergat in illud summum bonum quod est deus. nec tamen
propter hoc desinit esse beata. quamvis non consummate. nec
etiam aliquem dolorem sentit ex huiusmodi desiderio naturali. hoc
affirmat beatus Aug. super Gen. ita dicens. Anime inest qui
dam naturalis appetitus corpus amministrandi. quo appe
titu retardatur quodammodo. ne tota intentione pergat in
illud summum celum quamdiu non subest corpus. cuius ammi
nistratione appetitus ille conquiescat. nonobstante tamen
illo desiderio. anima in patria est beata licet non con
summate. et tamen nullum dolorem sentit ex illo na
turali appetitu, hec Aug. De resurrectione mortuorum et de finali iudicio et de gloria eterna maiori c. li.

Desidero etiam ultimo scire de resurrectione mor
tuorum et de finali iudicio. ac de gloria eterna
quam possidebunt sancti et electi in celesti patria
De resurrectione futura mortuorum scire debes quod deus
sicut est potentissimus in constitucione naturarum. ita est
clementissimus in collatione graciarum. et iustissimus in retribu
tione stipendiorum. Quia igitur meruit homo vel deme
ruit. ut in anima simul et corpore punniatur. vel in utroque pre
mium consequatur a domino. ideo in eisdem oportet ipsum re
surgere. Ad vocem autem tube resurgent mortui. sicut
ait apostolus. Dupliciter vero intelligitur illa vox. secundum quosdam
enim illa vox tube est imperium christi resurgere imperantis.

Sed in alios vox tube est manifesta xpi apparicio. Unde
di. gg. Tubam sonare. no est aliud qm mundo iudicem
filiu dei demonstrare. De resurreccione aut corporum hoc
tenendu est. q omnia corpora resurgent in resurreccione
generali nulla existente in eis differencia quantu ad or
dine tpis. sed magna quantu ad ordine dignitatis. Na
mali surgent cum suis deformitatibus penalitatibus
miserijs et defectibus quos habuerut in statu vie. qa
malis resurreccio non est ad vitam sed ad supplicium
ideo necesse est. q ipi cum suis infirmitatibus deformita
tibus et defectibus suscitentur. Boni vero suscitabuntur
in optimis condicionibus. ac p hoc necesse est q in eis
vicia detrahantur et natura servetur. Omnes vero tam bo
ni qm mali resurgent integro corpore debita statura
sedm etatem plenitudinis xpi. Resurreccio igitur tria
corriget in natura. s. defectum sicut in pueris et in
mutilatis superfluu scilz unguium crinium et huiusmodi errorem
sicut est in monstruositate membrorum. Resurgent quoque cor
pora eodem numero. que prius erant ex eodem pulvere
in que redacta fuerant ita q inquascunque auras vel
fimu terre pulvis ille dispersus fuerat. ad eandem
aiam redeat. que ipm primitus dum cresceret et vive
ret aiavit. Non solum resurgent corpora quantum ad
membra principalia. sed eciam salvis capillis et ceteris
membris que faciunt ad decorem. ¶ Et notandu q duplex
est mors videlz anime p culpam. et corporis p penam
hijs respondet duplex resurreccio. anime. scilz p gram
et corporis p gliam. Et sicut in pmis parentibus mors
culpe intulit mortem pene. ita resurreccio anime
p gram causabit resurreccione corporis p gliam. Deinde
considerandu q post resurreccionem statim erit iudiciu
in quo deus pater p dnm nrm ihm xpm iudicabit
vivos et mortuos. bonos et malos reddendo unicuique
sedm exigenciam meritorum. In hoc aut iudicio fiet apcio
librorum. scilz consciencia. quibus merita et demerita uni
versorum sibi ipis et ceteris innotescant. Faciente hoc virtute illius

libri vite verbi scilicet incarnati. qui in forma deitatis
nō videbitur nisi a bonis. in forma vero humanitatis in
qua et sniam promulgabit videbitur tam a bonis quam
a malis. licet terribilis in eadem forma appareat re
probis. et blandus iustis. Sed quis existimare potest
quam horribile erit peccatoribus illud ultimum iudicium
ex omni parte. quia supra erit iudex iratus. subtus infer
nus patens. intus cōsciā remordens. extra totus mū
dus ardens. a dextris pccā accusancia. a sinistris in
finita demonia ad suppliciū trahencia. Miser peccator
tot malis involutus quid facies latere erit impossibile
apparere intolleabile. Totus eciam mundus tunc accusabit
peccatorē. quia offenso creatore. offenditur omnis creatura
Astabimus et omnes corā illo tremēdo iudicio ut refe
rat unusquisque quod gessit in corpore sive bonum
sive malum. Presto erit dyabolus et recitabit vitā
professionis nr̄e et obiciet nobis in faciem quidquid
fecimus. et in qua die peccavimus. et in quo loco. et quid
operis tunc temporis facere debuimus. et si tales inventi fuerimus
exultabit ille adversarius nr̄ in cōspectu iudicis su
periorem se nobis exclamās. agens talem causam
aput talem iudicem. Dicet namque dyabolus. Equissime
iudex. iudica istū meū esse ob culpam. qui tuus no
luit esse per gratiam. hoc tremēdum iudiciū unusquisque fi
delis timere debet. et quamdiu est in presenti vita cōstitutus
semetipsum diiudicet. et per vite innocēciā purā cōsciām
acquirere studeat. que in illo metuēdo iudicio plus vale
bit quam omnēs thesauri. De hoc beatus bernhardus sic dicit. Quid
tam pavēdum. quid tam plenum anxietatis excogitari
potest. quam iudicandū astare illi tanti iudicis tribunali
et incertam adhuc tam subdistricto iudice expectare se
tenciā. Veniet inquam dies iudicij. ubi plus valebunt
pura corda quam astuta verba. cōsciā bona. quam marsubia
plena. quoniam quidem iudex ille nō falletur verbis. nec flectetur
donis. Verendū est valde cum ad hoc ventū fuerit. ne
tam in subtili examine multe nr̄e iusticie ut putantur.

peccata appareant. Verum est tamen si nosmetipsos diiudicaue
rimus non utique iudicabimur. Bonum iudicium quod me illi di
stricto divino quod iudicio subducit et abscondit. Volo
vultui tuo iudicatus presentari non iudicandus. Iudicem
interim fratres et terribilem illam expectacionem stude
amus presenti declinare iudicio. Quamvis enim iudicari dis
simulant eo iudicio quod nunc est. in quo princeps mundi
huius eicietur foras. iudicem expectent vel timeant magis
a quo cum ipso principe suo eicientur foras et ipsi. hec Bernardus.
Ubi ecce notandum quod quatuor erunt ordines in iudicio fu
turo. Quidam enim iudicabuntur et dampnabuntur. sicut illi
qui fidem habuerunt sine operibus. Quidam iudicabuntur.
et saluabuntur. ut hii quorum merita bona permixta sunt
aliquibus malis venialibus. Quidam non iudicabuntur et
dampnabuntur. sicut hii qui caruerunt fundamento fidei.
Quidam non iudicabuntur sed iudicabunt et saluabuntur.
sicut sunt perfecti viri. et contemptores mundi. De hoc habetur
in xxvi° libro moralium. Ubi beatus Gregorius sic dicit. Due quippe sunt
partes electorum scilicet atque reproborum. sed bini ordines hiisdem
singulis partibus continentur. Alii namque iudicantur et pereunt
quibus districta voce dicitur. Esurivi et non dedistis michi
manducare etc. Alii vero in extremo iudicio et pereunt
et non iudicabuntur. de quibus dominus dicit. Qui non credit iam
iudicatus est. Ex electorum vero parte. alii iudicantur. et
regnant qui vite maculas lacrimis tergunt. qui mala
precedencia factis sequentibus redimentes. quicquid illicitum
aliquando fecerunt ab oculis iudicis elemosinarum superductione
cooperiunt. quibus iudex veniens in dextera consistentibus
dicet. Esurivi enim et dedistis michi manducare etc. Alii
non iudicantur et regnant. qui precepta legis perfectione
virtutum transcendunt. quia nequaquam hoc solum quod cunctis
divina lex precipit implere contenti sunt. sed prestanciori
desiderio plus exhibere appetunt quam preceptis generalibus
audire meruerunt. quibus districta voce dicitur. Vos qui secuti
estis me et reliquistis omnia. cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebitis et vos super duodecim thronos.

iudicantes xii tribus israel. Hii itaque in extremo iudicio
non iudicantur et regnant. quia cum auctore suo ecce iudi-
ces veniunt. relinquentes quippe omnia plus prompta
deuocione exequuntur quam iuberi generaliter audierunt
hec gregorius. Sciendum est quod due sunt ferentur in iudicio una
pro bonis. alia pro malis. Sentencia contra bonos continet
septem clausulas. prima est amabilis xpi vocacio. ibi
venite. Secunda est diuina benediccio. ibi benedicti. Tercia paterna
dileccio. ibi patris mei. Quarta est remuneracionis retri-
bucio. ibi percipite. Quinta regni assignacio. ibi regnum
Sexta est glorie preparacio. ibi quod vobis paratum est. Septima
eterna predestinacio. ibi ab origine mundi. Item sentencia
contra malos continet sex clausulas primo a deo separacio-
nem. cum dicitur. Ite. Secundo malediccionem. ibi maledicti. Tercio
incarceracionis inclusionem. ibi. In. Quarto pene acerbitatem
ibi ignem. Quinto liberacionis desperacionem. ibi eternum. Sexto
demonis associacionem. ibi qui preparatus est dyabolo et
angelis eius. Ubi notandum quod sunt nonnulli reprobi
qui finem suis peccatis imponere non curant. quia finem
habere futura supplicia suspicantur. De talibus beatus gregorius
in xxxiiii libro moralium sic ait. Sunt enim quidam. qui idcirco
peccatis suis imponere finem negligunt. quia habere quandoque
finem futura super se iudicia suspicantur. quibus breuiter
respondemus. Si quandoque finienda sunt supplicia reproborum
quandoque ergo finienda sunt gaudia beatorum. Per semetipsam
Mt xxv. enim veritas dicit. Ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem
in vitam eternam. Si igitur non est verum hoc quod minatur.
neque illud verum est quod promisit. At inquiunt. Ideo eternam
penam peccantibus minatus est. ut eos a peccatorum perpetra-
cione compesceret. quia creature sue eterna supplicia mi-
nari debuit non inferre. Quibus citius respondemus.
Si falsa minatus est. ut ab iniusticia corrigeret. ergo
falsa est pollicitus ut ad iusticiam prouocaret. Quomodo
promissionibus suis reproborum supplicia finiri asserunt
asseracione sua ergo electorum premia remuneraciones que
confundunt. Quibus hanc eorum vesaniam tollet. qui conatur.

asstruere verum non esse quod veritas de eterno igne minata est. et dum satagunt deum prohibere misericordem. non verentur predicare fallacem. At inquiunt Sine fine non debet puniri culpa. que cum fine perpetrata est. Iustus nimirum est omnipotens deus. et quod non eterno peccato commissum est eterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicerent. si iustus iudex districtus quando veniens non corda hominum sed facta pensaret. Iniqui enim cum fine deliquerunt. quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere. ut sine fine possent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare quam vivere. et ideo hic semper vivere cupiunt. ut numquam desinant peccare cum vivunt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet ut numquam careant supplicio. quorum mens in hac vita numquam voluit carere peccato. et nullus detur iniquo terminus ultionis. quia quamdiu valuit noluit habere terminum criminis. Omnipotens enim deus quia pius est. miserorum cruciatibus non pascitur quia autem iustus est. ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. hec Gregorius. De eterno ergo supplicio reprobis preparato. et quod pena inferni non habeat finem beatus Bernhardus commemorat in tractatu de miseria hominis ita dicens. Quis putas tunc meror erit. quis luctus. que tristitia. cum iniusti separabuntur a consortio sanctorum. a visione dei. et tradentur in potestatem dyaboli et ibunt cum eo in ignem eternum. Ibi erunt sine fine in luctu et gemitu. procul quippe exulati a beata patria paradisi. cruciabuntur in gehenna perpetua numquam requiem adepturi. numquam lucem visuri. sed per milia milium annorum in inferno cruciandi. nec tamen umquam inde liberandi. Ubi nec qui torquet aliquando fatigatur. nec qui torquetur aliquando moritur. Sic enim ignis ibi consumit ut semper reservet. Sic tormenta aguntur ut semper renoventur. Iuxta vero qualitatem culpe unusquisque ergo penam sustinebit gehenne. et similis culpe rei simul cum similibus iungentur cruciandi. Nichil aliud ibi auditur. nisi fletus. luctus. gemitus et ullulatus. planctus merores et stridores dentium. Nichil ergo ibi videtur. nisi

Vermis et laruales facies tortorum· atque teterrima monstra demoniorum. Unde versus· Vermes crudeles mordebunt intima cordis· hinc dolor inde pauor· gemitus stupor· et dolor horrens· Ardebunt quoque miseri in igne eterno in eternum et vltra In carne cruciabuntur per ignem· in spiritu per conscientie vermem· Ibi erit dolor intollerabilis· fetor inopabilis· timor horribilis· mors corporis et anime· sine spe venie et misericordie· Sic tamen moriuntur vt semper viuant et sic viuunt vt semper moriantur· Ita ipsa anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciabitur· aut in paradiso pro bonis operibus collocabitur· Unum ergo alterum e duobus eligamus· aut semper cruciari cum impijs· aut imperpetuum letari cum sanctis· Bonum siquidem et malum mors et vita ante nos sunt posita· Vt ad quod voluerimus manus extendamus· et si tormenta non terrent saltem premia inuitent· hec bernhardus· Deinde videndum est de gloria beatorum quam ipsi post resurrectionem possidebunt· De qua primo notandum· prout dicit Thomas de aquino· quod beatitudinem sanctorum post resurrectionem augeri quidem extensiue manifestum est· quia beatitudo tunc erit non solum in anima sed etiam in corpore· et etiam ipsius anime beatitudo extensiue augebitur· inquantum anima non solum gaudebit de bono proprio· sed etiam de bono corporis· Corpus namque quod corrumpitur in presenti vita aggrauat animam· Si vero a corpore remoueatur· omne illud per quod actioni anime resistit· simpliciter erit anima perfectior in tali corpore existens quam per se separata· Quanto autem aliquid est perfectius in esse· tanto potest perfectius operari· Unde et operacio anime coniuncte tali corpori erit perfectior quam operatio anime separate· huiusmodi autem corpus est corpus gloriosum· quod omnino subdetur spiritui· Unde perfectior erit beatitudo anime post resurrectionem corporis quam ante· Sicut enim anima separata a corpore corruptibili perfectius potest operari quam ei coniuncta· ita postquam fuerit coniuncta corpori glorioso· perfectior erit eius operatio quam quando erat separata· Omne autem imperfectum appetit suam perfectionem· et ideo anima separata naturaliter

appetit corporis commutacionem. et propter hunc appetitum ex in-
perfectione procedentem eius operacio qua in deum fertur. est
minus intensa. et hoc est quod dicit Jeronimus quod ex appetitu cor-
poris retardatur ne tota intencione pergat in illud summum
bonum. hec Thomas. Unde considerandum quod anima post resur-
rectionem generalem resumpto corpore iam glorificato li-
berabitur ab hac imperfectione. quia tunc absoluetur a deside-
rio naturalis affectionis quem nunc gerit erga corpus per
gloriam resurrectionis. et ideo sine omni obstaculo alicuius
impedimenti. eternaliter tunc feretur in amorem dei. et ine-
briabitur plenissime ebrietate diuine caritatis. nec umquam
a visione seu iocundissimo amplexu sui conditoris in perpe-
tuum auelletur. De hoc beatus Bernhardus ita dicit. Redimus igitur
corporibus et resumptis in vita immortali inebriamur. in
ea plenitudine exuberantes post resurrectionem tamquam
carissimi. et merito inebriantur. qui ad nupcias agni
introduci merentur. edentes et bibentes super mensam illius
in regno sapiencie. quando sibi exhibet gloriosam ecclesiam. tunc pror-
sus inebriat carissimos suos. tunc de torrente voluptatis
sue potat eos quoniam in complexu illo artissimo sponsi et
sponse fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Ut delecte-
tur in leticia mentium. De ista superhabundancia diuine ca-
ritatis idem beatus Bernhardus in libro de diligendo deum interesse sic
dicitur. O amor sanctus et castus. o dulcis et suauis affec-
tus caritatis. O pura et defecata intencio voluntatis. et
eo certe defecacior et purior. quo in ea de proprio nil iam ad mix-
tum relinquitur. eo suauior et dulcior. quo totum diui-
num est quod sentitur. Sic affici deificari est. quomodo stilla aque
modica infusa vino puro. a se deficere tota videtur. et sa-
porem vini induit et colorem. et quomodo ferrum candens
ignitum simile igni fit. pristina quoque forma exutum.
et quomodo solis luce aer perfusus in eandem transformatur
luminis claritatem adeo ~~et~~ ut iam non illuminatus quam ipsum
lumen esse videatur. sic omnem tunc in sanctis humanam af-
fectionem quodam ineffabili modo. necesse erit a semetipsa
liquescere. atque in diuinam penitus transformari voluntatem.

Alioquin quomodo erit deus omnia in omnibus. si in homine
aliquid de homine superest. manet quidem substantia
sed in alia forma. alia gloria. alia potentia. et quando erit
quando veniam et apparebo ante faciem domini. hec hug. Et sciendum
quod omnipotens deus in celesti patria electos suos dotabit di-
versis dotibus tam in anima quam etiam in corpore. Dotes vero
anime quibus gaudebunt sunt tres. scilicet cognitio dilectio
inhesio sive tentio. que a quibusdam appellatur apprehensio.
a quibusdam vero fruitio. harum dotium numerus multipliciter
accipitur. Primo ex parte virtutum theologicarum. quia cog-
nitio succedit fidei. dilectio caritati. comprehensio autem
spei. Accipitur aliomodo ex parte potentiarum anime. Cog-
nitio autem potest appropriari intelligentie. dilectio volun-
tati. comprehensio memorie. Possunt etiam predicte dotes
accipi secundum tria. que tribus personis appropriantur. ita ut
comprehensio respiciat potentiam patris. cognitio vero sa-
pientiam filii. et dilectio bonitatem spiritus sancti. ¶ Prima
igitur dos anime est cognitio. qua divina essentia
videbitur ab omnibus tota. sed non totaliter. id est perfecte ut est in-
finita. Videbitur tamen essentia divina limpidius ab
uno quam ab alio. et iste defectus erit ex parte videntis.
non visi quia idem erit visum. ¶ Secunda dos anime est dilec-
tio. Sed inter dilectionem virtutem et dilectionem dotem. differen-
tia est duplex. Una est secundum habitum. quia virtus est id
proprie quod transit de statu gratie in statum glorie. Dos autem
est quod supra meritum datur in traductione sponse. Alia
differentia est penes obiectum. quia deus erit obiec-
tum virtutis inquantum est summa bonitas. obiectum autem
dotis inquantum unibilis in unum spiritum. Et notandum quod
fides et spes secundum rem evacuabitur in patria. Caritas
vero nec secundum rem. nec secundum actum eius evacuabitur.
sed solummodo secundum modum. quia imperfectio illius tolletur.
et ideo augebitur in patria. ¶ Tertia dos anime est compre-
hensio. que est tentio visi et amati. vel est tentio veri
et boni primi. et istud verum est. prout comprehendere
sumitur pro attingere et non pro circumplecti divina immensitate.

Post dotes anime ect videndu est de dotibus corpis. Et
sciendu q dotes corpis sut quatuor. quarum nes sic ha-
bet. Nam ad hoc q corpus pfecte sit subiectu anime
nec eam impediat in opibus glorie quatuor requirut.
quorum duo ptinet ad sensum. alia duo ptinet ad mo-
tum. Quo ad sensum duo requirut. Unu ut sit facile
receptibile specierum sensibiliu. ad quod disponit clari-
tas. Alterum ut no sit receptibile passionu ignobiliu
ad quod disponit ipassibilitas. Quo ad motu ect
duo requirut. Unu est ut p cotraria inclinacione
non resistat suo motori. ad quod disponit agilitas
Alid est ut corpa p que movet non resistat ei. ad qd
disponit subtilitas. Item sumut iste due dotes scdm
quatuor defectus quos habet corpus humanu. a quatuor
elemetis a quib componit. habet eni corpus huanu ab
igne caliditate et inde nigredine. A terra grossicie. ab aere
passibilitate. ab aqua frigiditate et inde tarditate. sed
ista tollunt p quatuor dotes corpis. Unde post resurrec-
tione generalem btorum corpora quatuor prerogativis sive
dignitatib seu dotibus gloriabut. s. claritate inpassi-
bilitate. agilitate et subtilitate. De prima dignitate
sive dote. vz. claritate p ecclesiastici dr. Fulgebut iusti sicut
sol. De scda dote. s. inpassibilitate dicit in apok. Iam
non erit amplius. neq luctus neq clamor. sed nec
ullus dolor. de hac ect dote btus Aug sic dt. Intantu
corpa nra glorificata erut inpassibilia. ut si ponerent
in inferno nullatenus paterent. De tercia dote salz agilitate
idem btus Aug sic dt. Corpora glorificata erut tam
agilia. ut ubi esse voluerint. sine mora sine quovis
obstaculo statim erut. quia ubi volet spus. ibi ptinus
erit corpus. De qrta dote. s. de subtilitate. iterum dicit
btus Aug. Corpora glorificata erut. tam subtilia ut
non obstantib quibuscumq obstaculis trnseut ubi vo-
lut. Unde dns resurgens a mortuis. ex vtute corpis glo-
rificati surrexit de sepulchro clauso ad huc p lapidem
magnu que angelus revoluit facta resurrectione.

et sedebat sup eum. Et ad discipulos clausis ianuis
obstaculis in cenaculum. hanc glorificationem corporum
operabit xps in fidelibus et electis suis post resurrectio
nem generalem. Unde dicit apostolus. Salvatorem expectamus
dominum nostrum ihm xpm. qui reformabit corpus humili
tatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Dicit ecc
de hoc btus greg. Erunt electorum corpora claritati do
minici corporis configurata. que et si equalitatem glorie
eius non habent p naturam. similitudinem tamen configura
tionis eius habebunt p gratiam. hec greg. Ubi nondum
quod post resurrectionem generalem et glorificationem corporum
in celesti patria sancti et electi dei ipam divinitatem
non videbunt p oculos corporales quamvis ecc glorificatos
sed p spiritum hoc est animam. De hoc btus aug in libro
de civitate dei sic ait. Considerandum est enim quantus
vir dicebat. ex parte scimus et ex parte prophetamus. et vide
mus nunc p speculum in enigmate. tunc autem facie ad fa
ciem. premium itaque fidei nobis visio ista servatur.
facies autem dei manifestatio eius intelligenda est
non aliquod tale membrum. quale nos habemus in corpore
Unde illud quod ait apostolus. facie ad faciem. non volt ut deum
p hanc speciem corporalem ubi sunt oculi corporales nos
visuros esse credamus. quem spiritu sine intermissione vide
bimus. Nisi enim esset interioris hominis facies. non diceret
idem apostolus. Nos autem revelata facie gloriam domini
speculantes in eandem ymaginem transformamur. de
gloria in gloriam tamquam a domini spiritu. et in ps canitur.
Accedite ad eum et illuminamini. et facies vre non confun
dentur. Fide quippe ad deum acceditur. quam cordis esse
constat non corporis. In futura enim vita deus erit
nobis ita notus atque conspicuus. ut videatur spiritu
a singulis nobis. hec aug. Sed omps deus ubique
et in omnibus volens providere saluti nostre. unigeni
tum filium suum in hunc mundum misit. et carnem assumere
voluit. ut p passionem et suam mortem. non solum ab eterna
dampnatione nos redimeret. sed ecc ut in celesti patria.

post corporum glorificationem a sensu nostre carnis videretur in
sua humanitate et a sensu mentis, hoc est per spiritum sive
animam videretur in divinitate et sic totum hominem nostrum inteiri-
orem videlicet et exteriorem reficeret eterna sua suavitate ac beati-
ficaret. De hoc habetur in tractatu de spiritu et anima. Ubi
sic dicitur. Duo siquidem sensus sunt in homine. Unus interi-
or et alter exterior. et uterque bonum suum habet in quo reficiatur.
Sensus interior reficitur in contemplatione deitatis. Sensus
exterior in contemplatione humanitatis. Propterea enim deus
homo factus est ut hominem totum in se beatificaret, ut
tota conversio hominis esset ad ipsum. et tota dilectio esset in illo
cum a sensu carnis videretur per carnem. et a sensu mentis
per deitatis contemplationem. hoc erat totum bonum hominis
sive ingrederetur sive egrederetur foras. ut pascua in suo
creatore inveniret. Pascua foris in carne salvatoris
pascua interius in deitate creatoris. hec in libro de spiritu et
anima. Sed et hoc nondum. quod sancta trinitas qui unus
est deus a nemine in hac vita positus comprehendi potest
In celesti vero patria ab electis et sanctis aperte videbitur
ac etiam cognoscetur. De hoc beatus Augustinus alloquendo dominum in
quodam tractatu qui dicitur speculum sic ait. Quis in hac
vita positus vel cristallino pectore sufficiat penetrare
tuum ipsius trinitatis interna misteria. Quomodo pater et filius et
spiritus sanctus tres persone estis et una natura. Quomodo tu pater
diceris ingenitus. filius genitus. spiritus sanctus nec ingeni-
tus nec genitus sed procedens dicitur. Quomodo filius de te patre
natus est. spiritus sanctus de te procedit et filio. Quomodo filius
nascendo non procedit. spiritus sanctus procedendo non nascitur
Quomodo filius non de se sed de te est. nec tamen tibi est pos-
terior de quo est. Quomodo spiritus sanctus de te procedit et fi-
lio. nec tamen a vobis prescindit a quibus procedit. Quomodo
tria unum estis et unum tria. Quomodo invicem relative tria
estis essencialiter unum. Quomodo trinus et unus deus ubique es
et non particulariter ubique est. sed ubique totus. ubique presens
sine situ et motu et loco. Quis ita ~~ita~~ rogo consideret
quis hec comprehendat quantalibet probitate vel sciencia preditus.

hoc tamē in spe promissionis repositū est. quia vide
bim⁹ te dn̄e. et tanto vnusquisqꝫ ꝑspicacius. q̄nto
hic vixerit purius. Quia mundi corde teste scriptura
deum videbūt. aperte namqꝫ videbim⁹ acuta mentis
iam detersa caligine q̄no filius qui oriendo est tibi o
pater. de quo orit̄ subsequēs non est. et q̄no spirit⁹
amboꝝ qui ꝑ ꝓcessionem ꝓducit̄. a nobis ꝑ ferentib⁹
non ꝑitur. Quō et vnū d inuisibilit̄ tria et tria indiui
sibilit̄ estis vnus. Visa em̄ claritas ad patestam nobis
tue maiestatis spēm purum amantis mtuitū ment̄
rapiens sublenabit. Que nunc ꝑ visio nūc fide incho
atur. sed tūc in specie ꝑficiet̄. Non em̄ ibi vllis indi
gebim⁹ misterijs. cum facie ad faciem videbimus te.
Quia nos tūc latere non poterit. q̄n tu deus mr vita
vincētiū te nobis clara visione insinuabis hec Aug⁹.
¶ Considerandū est. q̄ in illa celesti patria vnusq̄sqꝫ
mercedem ꝓpriam accipiet. scd̄m suum laborem ac
meritū. quia q̄nto quis in p̄nti vita fuerit v̄tuosior
et in caritate dei ꝑfectior. tanto eius gloria in eterna
retribucōne erit copiosior. De hoc btūs gg⁹. in iiij⁰ li⁰
morꝫ. sup illud Iob. paruus et magnus ibi sūt sic ait.
Quia in hac vita nobis est discrecio operum. erit in illa
procul dubio discrecio dignitatū. vt quo hic alius aliū
retribucōne tūscendat. Vnde in ewangelio veritas dicit.
In domo patris mei mansiones multe sūt. Sed in eis
multis mansionibus. erit ipsa retribucōnū diuersitas
concors. quia tanta vis in illa pace nos sociat. vt q̄d
in se quisqꝫ non accepit. hoc se accepisse in alio exultet
Erit em̄ cunctis btitudo leticie. q̄muis non vna sit oīb⁹
sublimitas vite. hec gg⁹. ¶ Circa q̄d nōndū. q̄ tres s̄t
status sublimes hoīm. quibus aureola debet̄. Aureola
aūt est mentis speciale gaudiū. veniēs ex ope p̄celle
ti et priuilegiato. Tribus ergo generib⁹ hoīm vt p̄dic
tū est debet̄ aureola. videlꝫ. martirib⁹. virginibus et
p̄dicatorib⁹. quod patet multiplici racione. Primo
ex opibus excellentissimis triū virium aīe. Excellētissi᷒

aut opus racionabilis est predicacio veritatis. Excel
lentissimum opus concupiscibilis est obseruacio casti
tatis virginalis. Excellentissimum opus irascibilis est
passio mortis. Unde patet quod predicatoribus et martiri
bus et virginibus debetur aureola. Secundo patet horum
numerus ex hostibus quos per pugnas magnificas
vincunt. qui sunt mundus. caro. demonia. Martires ei
vincunt mundum. virgines carnem. predicatores dyabolum
Tercio patet per victoriam triplicium passionum. Sunt enim
passiones innate. illate. et in cordibus alienis. Sed pas
siones innatas superant virgines. Illatas vero martires
Illas autem que sunt in alienis cordibus vincunt predicatores
Ex istis igitur colligere possumus quod tres sunt gradus excel
lentis perfectionis sanctorum quibus debetur aureola et su
muntur secundum effectum gratie causantem meritum excellen
tis premij glorie penes summe arduum trium virium anime
vt premissum est. que sunt racionabilis. irascibilis
et concupiscibilis. Meritum namque premij excellentis
quantum ad summe arduum virtutis concupiscibilis est virgina
lis continencia. cui debetur aureola virginum. propter singularem
victoriam quam de carne obtinent. contra quam continue
bellum gerunt. Quamuis etiam vidue vel continentes post pec
catum pugnent contra carnem. perfectius tamen virgines
triumphant. quia nobilissimum genus victorie est nunquam
cessisse hosti. Meritum vero quantum ad summe arduum
virtutis racionabilis est predicatoris doctrina. cui debetur
aureola predicatorum. quia perfectissima victoria contra dya
bolum obtinetur. qui non solum aliquis dyabolo repug
nancia non cedit. sed etiam eum de regno illius expellit
non a se solum. sed etiam ab alijs. Meritum vero quantum
ad summe arduum virtutis irascibilis est pro christo passio
num et mortis tollerancia cui debetur aureola martirum
que est summa. Anima secundum Gregorium ad magnam claritatem que
in regno christi aspiratur per effusionem sanguinis peruenitur
Nam inter omnes passiones illatas exterius. principue
mors tenet locum. Non solum autem hij sancti qui hab

prerogativas a dn̄o consecuti sūt. vel ex eo. omēs bt̄i
et electi cuiuscumqȝ status sint. qui post resurrectōnem
et finale iudiciū ad celestem gl'iam assumentur gaude
bunt inenarrabili iocūditate in eternū. Gaudebūt infra
sup̄ se de dei visione. infra se de celi et aliar̄ creatur̄
corporabiliū pulchritudīe. intra se de corporis et anime
glorificatōne. extra se de angelor̄ et hoīm societate.
De hac eterna felicitate. btūs aug' sic dicit. O vita vitalis.
dulcis et amabilis. ubi sūma securitas. secura tranquil
litas. trāquilla iocūditas. iocūda felicitas. felix eternitas
eterna btūdo et btā vita sine fine. et visio atqȝ laudatio
dei. Ibi affluencia diuiciar̄. influencia deliciar̄. cōfluencia
oīm bonor̄. hec aug'. Ad has delicias tam felices et ad
refectionē tam desiderabilem. quā deus preparauit suis
electis beatus est qui peruenerit. quia ibi xp̄s dei fili'
eternas epulas illis ministrabit. De hac mirifica refectōe
btūs bnh'. sic ait. O inuitacio amicabilis. o refeccio desi
derabilis. o inebriacio exoptabilis. ubi dapifer est dei
filius. pincerna sp̄us sctūs. ubi inhabitatōe scā mr
et virgo intemerata transit et ministrat discūbentibus
hec bnh'. De p̄mio eciā ac felicitate eterne patrie. idem
btūs bnh' in tractatu de miseria hoīs sic dicit. p̄mium
est videre deum. viuere cum deo. viuere de deo. esse cum
deo. esse in deo. qui erit omnia in omnibus. habere deum
qui est summū bonū. et ubi est summū bonū. ibi est su
ma felicitas. sūma iocūditas. vera libertas. perfecta
caritas. eterna securitas. et secura eternitas. Ibi est vera
leticia. plena sciencia. et omnis pulchritudo et btītudo
vita perhennis. requies et cōcordia dulcis. Sic cum deo
beatus erit. in cui' consciā p̄ctm inuentū non fuerit
Videbit enī eum ad voluntatē. habebit ad voluptatē.
fruetur ad iocūditatē. in eternitate vigebit. in veritate
fulgebit. in bonitate gaudebit. Sicut habebit p̄ma-
nēdi eternitatē. sic cognoscendi facultatē. et requiescendi
securitatē. Ciuis siquidem erit illi' sancte ciuitatis.
cuius angeli sūt ciues. O ciuitas celestis mansio. secura

patria totum continens quod delectat. perpetuus sine murmure
incole quieti homines nullam indigenciam habentes. O quam
gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Sicut letancium omnium
habitacio est in te. Omnes letantur in deo. Tuus aspectus pul-
cher et facies decora eloquium dulce. Delectabilis est ad
videndum. suavis ad habendum. dulcis ad perfruendum.
Ipse per se placet et per se sufficit ad meritum. sufficit ad premium
nec extra illum quidquam aliud queritur quia totum in illo
invenitur quidquid desideratur. Semper libet illum aspicere
semper habere. semper in illo delectari et in illo perfrui. In illo
clarificatur intellectus. et purificatur affectus ad cognoscen-
dam et ad diligendam veritatem. et hoc est totum bo-
num hominis nosse videlicet et amare creatorem suum. Vacabi-
mus enim et videbimus quam dulcis est dominus. et quam magna multitu-
do dulcedinis eius. Cognoscemus patris potenciam. filii
sapienciam. spiritus sancti benignissimam clemenciam. et ita ha-
bemus illius summe trinitatis noticiam. hec erit summa
illius felicitatis. quando intelligetur in suo puro esse sincera
divinitas. comprehendetur incomprehensibilis trinitas. pate-
bunt archana divinitatis. videbitur et amabitur deus. et
hec visio et dileccio totum cor hominis implens et sacians.
totum erit illius beatitudinis consummacio. Unde erit omnium
lingua iubilacio indefessa. Unus affectus amor eternus
Patebit veritas implebit caritas. et erit integra corporis
et anime societas. Fulgebit sicut sol humanitas glorifica-
ta. quia erit concors carnis et spiritus caritas. Angelorum
et hominum unum erit gaudium. unum colloquium unum convivium
Non languebit amor. non liquefiet dileccio. presentibus omni-
bus bonis nulla erit dilacionis afflictio. quia beatificata di-
vine maiestatis presencia omnibus erit omnia. In torrente
illius voluptatis. nichil appetet ultra cumulata sa-
cietas. Ubi eterna erit felicitas supereminens gloria superha-
bundans leticia. hec bernhardus. Cum igitur homines sint perven-
turi ad celestem patriam. et similes effecturi angelis
dei. congruum est ut de amore illorum quo eternaliter feruntur
in deum. aliquid videamus. et quomodo eis similes actus caritatis

nequaqm nos exerce in hac vita possim⁹. tamē imitāū
eos aliqualit. qntū nra fragilitas pmittit in dei amo
re studeam⁹. De hoc pmo sciendū. q amorē diuinū an
gelorū intelligē oportz immatialit. qui est sup men
tem et desideriū indeclinabile in aliud et irremissibi
le a pprio feruore contēplacois diuine. et p excessū ois
substancie in solos sponsi amplexus tendenc. et
nulla anxietate afflicti. vt accidit in desideriis carna
liū desideriorū vel voluptatū. q nat appetit⁹ plenus
est anxietate et penitēcia. pp̄ter quod ipi angeli pure
et singularit deum desiderant. et nichil est. quod eos
possit ab eius amore reuocare vel retardare. Et quia
deus semp est vniformis. equalit bonus et pulch'
et quia ipē in se habet simplicissime omnem spem
desiderabilem vt sapiam. bonitatē. pulchritudine
eternitatē. omnipotēciā. et scdm omnia hec est tot⁹ desi
siderabilis. Ideo plenarie intime et irreuocabilit in se
trahit. oīm suorū comphensorum desideria omnia. Vn
angeli ex racois habundancia. scientes id quod appetūt
sup omnia esse desiderabile. Ideirco amore puro. et nō
in aliud tendente. in illud summū bonū intendūt ita
fortit. et inauertibilit. q ista intencio a nulla potē
cia interrumpi potest. vel impediri ¶ Et nondū q in sa
cra scriptā nō inueniunt gradus amoris angelici di
stincte esse traditos. nisi de seraphim. De quorū amore
dyonisius caplo vii°. angelice Ierarchie ponit qnqz
gradus sine pprietates ita. d. mobile semp eorū circa
diuina. et incessabile et calidum et acutū. et super
feruidum et c. Vbi dicit glo. Interpretacō at hui⁹ nois
Seraphim. scilz incendētes vel calefacientes. iuxta natu
les pprietates ignis qui incendit et calefacit nobis
signt sempitnā mobilitatē subaīp illius circa diuina
et incessabilitatē et caliditatē et acutū. et excedentē
feruorem sempitne mocionis eorum in deum. que
attentissima est et irremissibilis. et in aliud desidera
bile nunqm declinās. hec verba sūt occultissima

Ideo linconiensis commentator exponens ea sic dicit. Ad hos
enim deiformes habitus tam excelsos et a nostra infirmitate
longinquos. et visui nostro tam absconditos exponendos
omnino minores sumus. Verisimile est enim hoc esse de archa
nis verbis. que paulus in raptu suo audivit. que licet
non licet homini loqui. hoc tamen dyonisio qui specia
lissimo discipulo et qui celesti consiliario locutus est. que iste
ut estimo non communicatur omnibus. sed puritate intelligen
cie. et divinis illuminacionibus et gratia privilegiatis. ac per
hoc ut supra hominem elevatis decreverit communicare. hec
linconiensis. Prima igitur proprietas vel gradus sera
phici amoris secundum dyonisium est semper mobile. De quo
commentator linconiensis et hugo commentator ibidem
concordiler dicunt. quod auctor volens manifestare proprieta
tes amoris quo fervent seraphim. sicut ea signavit
per ignem. sic corporis deiformes habitus signavit per ignis
proprietates. Ignis namque proprietates sunt sempiterna
non interrupta mobilitas. caliditas acumen penetra
tivum acutum et super fervidum. Eandem igitur proprietatem
quam dicit motus amoris. ut estimo. signat actionem
id est amacionem non interruptam. nec finitam quiete
vel pausacione ab agendo. Nec enim alia esse potest
amoris spiritualis motio. nisi semper actualis celestibus sub
stanciis. non sicut in nobis quandoque quiescit aut finitur
sed sempiterne agit existens intenta ut non desistat aliquando
ab agendi motione. ac per hanc intentionem irremis
sibilis ab amandi intentione. et indeclinabilis seu
inflexibilis ab amando ordinate amatum. et indecli
nabile ad aliud aliquid inordinate amandum. De hoc
eciam glossa super eodem vii capitulo celestis Ierarchie sic dicit.
Quia igitur deus caritas est. et quoniam caritas ex deo est
homo autem et angelus ad ymaginem dei facti sunt
Et si ista dilectio defuerit. totius ymaginis species
figura que solvetur. Quoniam ergo deus caritas est. nichilque
est apud deum caritate preciosius. ea autem caritate
maxime viget primus ordo angelorum. unde et seraphim

idest ardentes appellant. Interpretacio igitur nominis Seraphin insinuat mobile semper corpus. idest. quia semper mouetur circa diuina. Nam iugiter flagrant et ardent ineffabili dulcedine diuini amoris. et circa dileccionis eius affectum estu quodam delectabili mouentur. Mobile ergo corpus vim vehementissimi amoris insinuat. Unde et ipsum nomen corporis de quo nunc sermo est Seraphin. idest. incendium dicitur. Nam et de ipso omnium auctore scriptum est. Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur. quia flammis amoris sui mentes quas replet incendit. Et Seraphin idcirco dicuntur incendium. quoniam hee potestates ei proxime supra ceteros inestimabilis dileccionis eius igne succense sunt. hec glossa ¶ Secunda proprietas vel gradus Seraphin amoris est incessabile vel infinibile. et hec proprietas amoris differt a prima. sicut dicit comentator lincolniensis et reddit racionem dicens. hec particula semper mobile tollit interrupcionem mocionis in amocione et hoc adiunctum incessabile et infinibile tollit terminacionem in duracione. Vel forte per hoc quod dicit auctor incessabile vel infinibile intendit exprimere hanc proprietatem amoris. ad similitudinem proprietatis ignis. videlicet quod sicut ignis non habet terminum in agendo. dum inuenit aucta materiam in qua potest accendi. sed semper crescit in maius. Sic amor et eius accio non habet terminum in agendo dum inuenit materiam auctam in qua possit transire. Deus autem infinitus est. quia infinite potencie. sapiencie bonitatis. iusticie misericordie. etc. de ipso dictis.

Igitur amor in ipsum transiens semper inuenit auctam materiam. in quantum naturaliter aptus natus est transire et ignis qui est amor aptus natus accendi. Amor igitur et amoris mocio in diuina. terminum non habet in agendo. Signatur ergo per mobile semper sempiternitas priuans interrupcionem et duracionis interminacionem. Per incessabile vero seu infinibile amor

et inmotacionis signatur augmentabilitas primas terminum
augmentacionis seu intensionis et magnitudinis
ut verus est consuetus sermo quo dicitur modus aman-
di deum est quod sit sine modo et mensura. Unde mo-
cio illorum spirituum summe divinitati appropinquancium in-
cessabilis dicitur et intenta et intima et inflexibilis
quia a se per amoris desiderium in deum tendens et mo-
bilis semper est ut numquam in se subsistat et intenta ut
in illum pergat et intima ut ad exteriora non ef-
fluat et inflexibilis ut ad aliud extra ipsum et preter
ipsum non divertat. Mobile namque ad inquisicionem
excitat incessabile vero ad perseveranciam confirmat. Hec
lincolniensis. Tercia proprietas vel gradus Seraphica
amoris est calidum. Nam tantas eorum frigescere nescit
quia tam valido amoris igne calent ut numquam in
eis hebitudo mentis locum habeat quia ipsi tam fer-
vent tamque subtiliter divinitatis amore inflam-
mati illuminaciones eius primum suscipiunt. De hoc
calido hugo sic dicit. Tercio etenim loco convenienter
ponitur calidum quia sicut mobile precedit ut
ad inquisicionem excitet et incessabile sequitur ut ad
perseveranciam confirmet. Ita calidum sequitur ut ad
sensum vivificet et acutum ut ad comprehendendum
penetret et ultimo superfervidum sequitur ut adhe-
sionem et amplexum quietum manifestet. Hec hu-
go. De proprietate seu ardore Seraphim etc. beatus gregorius
in omelia sic dicit. Seraphim vocantur illa sanctorum
spirituum agmina que ex singulari propinquitate con-
ditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim
namque ardentes vel incendentes vocantur que quia
ita deo coniuncta sunt ut inter hec et deum nulli alii
spiritus intersint tanto magis ardent quanto hunc vici-
nius vident. Quorum profecto flamma amor est quia
quo subtilius claritatem divinitatis aspiciunt eo va-
lidius in eius amore flammescunt. Hec gregorius. Et
quia celestis patrie spiritus in dei amore semper flagrat

Ideo incessanter gustant. quoniam suavis est dominus
Nam prout dicit Richardus. Amor est dulcedo sapo-
ris intimi. Unde quanto quis ardencius amat. tan-
to suavius gustat. et cingulum quo cingitur amor
est gaudium spei. quia ubi amor ibi spes. et ubi
spiritualis dilectio. ibi est gaudium. Et notandum quod
gaudium et desiderium beatorum spirituum est inces-
sabile et eternum. quorum eciam desiderium est sine labore
quia desiderium sacietas comitatur. et saciantur sine fas-
tidio. quia illa sacietas ex desiderio semper accenditur.
Est itaque eis delectabiliter impressa. sitis simul atque
sacietas longe abest a siti sacietas. longe a sacietate
fastidium. quia et sicientes saciantur. et saciati siciunt.
Quarta proprietas vel gradus Seraphici amoris
est acutum. quod exponens hugo commentator sic dicit
Acutum significat quendam impetum amoris. et veheme-
nciam ardentis desiderij. et penetrantis. ut ibi sit
ubi est ipsum quod amatur cum ipso et in ipso. ut
non solum ab illo calidum sit. sed transeat acutum
in ipsum. poterat enim calidum esse. et quasi delonge
calefieri. cui hoc satis esset amare. Sed non erat
iste amor perfectus nisi acutum faceret sibi. et transiret
omnia et penetraret. donec ad dilectum perveniret
ymo potius ad dilectum iret. Si enim in dilectum
non vadis. adhuc foris amas. nec acutum habere
diceris sed hebes et torpens divisus es manens ex-
tra et alius et unum cum illo non efficieris.
Amor autem unum te vult facere cum ipso. et idcirco
penetrat et appropinquat quantum potest ad unum ipsum
Unde propheta ait. Ubi erat impetus spiritus illuc gra-
diebantur. Impetus acutum est. acutum vero non
quiescat. donec intret et penetret. et dicat. tenui
eum nec dimittam. donec introducam eum in
domum matris mee. et in cubiculum genitricis
mee. Tunc enim ipse ad te ingreditur. quando
amoris illius cor tuum penetrat. et ad intimum

cordis tui. dilectio illius pertingit. Igitur tu ipsum ad
te introductum non solum in domum tuam. quia hoc
non est magnum magne dilectioni. nisi usque ad tala
mum perveniat. et cubiculum ingrediatur. et usque
ad interiora penetret. et in intimis tuis requiescat
Acutum ergo penetrat omnia. et impetum sequens
ardentis desiderii sui. nec dissimulare valens. donec
ad amatum perveniat. et eo ipso amplius ad huc
sitiens intrare ad ipsum. et esse cum ipso et tam proprie ut
si fieri possit hoc idem ipsum sit quod ipse. Nunquid
non acutum valde est. hec omnia penetrare. et ad in
tima intrare. nec repelli posse aliqua virtute. donec
perveniat ubi amat. Quis inquit apostolus separabit
nos a caritate Christi. persecutio an fames. an gla
dius. et cetera multa. que impedimento esse potuissent
si dilectioni obstitissent. Dilectio autem quia acutum
habuit teneri non potuit. sed pertransiuit. et pene
travit evadens libere. et currens ad desiderium suum
hec hugo. ¶ Quinta proprietas seu gradus Seraphica
amoris est superfervidum. quod lincolniensis exponens
primo ostendit. quid sit fervidum. et quid sit super fer
vidum. dicit ergo sic. Fervere dicuntur. que impresso
calore sursum supra se feruntur. et proprio pondere in se
recidunt. huius supra se elevationis. et in se relapsus
vicissitudinarie fervere dicuntur. Sancti itaque viri qui
ex accepta spiritus sancti gratia supra se efferuntur in deum
et ex proprio pondere recidunt in se ab actuali. supra se
elevatione hec vicissitudinantes possunt congrue dici
spiritu ferventes. et qui in hoc supereminent superfervidi
sunt. Sed questio oritur. Si angeli quorum amor defixus
in deum non tepescat aut remittitur. aut aliquando decli
nat ab ipso. quomodo dici possunt ferventes. et si ferven
tes dici non possunt. quomodo superfervidi dicuntur. Res
pondet lincolniensis. quod potest dici. quod sicut dei cognicio
in se est velut mane. et cognicio ipsius in creaturis
est velut vespe. Sic amor in se est elevacior. et

amor ipsius increatus est depressior. et in hoc
vtroq(ue) ipsius amore se se naturalit(er) ad inuicem con
sequente quasi quedam viassitudinatio feruor est
sp(irit)ualis cui(us) eminentia est esse in termino possibilis
sibi intensionis. Vel forte potest dici. q(uod) amor quo
deum angeli amplexant(ur). sup(er)feruidus est. qui in
tensus ad sum(m)um non lentescat. neq(ue) remittitur. sed
immobilit(er) prestat intensionis sue sum(m)itate(m). hec
lincolniens(is). Hugo vero co(m)mentator. exponens
p(re)dictum verbu(m). s(cilicet). sup(er)feruidum. dicit. Ammo
net nos hec res aliquod maius cogitare de sup(er)fer
uido q(ua)m de calido vel acuto. Nostis enim quonia(m)
id quod feruet. quadam caloris. et incendij sui vio
lencia iactatur extra se totalit(er) q(uasi) supra se. et facit
motione(m) magna(m) inuisibili estuacione. quod enim
prius acutum fuit in dilectio(n)e obsistencia om(n)ia pe
netra(n)s sup(er)feruidum fit iam bulliens in seipso stare
non valens. Acutum enim amoris est. cum om(n)ia t(ra)ns
cendendo despicit. Sup(er)feruidu(m) aut(em). cum etia(m) seipsu(m)
co(n)temp(ne)ndo relinquit. Nam ille qui hoc solum ap
petit quod amat. in illius compa(ra)cione eci(am). semet
ipsu(m) despicit qui amat. Neq(ue) enim vere illud solu(m)
appeteret. si vel seipsu(m) cum illo amaret. Non aut(em) hoc
facere potest. nisi magna et singularis dilecc(i)o. vt
pre amore illius q(uod) solum diligit(ur). ille eci(am) qui amat
quoda(m)mo(do) a seipso despiciat(ur). Fit ergo miro modo
vt dum p(er) dilectionis ignem in illum sustollit(ur). qui
est supra se p(er) vim amoris expellatur. et exeat a se
Quomo(do) ergo feruet. et quomo(do) bulit corde. qui post
p(er)ceptum sup(er)ni amoris ignem. dum in illum solum
qui sursum est appetendu(m) fertur cogitac(i)o(n)e et desi
derio extra se proicitur. et supra se eleuatur. nec
se cogitat. dum illum solum amat. hec hugo.
¶ Et notandu(m) prout dicit glo(sa). sup(er) eodem septio
capi(tu)lo celestis Ierarchie. q(uod) qua(n)to Seraphim vicinius
claritate(m) dei aspiciunt. tanto manifestius que in t(er)ra

tura fuit penetrabiliter vident. Aspicientes enim incircumscrip-
tum omnia continentem omnia in eius visione conspiciunt
Nam luce visionis intime mentis laxatur sinus. cum-
que in dei lumine rapitur super se in interioribus ampliatur
tantumque expanditur in deo ut angusta sit ei omnis crea-
tura. Non solum autem Seraphim. sed et quicumque sancti
in illa celesti patria omnipotentis dei claritatem vident.
nullomodo credendum est quia foris sit aliquid quod
ignorent. quia quilibet partem de luce creatoris aspexe-
rint. breve fit eis omne quod creatum est. Namque in
deo rapti. videre sine difficultate possunt. omne quod
infra deum est. Cum ergo facultas hec omnibus sit
deum timentibus Seraphim tamen eam specialiter ob-
tinent. sicut et omnes angelici spiritus amore creatoris commu-
niter ardent. et tamen propter incomparabilem caritatis
ardorem Seraphim ardentes dicuntur. quia ultra quam
dici vel estimari possit. divino ardent amore hec glossa.
Quod autem beati spiritus videntes deum penetrent et vide-
ant omnia que fiunt in creatura. Etiam beatus Hugo de hoc
sic dicit. Celestis itaque illius curie lapides vivi. ac
racionabiles. videlicet angelici spiritus. divinis interfuit
consiliis. et trinitatis misteria noverunt. audiuntque
verba ineffabilia. que non licent homini loqui. Quan-
to enim plus vident. tanto plus intelligunt. et quan-
to plus cognoscunt. tanto plus diligunt. Verum du-
plici coherent sibi lapides illi glutinio cognicionis
plene et perfecte dilectionis. Tanto siquidem maiore
dilectione ad se invicem copulantur. quanto ipsi dilectori
qui deus est viciniores assistunt. Sed nec ulla separa-
re eos ab invicem suspicio potest. Ubi nichil omnino
quod sit in altero alterum latere patitur. penetrans
omnia radiis veritatis. Quoniam qui adheret deo
unus est spiritus cum eo. Nichil dubium est. quin per-
fecte adherentes ei beati spiritus cum eo pariter. et in eo
penetrent universa. hec Hugo. Ubi etiam notandum
quod non solum hee proprietates quas describit dyonisius.

videlz mobile incessabile. calidum acutum et super
feruidum ptinent ad Seraphim. Verum etiam ad omnes
spiritus celestes. qui perfruuntur visione dei. quia
et ipsi mouentur sine cessacione et intermissione in a-
morem sui creatoris. et hoc acute et feruenter. non
tamen equali modo. quia digniores et magis pro-
pinquiores deo. prout sunt Seraphim. et ceteri or-
dines sublimiores angelorum. secundum suam dignitatem
et excellenciam quam a deo habent. feruencius secundum
plus et minus. et ardencius feruntur in sui conditoris
felicissimum amorem. hoc idem intelligendum est etiam
de omnibus sanctis et beatis. qui post resurreccionem
generalem. et glorificacionem corporum. ad eternam
gloriam sunt peruenturi. Nam et ipsi secundum plus et
minus prout in presenti vita fuerunt virtuosiores
et in caritate dei feruenciores mouebuntur et ferentur
incessanter et sine intermissione. absque omni ob-
staculo et impedimento eternaliter in amorem dei
ac cum angelicis spiritibus. eternam illam felici-
tatem possidebunt. Sic igitur habemus de gradibus
et proprietate Seraphica amoris. prout per doctores
dici potuit. Et quamuis multa de gaudio celestis
patrie in sacra scriptura habeantur. et per doctores sanc-
tos in diuersis libris ac tractatibus ponantur. nullo
modo tamen illa ineffabilia bona prout beata
sunt aliquo sermone explicari possunt. Nec etiam
minimum gaudium quod beate anime in celesti regno
possident. aliquis in presenti vita positus intelligere
potest. quanto minus verbis enarrare. Unde beatus
Augustinus desiderans scire gloriam beatarum animarum
de hoc volebat scribere epistolam beato Jeronimo qui
iam fuerat egressus de corpore. et celestibus gau-
diis sociatus. quid de hac materia sentiret. ab eodem
sancto viro. videlz beato Jeronimo in visione mirifi-
ca habuit informacionem super hoc et responsum
De hac visione et responso idem beatus Augustinus

in epistola ad Cirillum sic dicit. Dum ypone in cella mea
quiescerem aliud cogitans. qualis in esset animabus
beatorum qui cum xpo gaudent. glorie et leticie quanti-
tas. cupiens inde ex hac materia breuem componere
tractatum. carta calamo pugillari quoque in manibus
susceptis breuem vellem scribere epistolam sanctissimo
Jeronimo destinandam. Vt quicquid ex hoc sentiret res-
ponderet. Sciebam enim in tam difficili questione a
nullo alio viuencium me posse euidencius edoceri. Cum
quoque iam scribens salutacionis exordium Jeronimo in-
effabile lumen subito nostris inuisum temporibus nostris
quoque linguis minime declarandum cum ineffabili inaudita
quoque odorum omnium fragrancia. cellulam in qua stabam
intrauit iam hora completorii. Inter hec autem meis
in me perstrepentibus cogitacionibus. quid hoc esset
de luce hec dicens verba vox emicuit. Augustine Au-
gustine Augustine quid queris. Putasne breui immit-
tere vasculo mare totum. breui includere pugillo ter-
rarum orbem. celum firmare. ne vsitatos exerceat cur-
sus. Que oculus nullius hominum videre potuit. tuus
videbit. Que auris nulla per sonum hausit. audiet tua
Que nec cor humanum nullatenus intellexit. nec etiam co-
gitauit existimas te posse intelligere. Infinite rei quis
erit finis. infinita qua mensura metieris. Potius to-
tum mare in artissimo potius clauderes vasculo. po-
tius terrarum orbem paruulus teneret pugillus. po-
tius a motu continuo celum desisteret. quam gaudiorum
et glorie. quibus beatorum anime sine fine potiuntur
minorem intelligeres particulam. nisi vt ego experi-
encia doceris. Disaurre adhuc breue temporis spacium
impossibilia facere ne coneris. Donec impleatur tuus
vite cursus. hic non queras que non alibi nisi quo
tam feliciter properas inueniri possunt. hic sic age
talia exercere opera. vt postmodum ibi. que hic ali-
qualiter cupis. totaliter in eternum habeas. inde qui in-
trant nullatenus exeunt. Hec verba Jeronimi ad

Augustini. Beatus etiam Bernhardus enumeratis qui
busdam gaudiis celestis patrie. Ultimo concludit. neque
quemquam posse illa in cor hominis ascendere ita dicens. Omnes
habitatores celestis ierusalem letissimi et iocundi. quia leticia
sempiterna super capita eorum. gaudium et exultacionem
obtinebunt. Non erit ibi mors neque luctus neque fle
tus. neque dolor. neque languor. sed nec senium. nec terror
hostium. sed una vox letancium et unus ardor cordium.
O quam securi. quia sedent omnes in pulchritudine pa
cis. et in tabernaculis fiducie. et requie opulenta.
O opulencia nimis multa et eternitas. ubi quidquid de
lectat ad votum adest. quidquid contristat procul ab
est. Ibi sonant iugiter organa sanctorum. Ibi dulcis
simphonia resonat musicorum. Ibi angeli et ar
changeli ympnum deo decantant. ante thronum dei.
Ipse enim deus populo suo est ibi sertum exultacio
nis et corona leticie. Ipse eorum merces. Ipse pastor
et pascua. Ibi pascuntur nec fastidiunt. Fruuntur
nec deficiunt. sed semper frui magis ac magis siciunt
Est enim eis ipse omnis iocunditas. omnis suavitas.
omnis ubertas. et ut breviter dicamus est eis omnia
in omnibus. O quam dulcia coram eo resonant can
tica canticorum. Auditur hincinde. magnus dominus
et laudabilis nimis. et dicamus brevius. Non est
ibi locus ubi non cantetur canticum leticie. et per
omnes vicos eius ab universis dicitur laus. et
honor. et gloria. et benediccio. et omnis graciarum
accio deo nostro in secula seculorum Amen. Hec
vidimus et loquimur utcumque. quia velut in parabo
lis. Sed ea que in veritate sunt. nec oculi videre.
nec aures audire. nec umquam in corda hominum as
cendere potuerunt. Hec Bernhardus. Hec igitur celestis
patrie bona per fidem et caritatem dei. ac cetera vir
tuosa opera acquiri possunt. sed quanta sint estima
ri non possunt. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Ex
tendat anima cupiditatem suam et sinum capaciore

queratur comprehendere. quod oculus non vidit. nec in
cor hominis ascendit. Desiderari potest. suspirari in
illud potest. cogitari digne et verbis explicari digne
non potest. Quidquid vis cogita. quidquid vis exopta.
si esset comprehensibile. desineret esse laudabile. Et quid
dicimus fide non attingitur. spe non comprehenditur.
caritate non capitur. desideria et vota transgreditur
acquiri potest. estimari non potest. Ibi satiaberis cum
perveneris. hic te oportet esurire cum peregrinaris.
Et qui modo non gemit peregrinus. non gaudebit
civis domesticus. O qualis patria. et miseri sunt
peregrinantes ab illa. Suspiremus et suspirio ge
mamus. ut ubertate eius domus inebriati. illam
saltem cordis desiderio attingamus. Quomodo po
terit lingua sonari. cetera mente cogitentur. Hec
Augustinus. Ex istis igitur verbis sanctorum doctorum
colligere possumus. quod gaudium eterne felicitatis nulla
humana racio comprehendere potest. quanto minus ser
mone quis poterit explicare. Ad illa ergo festa celestis
patrie. omni studio ac diligencia. per vite sanctimo
niam unusquisque prout valet. domino cooperante de
bet se preparare. Nam secundum dictum beati Fulgencii
arbores sumus in agro dominico. hoc est in sancta
religione constituti. Deus autem est noster agricola
In qua videlicet religione. et si non possunt omnes
arbores. scilicet omnes fratres seu religiosi equales
fructus afferre. nulla tamen debet in agro dominico
hoc est in sancto ordine sterilis permanere. Unde
laborare debemus omni sollicitudine. ut in statu
incipiencium. et vere penitencium. Aut in statu profici
encium. Vel eciam perfectorum. qui tres status in hoc
tractatu pro parte descripti sunt. ante exitum mortis
inveniri valeamus. Ut post hanc transitoriam
vitam. ad eternam mansionem. et ad illa ineffabi
lia celestis patrie gaudia pervenire mereamur.
De quibus ineffabilibus gaudiis. apostolus ait.

Oculus non vidit. nec auris audivit. nec in cor ho-
minis ascendit. que preparavit deus. hys qui dili-
gunt illum. Ad que inenarrabilia bona eterne
glorie perducat nos dominus noster Jhesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto. vnus vivit et
regnat deus. Per infinita secula seculorum. Amen.

Explicit tercius liber Malogranati. Feria
quinta in Octava sanctorum Petri et pauli
Apostolorum. Anno domini Millesimo.
Quadringentesimo Secundo. per manus T
gm

Joannes Ponethowsky



Abbas Graditenssis